3 1761 07833908 2

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/thesaurusresolut18cath

THESAURUS
RESOLUTIONUM
Sacræ Congregationis
CONCILII,

Quæ consentaneè ad Tridentinorum PP. Decreta. aliasque Canonici Juris Sanctiones.

MUNUS

Secretarii ejusdem Sacræ Congregationis

OBEUNTE

R^mo P. D. FURIETTO

PRODIERUNT

In Causis sub annum 1749. *propositis*,

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus apprimè utilis, & necessarius.

TOMUS XVIII.

Duplici locupletissimo Indice exornatus.

ROMÆ MDCCXLIX.

Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi in Platea Agonali

Superiorum facultate, & Privilegio Sanctissimi.

BX
1935
A36
c.18-2

LIBRARY
SEP 10 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

INDEX

TITULORUM

Cauſarum Anno 1749. Sacræ Concilii Congregationi propoſitarum Ordine Alphabetico per Diœceſes diſpoſitus.

A

AQuen. Concionatoris 1. Martii pag. 11. 2. Aug. pag. 42. 13. Sept. pag. 55.
Aſculana in Apulia 5. Julii pag. 42.
Aſſiſien. Sponſalium 14. Junii pag. 38.

B

BAren. Diſtributionis Miſſarum 13. Septemb. pag 57.
Burgi Sancti Domini Parochialis 13. Septemb. pag. 58. 20 Decembr. pag. 69.

C

CAmerinen., ſeu Fabrianen., Juris intereſſendi Capitulo 1. Mart. p 10.
Caſſanen. 23. Aug. pag. 53. 6. Decembris pag. 67.
Caſſanen. Matrimonii, & nullitatis Cenſurarum 26 Apr. p. 24.
Caſſanen. Viſitationis 17. Maii p. 29. 14. Junii pag. 34.
Caſtrimaris Parrochialis 26. Apr. p. 26.
Cephaluden. Diſtributionum 14. Jun. p. 34. 5. Julii p. 39.
Cephaluden. reſtitutionis in integrum 20. Dec. p. 69.
Civitatis Caſtelli juriſdictionis 2., & 23. Aug. p. 47., & 50. 22. Nov. p. 60.
Comaclen. 2. Aug. p. 48. 23. Aug. p. 50.
Comen. Functionum 17. Maii p 32.
Comen. Funerum, & Functionum Conventualium 14. Jun. p. 36. 5. Jul. p. 40.
Cracovien. Contributionis 22. Mart. p. 18. 26. Apr. p. 22. 13. Sept. p. 55. 22. Novemb. pag. 59.
Cremonen. Laudi, & Nullitatis Cenſurarum 6. Decemb. p. 63.

F

FAnen., ſeu Senogallien. Sponſalium 1. Martii p. 13. 5. Jul. p. 40. 2. Aug p. 42. 6. Dec. p. 63. 20. Dec. p. 69.
Ferentina Fructuum 2. Aug. p. 45.
Firmana Venditionis horti 2. Aug. p. 46.
Foroſempronien. Prælationis 25. Jan. p. 5.

I

JAnuen. Matrimonii 1. Mart. pag. 10. 23. Auguſti pag. 50.
Januen. 22. Martii p. 20.
Imolen. ſubſidii Dotalis 20. Decemb. p. 70.
Ipporegien. Canonicatus Poenitentiarii 26. Apr. p. 22. 17. Maii p. 27.

L

LAuretana Patrimoniorum ſacrorum 6. Decemb. p. 66.
Lisbonen. Matrimonii 17. Maii pag. 27. 22. Novemb. p 60.
Lisbonen. reſtitutionis in integrum 25. Jan. p. 4. 20. Decemb. p 71.
Lucana Beneficii, ſeu Cappellaniæ 17. Maii pag. 33.
Lucana Ordinationis 14. Jul. pag. 34. 5. Jul. pag. 39.
Luceorien. nullitatis Matrimonii 1., & 22. Mart. p. 15., & 16.
Luceorien. nullitatis Matrimonii ſuper alimentis, & ſumptibus litis 1, & 22. Mart. p. 14., & 16.

M

MAceraten. Applicationis 14. Jun. pag. 35. 5. Jul p 40.
Majoricen. 25. Jan. p. 6.
Marianen. Erectionis Collegiatæ 6. Decemb. pag. 68.
Melevitana Canonicatus Poenitentiarii 20. Decemb. p. 73.
Melphien., ſeu Rapollen. quartæ Funeralis 26. Apr. p. 24. 17. Maii pag. 27. 5. Jul. pag. 40.
Mexicana Erectionis Cappellaniarum 15. Januarii pag. 1.
Mindonen. Parochialis 23. Aug. p. 51. 13. Sept pag. 55.
Monopolitana, ſeu Baren. reſtitutionis in integrum 22. Mart. p. 20. 26. Apr. p. 22.

Narnien.

N

NArnien. Erectionis Canonicatus 26. Dec. pag. 75.
Neapolitana reſtitutionis in integrum 5. Julii pag. 41. 23. Aug. p. 50. 20. Decembris pag. 74.
Novarien diſmembrationis 17. Maii p. 30.
Nullius Farſen., & S. Salvatoris Majoris Seminarii 25. Jan. p. 7. 22. Nov. p. 60. 6. Decembris p. 62.
Nullius, ſeu Farſen. Commutationis Beneficii 2. Aug. 45.

P

PIſauren. Parochialis 2. Aug. p. 43.
Poſnanien. reſtitutionis in integrum 13. Sept. pag. 58.
Privernen. Ordinum 17. Maii p. 27.

R

RAvennaten. Præcedentiæ 25. Januar, p 1 22. Mart. p. 17.
Romana, ſeu Januen. Legati 20. Dec. p 72.
Roſſanen. reſtitutionis in integrum 23. Auguſti p. 54.

S

SAtianen., ſeu Campanien. Juriſpatronatus 1. Mart p. 10.
Segnen. Decretorum 13. Sept. pag. 56. 22. Nov. pag. 59.

T

TAruſina Applicationis 6. Dec. p. 66.
Teleſina reſtitutionis in integrum 22. Nov. pag 62.
Tranen. 22. Nov. p. 61. 6. Dec. p. 63.
Tudertina Cappellaniæ 17. Maii p. 30.
Tudertina Decimarum 22. Mart. p. 16. 26. Apr. p. 21. 2. & 23. Aug. p. 43. & 50.

V

VAlliſoletana Cappellaniæ 22. Mart. p. 16. 26. Apr. p. 21.
Veliterna ſubſidiorum Dotalium 25. Jan. p. 9. 1. Mart. p 9.
Vicen. Miſſæ Conventualis 13. Sept. p. 54.
Viterbien. Fontis Baptiſmalis 22. Mart. p. 16.
Urbanien. Officiaturæ 14. Jun p 37.
Urbinaten., ſeu Bononien. ſeparationis Thori, & reſtitutionis dotis 25. Jan. p. 4.

X

XAntonen., ſeu Ordinis Cluniacenſis 25. Jan. p. 1.

Z

ZAmoren. Unionis 22. Nov. p. 60.

Die Sabbathi 25. Januarii 1749.

In Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sac. Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

ANTONEN. SEU ORDINIS CLUNIACENSIS: Cauſa iſthæc, cui in *ultima Congregatione* habita *die* 14. *Decembris* tranſacti anni indulta fuit ab Eminentiſſimis Patribus *dilatio*, proponitur nunc, & rogantur iidem Eminentiſſimi Patres, ut *Folium Congregationis* habitæ *die* 23. antecedentis *menſis Novembris*, in quo primum data fuit, iterum conſulant, ut unum, quod habet caput, expediant. *Seſſ.* 25. *de Regul.*

An ſit locus Reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Negativè; & ampliùs.

RAVENNATEN. PRÆCEDENTIÆ: Data fuit hæc Cauſa, quæ agitur inter Eccleſiam S. Nicolai Argentæ, & Eccleſiam B. Mariæ Portus Majoris *in folio Congregationis* habitæ *die* 9. *Septembris anni* 1730., quod in lucem hominum editum eſt *Vol V. Theſau. Reſolut. Sac. Congreg. pag.* 49. Dubium propoſitum hoc fuit - *An, & cui Capitulo danda ſit præcedentia in Proceſſionibus in caſu &c.* Reſpondit Sacrum Tribunal - *Præcedentiam dandam eſſe Capitulo Collegiatæ Portus Majoris, & amplius* - Ægre tulit Capitulum Argentanum hanc ſui honoris diminutionem, ſed tempori cedendum eſſe cenſuit, donec morte obita ab eo, qui tunc Ravennati Eccleſiæ præerat, Archiepiſcopo facultatem habuit vetera monimenta perquirendi in Archivo Archiepiſcopali. Cum autem numquam contigerit actus aliquis quo Capitulum Portus Majoris ſeſe in poſſeſſione præcedendi conſtituere poſſet, tandem Capitulum Argentanum petiit, obtinuitque ab Eminentiſſimo Præfecto *novam Audientiam*; Proponitque nunc ad vetuſtiſſimam Collegialitatem ſuam probandam quamplurima vetera monimenta educta e ſcriniis Archivi Archiepiſcopalis, quæ ignota erant tempore, quo cauſa anno 1730. in Sacro Tribunali propoſita fuit, itaut cauſa hæc nova videri poſſit, poſtulatque, ut Eminentiſſimi Patres a deciſis recedant: videant itaque ea, qua præſtant, juriſprudentia. *Seſſ.* 14. *c.* 22. *de Ref.*

An ſit ſtandum vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata ad ultimam ante Agnos.

MEXICANA ERECTIONIS CAPPELLANIARUM: Sæpius in Regnis Indiarum Occidentalium in dubium revocata fuit ratio, & modus exequendi erectiones Beneficiorum, & Cappellaniarum, quæ a Piis Fundato- *Seſſ.* 24. *c.* 10. *de ref.*

datoribus ita fuerant relictæ, ut primum a Clericis Sæcularibus retinerentur, quoad viverent, morte vero ab iis obita, ad Regulares, eorumque Monasteria spectarent: dubitatum enim fuit, an conditione obitus adventa, possent Regulares per se ipsos, non per Sacerdotes Sæculares Sacrorum onera implere, seu potius possent quidem Regulares Jus nominandi, & præsentandi ad Beneficia, & Cappellanias acquirere, Sacra vero non per se ipsos, sed per Sacerdotes Sæculares agere tenerentur. Causam disputationi huic præbuit Testamentaria dispositio Bartolomæi Martin, qui anno 1688. in Civitate S. Jacobi de Queretaro Mexicanæ Diœceseos jussit, ut ex suis Bonis erigeretur Cappellania cum dote Petiarum auri 1100., datoque onere faciendi Sacra ab Executoribus Testamentariis designanda; Jus vero Patronatus primo reservavit gratia Gregorii Rodrigues dato, & nominato Cappellano ejus filio, ut hoc titulo Cappellaniæ Sacris Ordinibus insigniri posset, & interim sacra fierent a PP. Carmelitis Discalceatis; Hoc vero Cappellano Defuncto, Juspatronatus reliquit iisdem Patribus Carmelitis. Hæc dispositio in dubium revocata fuit, & Vicarius Generalis Mexicanus Cappellaniam erexit quidem favore Gregorii Rodrigues, & reservavit Juspatronatus favore Patrum Carmelitarum, sed eos excluſos voluit a Sacris agendis, quæ post obitum Cappellani agi voluit a Sacerdote Sæculari.

Re delata ad hoc Sacrum Tribunal *die 16. Maii anni 1699.*, propositum fuit dubium „ An ad Conventum Carmelitarum Discalceatorum spectet non „ solum Patronatus d. Cappellaniæ, sed etiam celebratio Missarum ejus- „ dem Cappellaniæ, vel potius dictus Conventus juxta Decretum Episcopi „ teneatur nominare ad illarum celebrationem Sacerdotem Sæcularem – „ *Responditque Sacrum Tribunal* – Affirmative quoad primam, & negati- „ ve quoad secundam partem „ Post hoc decretum alii evenerunt casus in Regnis Indiarum, in quibus, cum Episcopi renuerent exequi defunctorum voluntates cum successione Regularium post defunctos Cappellanos Sæculares, nec facile sit in tanta Mundi illius a nostro distantia ad Sanctam Sedem venire, iidem Patres Carmelitæ anno 1713. curarunt, ut novum Sacro huic Tribunali dubium proponeretur, *Die* itaque 8. *Julii* ejusdem anni Sacra hæc Congregatio non solum confirmavit decretum anni 1699., sed etiam ad hujusmodi controversias præcidendas rescripsit „ Dandum, „ & servandum esse præfatum decretum in Mexicana sub die 16. mensis „ Maii anni 1699., proindeque injungendum, prout præteriti decreti de- „ cretum, dummodo Cappellaniæ, de quibus agitur, sint erectæ iisdem „ conditionibus, prout exponitur, debitæ executioni demandent „ Atque hæc duo Sacri hujus Tribunalis decreta probavit, servarique jussit Optimus, Maximusque Pontifex Clemens XII. Brevi dato 14. Kal. Decembris anni 1731.

Cum nuper in Civitate Mexici obierit Sebastianus Ariburu Arechaga, qui Testamento suo jussit, ut erigeretur Cappellania cum dote petiarum 4000., & ob id ex pecuniæ traderentur P. Præsidi Patrum Eremitarum S. Augustini Hospitii S. Thomæ de Villanova extra mœnia Civitatis Mexici, qui eas novaret, & investiret in bonis immobilibus, ex quorum redditu Antonius de Horbegozo posset studiis operam dare, ut Sacerdos fieret, & Cappellanus esset, & post obitum hujus primi Cappellani succederent in eadem Cappellania Patres dicti Hospitii, in quo excipiuntur Religiosi, qui in Provincias, & Regna Infidelium Sacras agunt Missiones; Petrus Franciscus de Escherraria Exequutor Testamentarius Sebastiani tradidit P. Præsidi ex bonis hæreditariis defuncti petias 4000., quas P. Præses investivit pro dote Cappellaniæ, inde idem Exequuntor petiit a Francisco Rodrigues Judice Ordinario, & Visitatore Testamentorum, Cappellaniarum, & Piorum legatorum in Mexicana Diœcesi, vel facultatem erigendi eamdem Cappellaniam Ecclesiasticam cum successione PP. Eremitarum post obitum primi Cappellani, vel facultatem erigendi Cappellaniam Laicalem, seu instituendi simplex legatum

gatum pium cum onere Sacrorum, ut poſt obitum Cappellani ad eoſdem Patres Eremitas poſſet devolui.

Judex aditus vocari primum voluit in Jus Promotorem Fiſcalem Curiæ Archiepiſcopalis Mexicanæ, & P. Præſidem Hoſpitii, inde definitium tulit Decretum die 2. Octobris anni 1747., quo juſſit, ut in termino ſex dierum procederetur ad erectionem Cappellaniæ Eccleſiaſticæ in titulum collativæ adjudicandæ, prout illam adjudicavit Antonio de Horbegozo primo Cappellano a Teſtatore nominato, & poſt ejus obitum perpetuo excluſos declaravit ab eadem Cappellania eoſdem Patres Hoſpitii, & Juſpatronatus ejuſdem devolutum ad Menſam Archiepiſcopalem Mexicanam. Exequutor Teſtamentarius, & P. Præſes appellarunt ab hoc Decreto ad Judicem Delegatum Apoſtolicum in Civitate Angelopolitana, qui Decretum latum a Judice Civitatis Mexici confirmavit, extra illam Decreti partem, qua Patres Hoſpitii excludebantur a ſucceſſione in eadem Cappellania poſt obitum primi Cappellania, nam quoad hanc præfixit Exequutori Teſtamentario, & P. Præſidii terminum duorum annorum ad hanc Sac. Congregationem adeundam, impetrandamque ſpecificam, & clariorem declarationem Decretorum Anni 1699., & 1713., & Brevis Apoſtolici Clementini; Curioſa enim coram eo acta fuerat quæſtio, an Dubium propoſitum anno 1699. *duas* partes haberet, vel ut inani ſubtilitate contendebat Promotor Curiæ Archiepiſcopalis Mexicanæ *tres* partes; Alias, hac declaratione non habita, confirmavit, probavitque Decretum primi Judicis, in ea quoque parte, qua excludebantur PP. Hoſpitii a ſucceſſione in Cappellania.

Quia vero Regulares omnes intereſt, ne ab hujuſmodi Cappellaniis, quæ frequentes ſunt in Regnis Indiarum, excludantur, ideo non ſolum Exequutor Teſtamentarius, & P. Præſes Hoſpitii Eremitarum, ſed cæteri alii Ordines Religioſi, qui in Regnis, & Provinciis ſunt, III. quæ ſequuntur, dubiorum definitionem ab Eminentiſſimis Patribus expectant.

I. *An Beneficia, & Cappellaniæ Eccleſiaſticæ ſub ea lege, per Pios Teſtatores ordinatæ, ut ad eas primo admittantur Clerici Sæculares ad titulum Cappellaniarum hujuſmodi ad Sacros Ordines promovendi, & deinde ſuccedant Regulares, ſic ad eoſdem Regulares tranſire debeant, ut Cappellanis primo nominatis decedentibus, vel alia quacumque cauſa Cappellanias hujuſmodi non conſequentibus, poſſint per ſe ipſos, non autem per Sacerdotes Sæculares ab eis præſentandos, & a Locorum Ordinariis inſtituendos, Miſſas celebrare, aliaque onera adimplere, adminiſtrare illarum bona, omneſque fructus percipere, proindeque ſtandum ſit in deciſis in Mexicana 16. Maij 1699., & 8. Julij 1713. in caſu &c.*

II. *An Piis Teſtatoribus mandantibus erectiones Beneficiorum, & Cappellaniarum, ſub præexpreſſis conditionibus, quod nimirum primo ſint Clericorum, & Sacerdotum Sæcularium, & deinde Regularium, Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique Locorum Ordinarii, & Judices viſitationis Teſtamentorum piarum diſpoſitionum, ad quos quomodocumque ſpectat jus approbationis, teneantur omnino approbare hujuſmodi erectiones, itaut impedire nequeant, quominus Regulares per ſe ipſos Miſſas celebrent, ſuppleant onera, Bona adminiſtrent, fructuſque percipiant in caſu &c.*

III. *An Cappellania relicta a quondam Sebaſtiano de Ariburu Arechaga erigenda ſit cum conditione, quod poſt obitum Antonii de Horbegozo primi Cappellani nominati, tranſeat ad Patres Hoſpitii Eremitarum S. Auguſtini S. Thomæ de Villanova,*

qui, nulla facta præsentatione Presbyteri Sæcularis, possint per se ipsos Missas celebrare, aliaque implere onera, administrare bona, & fructus percipere ad formam testamentariæ dispositionis d. Sebastiani de Aribaru in in casu &c.

Affirmativè in omnibus.

Sess. 24. de Matr. Can. 8.

URBINATEN., SEU BONONIEN. SEPARATIONIS THORI, ET RESTITUTIONIS DOTIS: Postulavit a Sacratissimo Principe nostro Marchionissa Lucretia Antaldi Uxor Philippi Legnani Senatoris Bononiensis, ut declarare locum esse separationi nuptialis Thalami, utque Vir ad dotem restituendam damnaretur, quam ei tradidit scut. circiter viginti millium, pacto convento, ut si ipsa prior mortem obiret, vir superstes lucrifaceret sc. 10. m. Causa, quam afferebat hujus postulationis, erat perpetua atque absoluta viri imbecillitas ad actus matrimoniales, quæ licet impedimentum dirimens sit, ideoque posset ipsa petere declarationem nullitatis Matrimonii; Ipsa tamen, cum jam ex primis nuptiis contractis cum Equite Crescentio Staccoli liberos, & descendentes habeat, eaque sit ætate, qua tertias meditari nuptias indignum videtur, satius duxit ob viri inutilitatem petere separationem Thori, suæque dotis restitutionem: Mandavit Sacratissimus Princeps Vicario Generali Bononiensi, ut hac de re inquireret, & Sanctitatem Suam certiorem faceret. Implevit Vicarius mandata Principis, & ex pluribus, qui unius vel alterius ex Conjugibus servitio addicti erant, veritatem rescire curavit. Audivit Senatoris Philippi impotentiam, etiam antequam nuptias Urbini iniret cum Lucretia cognitam, vulgatamque Bononiæ fuisse, itaut Matrimonium illud uberem præbuerit materiem ociosorum hominum jocis, cachiunisque: Matrimonio contracto, plures Marchionissæ Lucretiæ miserabantur, dieque ipso, qui sequutus est noctem, qua nova nupta ad viri Thalamum perducta est, querelas ejus Testes exceperunt. Addunt Testes Canonicum Marcum Antonium Legnani Philippi fratrem pluries dixisse potuisse fratrem familiæ extinctionem avertere, si cum ipse impotens esset, veniam dedisset, ut ipse Canonicus uxorem duceret: colorem aliquem quæsivisse Lucretiam, ut a viro diverteret, præsertim, cum in id eam impellerent Medicorum consilia, qui ejus valetudini prospicere satagebant. Quæ in votis erat, honestissima occasio non defuit adventu Mariæ Clementinæ Reginæ Brittanniæ, in cujus Aulum se recepit Lucretia, ipso viro probante, & annuam præstationem solvente etiam post obitum Reginæ, post quem Lucretia in Aulam Mutinensem profecta est.. Inter Testes est Parochus Ecclesiæ S. Jacobi de Carbonariis Bononiæ, in cujus Cura est Senator Philippus. De his omnibus certior factus a Vicario Generali Sanctissimus Princeps Sacro huic Tribunali cognitionem dedit hujus negocii *cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis*. Nunc itaque rem definiri postulat Marchionissa, præsertim quoad eam partem, quæ est de dotis restitutione, ad quam damnandum esse virum disputat, cum ejus culpa separationis Thori locus sit, idque eam interest, ne si mortem prior obeat, detrimentum inferat liberis primi matrimonii in dimidia dotis parte ex pacto (nulliter tamen, & adversus celeberrimas leges de secundis nuptiis) convento, Unum est causæ caput,

An sit locus separationi Thori, & restitutioni dotis in casu &c.

Dilata.

Sess. 25. c. 19. de Regul.

LISBONEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Defuncta Uxore, e qua Hyacinthum susceperat Eques Joannes a Costa Vasconcellos ad secundas venit nuptias cum Elisabeth Florentia de Maran, quæ pariter vidua

erat

erat defuncto viro, e quo Alexandram filiam habuerat. Ex his secundis nuptiis ortus Joseph a Costa Vasconcellos, qui nunc ab EE. PP. postulat in integrum restitui adversus temporis lapsum, ut nullam dicere possit Professionem, quam emisit vi, metuque a Patre illato. Causam coactionis hanc narrat, quod Parentibus placuerit matrimonio conjungere Hyacinthum, & Alexandram filios priorum nuptiarum, atque hac occasione Eques Joannes Hyacinthi Pater maximam opum suarum partem in eum contulerat, ac si Josephum filium alterum non suscepisset: hinc Pater, & filius operam omnem collocarunt, ut Joseph Monasterium ingrederetur, & solemnem renunciationem emitteret bonis omnibus, & juribus suis favore fratris. Illum itaque frater primum aspero vultu intueri, vestes denegare, quibus paris gradus adolescentes uti solebant, inde verberibus impetere levissimam quamcumque nactus occasionem: Pater eamdem ingressus viam cum anno 1737. Sessam adveniisset, P. Generalis Cistercienstum S. Bernardi Congregationis Portugalliæ Josepho indixit, ut in illum Ordinem se reciperet, jussitque, ut Sessam pergeret, & examen studiorum subiret, Patris Imperio, potestatique obsistere non ausus Joseph Sessam perrexit; Ut tamen a P. Generali reiiceretur, statuit se in ipsis Grammatices rudimentis imperitum ostendere, sed parum ei isthæc profuit calliditas, Patris enim sollicitudo, & officia difficultates omnes superarunt: P. Generalis eum inter Tyrones recipere statuit. His a Josepho cognitiis, Patrem obsecrare, obtestarique cæpit, ne invitum in Religionem impelleret, sacris quidem Ordinibus se lubentissime mancipaturum, domi tamen. non in Monasterio, a cujus vitæ genere abhorrebat. Irrita hæc fuerunt omnia, male tulit hæc sibi dari consilia iratus Pater, in eius imperio, ni Fratris voluntati obsequeretur, in Indias pergeret, in quas perditissimus quisque deportari solet. Hoc malum ut fugeret Joseph, Monasterium ingressus est, prævia tamen declaratione pluribus facta de vi, & metu, quam ei Pater, & frater inferebant, eosque rogavit, ut declarationem suam mente exciperent, & custodirent, ut Patre defuncto, querelam illati metus proponere, & probare posset. Anno probationis de vi metuque pluries cum sodalibus questus est, aversumque a Religione animum apertissime ostendit. Certior factus de his omnibus Frater, Monasterium petiit, Josephum increpavit, minis deterruit, ut Fratre adstante Professionem emiserit. Post eam emissam abstinuit ab omnibus Ordinis sui muneribus, vim metumque sibi illatum Monachis aliis aperuit, & protestatus est velle post obitum Patris postulare declarationem nullitatis suæ Professionis. Ad Ordines Sacros promotus fuit absque ulla dispensatione, nondum vigesimo primo ætatis anno expleto, ita jubente Monasterii Præfecto sui fratris Avunculo. Hæc ipse narravit P. Joseph in examine formali acto coram Eminentissimo S. R. E. Cardinali Urbis Vicario, nam moræ impatiens P. Joseph, vivo adhuc Patre, ad hoc Sac. Tribunal confugit; Eadem habent Testes undecim jussu EE. PP. formiter repetiti; Dubium itaque nunc proponitur.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative.

FOROSEMPRONIEN. PRÆLATIONIS: Cum a Sodalitio Sanctissimi Sacramenti Terræ S. Hippoliti Diœcæseos Forosemproniensis alienandum esset Prædium *Petrara* inter oblationes emere volentium habita est oblatio Guidonis Ubaldi Ciani, qui offerebat se empturum scut. *166. 66.* mezzo, pacto tamen adiecto pretium retinendi, & fructus solvendi ex dispositione vulgatæ *Leg. Curabit &c.* ad rationem scut. 4. pro centenario, & anno. Sodalitium itaque die 1. Septembris anni 1744. libellum obtulit, quibus petebat facultatem vendendi Ciano idem Prædium, sed rescriptum fuit: *Sess. 25. c. 11. de Ref.*

Epi-

Episcopo pro Informatione, & voto prævia Edictorum affixione: Affixis Edictis, Augustinus Clementi obtulit scut. 167. 33. inde Cianus eum superavit, sferendo scut. 168. 10. sed hæc Ciani oblatio facta fuit post lapsum tempus præstitutum in Edictis. Iterum igitur Sodalitium preces obtulit Sacro Tribunali, ut facultas daretur vendendi Prædium Ciano: Die 10. Februarii anni nuper transacti prudentissime responsum fuit; *Episcopo, qui præfigat terminum Partibus ad deducendæ Jura sua in Sacra Congregatione*: Cianus itaque nunc sui favore respondendum esse postulat, etsi post tempus in Edictis præstitutum oblatio facta fuerit, ne Loco Pio iniqua conditio inferatur. Ab Augustino Clementi nihil hactenus habuimus: Dubium causæ est.

An, & favore cujus sit stipulandum Instrumentum venditionis terreni in casu &c.

Stipulandum esse Instrumentum favore Augustini Clementi pro summa scut. centum sexaginta octo, & obul. 10.

Sess. 23. c. 4. de ref.

MAJORICEN. Ob vacationem Beneficii in Parochiali Ecclesia S. Eulaliæ Civitatis Palmæ Insulæ Majoricensis per obitum Thomæ Cortes mense Julio anni 1746. Collegium Aurificum, ad quod spectat ejusdem Beneficii Juspatronatus intra tempus a Jure præfinitum nominavit ad idem Beneficium sub conditione Clericatus Joannem Josephum Cortes filium fratris defuncti Thomæ Beneficiarii, quia cum Pater ex Aurificibus esset ejusdem Collegii, ex lege fundationis jus quoddam habebat, ut ad idem Beneficium nominaretur. Joannes Joseph Episcopum adiit, ut examini se subjiceret, & ad Clericalem Tonsuram promoveretur; sed bis, terve rejectus fuit, & interposita ad S. Sedem appellatione, Episcopus eam admisit. Venit itaque Cortes ad hoc Sacrum Tribunal, & prævia declaratione, *ut interim tempus, & tempora ad præsentandum non currerent*, auditus fuit Episcopus, qui respondit non censuisse, nec censere Joannem Josephum Tonsura Clericali initiandum, quod illius ascendentes fuissent *Hebraica*, & famam esse, annososque Testes referre, pœnis ob id eos affectos fuisse a Tribunali Sacræ Inquisitionis; Hanc maculam non equidem porrigi ad gradum, in quo est Joannes Joseph, sed tamen facere, ut a Clericatu repellendus sit ob infamiam *facti*, cum eo usque in Insula illa spernantur, atque odio sint hi descendentes ab Hebreis, ut quisque renuat cum iis consanguinitates & affinitates per matrimonia contrahere, & plures sint Regulares Ordines, quibus vetitum est ad Professionem admittere hujus generis homines Hæc Episcopus: Joannes contra, neque *Jure*, neque *usu* hæc dici potuisse ab Episcopo: *Jure* certum esse neque ab Ordinibus, neque a Beneficiis Ecclesiasticis repelli eum, qui ab incunabilis Christi Domini fidem professus est, licet Pater Judæus fuerit; Eo itaque minus repelli posse, qui tertio, atque ulteriori gradu distet ab iis ascendentibus, qui, Judaica religione deserta, Catholicam fidem amplexi sunt: *usu* vero, quia longa est linea, quam recensent, Clericorum, & Sacerdotum, qui in eadem Civitate Palmæ Beneficia obtinuerunt, & obtinent, licet ab Hebreis descendant, & in ipsa, de qua quæritur, Gente Thomas Cortes Patruus, cujus morte Beneficium vacavit, & Tonsuram Clericalem, & Beneficium assequutus est, (licet eo tempore in eum objicerentur, quæ contra Josephum objiciuntur) lata a Curia Episcopali sententia: Errores personarum esse non generis, neque odia in posteros & descendentes, qui culpa vacant, esse protrahenda contra omnia Jura Divina, Canonica, Civilia. Hæc Joannes: videant EE. PP.

An

An sit locus Ordinationi Joannis Josephi, sive potius obstet impedimentum ab Episcopo allegatum?

Affirmativè ad primam partem. Negativè ad secundam.

NULLIUS FARFEN. ET S. SALVATORIS MAJORIS SEMINARII: Facti Historiam, quæ ad definitionem Dubiorum, quæ in hac Causa proponuntur, maxime pertinet, brevi, quantum fieri poterit, oratione narrabimus, ne *Folium* in volumen excrescat: cetera plenius habebunt EE. PP. ex libellis Partium. Cognitissima Farfensis Abbatia priscis temporibus a Regularibus Abbatibus Ordinis S. Benedicti moderabatur, eamque omnium primus Bonifacius IX sæculari commendavit Abbati. Bonifacii exemplum sequutus Alexander V. proximam S. Salvatoris majoris Abbatiam Congregationi *Berrettantium* subjectam Abbati sæculari commendavit, *perpetuoque univit Abbatiæ S. Mariæ Farfensis sub unico Abbate Commendatario*, si fides habenda *Lublino*, qui id refert *in notit. Abbatiar. Ital. pag.* 128.; Deflectentem a Regulari disciplinæ *Berrettantium* Congregationem tandem evertit, & suppressit anno 1629. Urbanus VIII., qui jussit, ut ex redditibus omnibus mensæ Conventualis, demptis iis, qui erogari debebant in alimenta Monachorum, in Prioratuum, & Ecclesiarum conservationem, & in stipendium Sacerdotum, qui servitium iisdem Ecclesiis præstabant „ residuum ad quamcumque summam etiam notabilem ascendens, „ deberet applicari uni, vel pluribus Seminariis in loco, seu locis per eumdem Commendatarium (Cardinalem scilicet Franciscum Barberinum) semel, vel pluries ejus arbitrio eligendis, & pro Clericis eidem Francisco „ Cardinali, & pro tempore existenti Commendatario dictorum Monasteriorum subjectis, & præcipue ex locis Monasterii S. Salvatoris, & Prioratuum prædict. oriundis „ Hoc tamen inde idem Pontifex paulisper immutavit statuens, ut ex redditibus trium Prioratuum scilicet *S. Victoriæ*, *S. Pauli de Furcis*, *& S. Laurentii de Rotella* tres Collegiatæ in iisdem locis erigerentur. *Sess. 23. c. 18 de Ref.*

Seminariorum erectionem, quæ in votis erat, tandem perficere potuit Cardinalis Franciscus; cum enim Martius Ruffettus Oppidanus Tophiæ in Abbatia Farfensi testamento, quo decessit anno 1632. disposuisset „ che delle „ mie Case, & abitazione in Toffia si debba fare un Monastero di Monache dell' Ordine di S. Benedetto, ovvero un Seminario per educazione de Giovani delle Badie di Farfa, e S. Salvator maggiore, come „ meglio parerà all' Eminentissimo Signor Cardinal Francesco Barberin:, & a sua elezione „ & inde Monasterium, vel Seminarium hæredem scripsisset, Cardinalis Franciscus Barberinius „ in vim auctoritatis, & facultatis sibi „ concessæ in universalem hæredem dicti Martii nominavit Seminarium „ pro educatione Iuvenum earumdem Abbatiarum juxta dispositionem dicti Martii construendum „ quod inde anno 1636. Tophiæ in Ædibus ejusdem Testatoris extructum fuit. Paucis post annis aliud Seminarium in Ædibus Monasterii S. Salvatoris majoris eumdem Cardinalem Franciscum extrudisse dicitur, & id constare ex visitationibus anni 1674., ex quibus habetur, *visitavit Monasterium, in quo est erectum Seminarium Puerorum, & in eo quatuor tantum aluntur Alumni*. Verum ignorari, qua causa idem Cardinalis Franciscus anno 1679. hoc ipsum Seminarium transtulerit, & univerit Seminario Tophiæ, cui Cardinalis Carolus Barberinius Francisci successor solvenda decrevit annua scut 192. pro quatuor Alumnis Abbatiæ S. Salvatoris majoris, quæ postea anno 1695. ad annua scut. 144. reduxit, neque inde hæc quantitas aucta, vel immutata fuit, licet anno 1708. idem Cardinalis numerum auxerit Alumnorum duobus additis.

Quam-

Quamvis autem utrique Abbatiæ satis consultum esset his Seminariis, fuerunt tamen Abbates Commendatarii Alumnos duos in Seminario Romano retinere Farfensis unum, alterum vero alterius Abbatiæ S. Salvatoris, & annua scut. 150. solvebantur eidem Seminario Romano ob hos duos Alumnos. Verum anno 1742. ab amplissimo S. R. E. Cardinali Passioneo Commendatario Lis acta fuit adversus Seminarium Romanum, & primum Sacri hujus Tribunalis Decreto, inde Brevi Apostolico definitum fuit, ut „ supradicta scut. 150. „ quæ huc usque Seminario Romano persoluta fuere, absque ulla tergiversa„ tione Seminario Abbatiæ Farfensis in Oppido Toffiæ, ut præfertur, ere„ cto, sive Seminario prædicto pro tempore in alio quocumque loco com„ modiori transferendo applicentur, illique tribuantur, ac in commodum, „ utilitatem, & augumentum Alumnorum in eo existentium, & augendo„ rum erogent, & erogari faciant „ Post hæc Eminentissimus Cardinalis Passioneus utramque Abbatiam resignavit, quæ amplissimo S. R. E. Cardinali Lante commendatæ fuerunt. Advertens novus Commendatarius in actu visitationis tres Sacerdotes esse in ædibus Sancti Salvatoris majoris Ludimagistrum nempe, Vicarium totius Abbatiæ, & Sacristam, & si in iisdem ædibus Seminarium restitueretur, posse Vicarium obire munus Rectoris, Sacristam vero alterum Præfecti, & hos tres Sacerdotes ex redditibus mensæ Abbatialis stipiendia solvi, advertens plurimos esse, qui Grammaticæ studebant, & die noctuque in iisdem ædibus morabantur, ratus omnia ad Seminarium aptissima esse, postulavit a Sacra Congregatione Visitationis Sac. Liminum, ut ad eas ædes eis transferri liceret Seminarium Tophiæ, quod omni disciplina destitutum, Juventuti literis, bonisque meribus imbuendæ parum idoneum, & Alumnis Abbatiæ S. Salvatoris puriori cœlo natis ob aeris gravitatem incommodum invenerat, quodque ut clauderetur, jam decreverat, donec Rectore spectatæ virtutis, optimis Præceptoribus, selectisque Alumnis provideretur. Petito hæc ad hoc Sacrum Tribunal pervenit responso Congregationis Sac. Visitationis, & ex ea commotæ sunt Universitates omnes Farfensis Abbatiæ, tribus exceptis *Podii Mirteti*, *Podij S. Laurentij*, *& Vocuniani*, quæ primo Oppidorum Tophiæ consiliis adhæserunt, inde Emi Abbatis voluntati sese penitus tradiderunt.

His cognitis ab eodem Emo Abbate, prævia protestatione in actis emissa ab ejus Promotore Fiscali deseruit provinciam transferendi Seminarium Tophiæ ad Monasterium S. Salvatoris, & commutandi voluntatem Martii Ruffetti, ratus Universitates Abbatiæ Farfensis sese contradictrices non præstituras Seminario, quod erigere, vel si jam erectum fuerat, restituere meditabatur in Monasterio S. Salvatoris, in quo scientiis acquirendis incumberent tum ii Alumni, qui annua præstatione scut. 144. hactenus fuerunt in Seminario Tophiæ, tum ii, qui ex utraque Abbatia prius retinebantur in Seminario Romano, tum demum ii, qui ex dimidia parte reddituum hæreditariorum Martii Ruffetti alebantur; Cum autem, & his Eminentiss. Abbatis consiliis sese opposuerint eædem Universitates, ideo nunc, hæc, quæ sequuntur, dubia disputantur, quorum ultimum addi curarunt Universitates Abbatiæ S. Salvatoris majoris, quæ Eminentiss. Abbati adhærent.

I. *An sit locus restitutioni Seminarii in Ædibus Monasterii Abbatiæ S. Salvatoris majoris pro Alumnis dictæ Abbatiæ?* Et quatenus affirmative.

II. *An annua præstatio scut.* 144. *ex mensa Abbatiali S. Salvatoris soluta Seminario Toffiæ pro Alumnis S. Salvatoris continuanda sit Seminario Toffiæ, seu potius debeatur dicto Seminario S. Salvatoris in casu &c.*

III. *An, & pro qua quota sit locus arbitrio Eminentissimi Abbatis applicandi dictam Seminario S. Salvatoris præstationem annuorum sc.* 150. *a Seminario Romano dismembratam?*

IV. *An*

IV. *An, & quot Alumni de Abbatia* S. *Salvatoris retineri possint in Seminario Toffiæ in vim dispositionis Testamentariæ quondam Martii Ruffetti ?*

V. *An dicto Seminario Toffiæ debeantur præstationes tam dictorum annuorum scut.* 150., *quam aliorum sc.*144. *decursæ, & non solutæ pro tempore, quo non fuerunt retenti Alumni in dicto Seminario ?*

Ad I. Affirmativè. Ad II. Negativè ad primam partem, Affirmativè ad secundam, & ampliùs. Ad III. Dilata. Ad IV. Dilata. Ad V. Quoad scut.154. Negativè. In reliquis Dilata.

VELITERNA SUBSIDIORUM DOTALIUM: Testamento, quo decessit anno 1694. Salvator Scandelloni, legavit Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Velitrnæ sc. 7600, ut ex fructibus hujus summæ annis singulis octo subsidia dotalia pauperibus ex ea Civitate puellis præstarentur, assignata quantitate certa sc. 25. pro quolibet subsidio, atque hac adiecta declaratione, *che concorrendo al Maritaggio Zitelle mie Parenti anco in grado remoto, e lontano, siano preferite, che così vuole il dovere*. Hæres scriptus ab eo fuit Antonius filius Appolloniæ fororis Testatoris, & ab eodem Antonio descendentes Catharina, Victoria, & Theodora Paloni puellæ pauperes postularunt a Sacratissimo Principe nostro applicationem subsidiorum dotalium juxta dispositionem Salvatoris. Data fuit postulationis hujus cognitio Sacro huic Tribunali, & Eminentissimus Episcopus, qui ut fieri solet, rogatus fuit, ut animi sententiam diceret, respondit, audito reluctante Capitulo, illarum *inopiæ subveniendum mediante annua applicatione trium ex relictis octo subsidiis dotalibus constituentibus, quotannis, summam scut.*75., *donec ex iis compleatur summa sc.*300. *pro dote cujus libet earum constituenda*. Movetur Eminentissimus Episcopus tum similibus responsis Sacri hujus Tribunalis, quæ docte recensent, tum exemplis aliarum fœminarum hujus familiæ, quibus eadem, imo amplior dos ex hisce subsidiis a Salvatore relictis constituta fuit. ACapitulo nihil hactenus habuimus: Unum est caput causæ. *Seff.* 25. *c.* 4 *de Ref.*

An sit locus applicationi, sive subministrationi subsidiorum dotalium favore Catharinæ, Victoriæ, & Theodoræ de Talonis, & quatenus affirmativè, *in qua summa in casu &c.*

Dilata.

Die Sabbathi prima Martii 1749.

VELITERNA SUBSIDIORUM DOTALIUM: Dilationem obtinuit hæc Causa in ultima *Congregatione* habita *die* 25. superioris *mensis Januarii*: Cum vero nunc proponatur, rogantur EE. PP. *Folium illius Congregationis* iterum consulere, ut quod sequitur. Dubium expediant. *Sess.*25. *c.* 4. *de Ref.*

An sit locus applicationi, sive subministrationi subsidiorum Dotalium favore Catharinæ, Victoriæ, & Theodoræ de Talonis, & quatenus affirmativè, *in qua summa in casu &c.*

Affirmativè in ſumma ſcutorum biſcentum pro qualibet, compræhenſis ſubſidiis eiſdem jam diſtributis.

Seſſ.24. c. 1. de reform. Matr.

JANUEN. MATRIMONII: Redit iterum poſt tot diſcrimina ad hoc Sacrum Tribunal Marchioniſſa Livia Gentilis, quæ florem perdit ætatis, & Juventæ, poſtulatque, ut definiatur eſſe locum diſſolutioni Matrimonij, nam Marchio Laurentius Centurionus Vir ne Cenſuris quidem Eccleſiaſticis, & declaratione Excommunicationis induci potuit, ut ad triennalem cohabitationem cum Uxore ſua Genuam pergeret: Petit itaque, ut EE. PP. reſpondeant Dubio dudum propoſito.

An ſit locus diſſolutioni Matrimonij in caſu &c.

Dilata.

Seſſ.22. c. 9., & ſeſſ. 25. c. 12. de Ref.

SATRIANEN., SEU CAMPANIEN. JURISPATRONATUS: Dubio quod in hac Cauſa proponebatur - *An Juſpatronatus paſſivum Beneficii ſub Titulo S. Mariæ ſit coarctandum ad unum ex Clericis de familia, quibus deficientibus, Patroni regimen, & curam Beneficii habeant cum facultate iterum deputandi Cappellanum ad nutum amovibilem?* Reſpondit *die* 21. *Novembris* anni nuper tranſacti Sacrum Tribunal - *Affirmative ad primam partem, & negative quoad ſecundam.* Non placuit definitio *ſecundæ partis Dubij* Creſcentio, Alexandro, & Gerardo Fratribus Oliva, & poſtulant, novo dato libello, ut EE. PP. *a Deciſis recedant*: Jure, vel non, Judicium erit Sacri Tribunalis. Dubium quod proponitur, eſt.

An, & quomodo ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

In deciſis, & ampliùs.

Seſs.24. c. 12. de Ref.

CAMERINEN., SEU FABRIANEN. JVRIS INTERESSENDI CAPITVLO: Vt Collegiatæ Eccleſiæ S. Nicolai Civitatis Fabriani, in qua ſex tantum erant Canonici, & unus Prior, cultus decuſque augeretur, Plures diverſis tamen temporibus, æmula quaſi pietate certarunt; atque hinc factum eſt, ut veteribus quinque Canonicatus additi fuerint, in quorum omnium fundationibus cautum fuit, ut inter novos hoſce Canonicos, quos *Adiunctos* vocant, & Veteres, qui *De Maſſa* appellantur, nullum penitus eſſet diſcrimen, omnes Choro, cæteriſque Eccleſiaſticis Functionibus intereſſent, eamdemque cum antiquis vocem activam, & paſſivam haberent. Primus omnium Didacus Merlius anno 1677. Apocham obtulit Capitulo, in qua Dotem conſtituerat Canonicatus, quem fundabat, & conditiones, quibus cupiebat, ut erigeretur, appoſuerat, quas inter hæ, quæ ad Cauſam pertinent, habentur „ che l'erettore goda le Prerogative „ tutte, che al preſente godono gl' altri Canonici con li medeſimi peſi, & „ onori, con ottare, aver voto attivo, e paſſivo in tutte le coſe appar„ tenenti all' intereſſi della Sagreſtia, de Cappellani, & Serventi „ Apocham, & conditiones omnes, quæ in ea erant, admiſit Capitulum, publicoque Inſtrumento, quod eatde re factum eſt, clarius etiam conventum fuit, ut *tum Canonicus Merli fundator, tum ejus ſucceſſor, omneſque alii Canonici in poſterum nominandi* omnibus Privilegiis, honoribus, & Prærogativis, quibus fruebantur antiqui Canonici, gaudere deberent. Exemplum Didaci Merlii ſequuti ſunt Sebaſtianus Porretti, Prior Nicolaus Vallemanni, Thomas Ferrati, & Magdalena Cirilli, qui alios quatuor Canonica-

nicatus iisdem fere conditionibus, eodemque ferme modo, quo Didacus Merlius, Capitulo consensum præstante, fundarunt, immo Prior Nicolaus Vallemanni jus nominandi ad Canonicatum concedens Capitulo expresse ait - *Comparsovi anche li sig. Canonici Aggiunti*.

Conditiones adiectas in horum Canonicatuum erectione probarunt Episcopi, qui nominatum aliquem Instituentes eam legem indixerunt Capitulo, & Canonicis, ut juxta fundatorum Leges Institutum reciperent in Canonicum, & Confratrem, eique Locum in Choro, & vocem in Capitulo assignarent, ex quibus factum est, ut novi Canonici Corpus unum eum antiquis componerent, digniorem locum in Choro optarint. Comitiis Capitularibus etiam in iis, in quibus vel de recta Ecclesiæ Administratione, vel de Cappellani, Parochi, Æditui, seu Sacristæ electione, vel de Præsentatione ad Canonicatus vacantes agebatur, interfuerint semper, & vocem in iis activam, & passivam habuerint. Hanc vocem nunc novis Canonicis in dubium revocare cæperunt antiqui, contendentes, si Jure negari non possit, teneri eos, non secus ac veteres ad impensas omnes, quæ factæ sunt, & fieri debent, pro Ecclesia, Sacrario, Ministris, ac litibus; Contra novi Canonici non jure hæc a veteribus postulari dicunt, Ecclesiæ, & Sacrario satis consultum esse redditibus ab Arca, & massa communi diversis, distinctisque, leges a fundatoribus datas servandas esse, qui oneribus quidem eos voluerunt obstrictos, *personalibus* tamen, non vero *realibus*; hanc fuisse Fundatorum mentem satis colligi ex usu, & consuetudine, quæ tot jam annis observata est; optimam enim esse interpretem rei cujuslibet obscuræ, & dubiæ consuetudinem. Re delata ad hoc Sacrum Tribunal, Controversia omnis in V. Capita distributa fuit, quæ nunc, audito jam Episcopo, definienda proponuntur.

I, *An Canonici Adiuncti habere debeant vocem activam, & passivam in Congregationibus Capitularibus, in quibus agitur de rebus concernentibus Ecclesiam, Sacrarium, Cappellanos, & Inservientes?* & quatenus Affirmative.

II. *An Canonici Adiuncti habere debeant eamdem vocem activam in nominatione Canonicorum, Parochi, Cappellanorum, aliorumque Ministrorum Ecclesiæ?* & quatenus Affirmative.

III. *An Canonici Adiuncti teneantur contribuere pro eorum rata in omnibus, & singulis expensis pro Ecclesia, Sacrario, Cappellanis, & Inservientibus?*

IV. *An Canonici Adiuncti teneantur reintegrare pro eorum rata Antiquos Canonicos de Massa de expensis hactenus factis pro Ecclesia, Sacrario, Emolumentis Cappellanorum, & Inservientium, ac litibus in casu &c.*

V. *An Canonici de Massa teneantur reintegrare Sacrarium de Fructibus, seu Bonis ejusdem Sacrarii ad Massam adscriptis?*

Ad I., & II. Affirmativè, & ampliùs. Ad III., IV., & V. Dilata, & ad mentem.

AQUEN. CONCIONATORIS: Quatuor erant priscis temporibus in Oppido Cremolini Aquensis Diœceseos Parochiales Ecclesiæ. Intra Oppidi mœnia una erat D. Benedicto dedicata: Tres reliquæ S. Mariæ de Brusetta, & S. Agathæ extra Oppidum. Omnes a Sæcularibus Sacerdotibus regebantur; omnes inde in manus Regularium inciderunt. Primus Pius II. Pontifex Maximus an 1459. Cremolini Populo, & Isnardo Malaspina ejusdem Oppidi Domino postulantibus Ecclesiam D. Bened., & proximas Ædes, & redditus om- *Sess. 24. c. 4. de Ref.*

nes PP. Carmelitis addixit, simulque concessit, ut eorum quisquis in ea degeret, omnibus uti posset *Privilegiis, Indulgentiis, & Gratiis præfato Ordini, ac Domibus ejusdem a S. Sede Apostolica concessis*. Cum vero sese intra Oppidum recepissent, bellorum vim, militumque licentiam fugientes Rustici illi extra Oppidum degentes, Xistus IV. Pontifex max. Parochiæ S. Benedicti, quam deineeps mutato Titulo *S. Mariæ de Monte Carmelo* vocari jussit, tres extra Oppidum Parochias univit, earumque redditus eidem Parochiæ, & Patribus Carmelitis tribuit. Post hanc unionem conventum fuit inter Carmelitas, & Oppidanos, ut in eadem Ecclesia minor numerus trium Religiosorum, qui Sacerdotali dignitate præditi essent, retineri non possent, utque tempore Quadragesimæ annis singulis Concionator deputaretur: Hæ Conventiones ad hæc usque tempora servatæ fuerunt.

Orta nunc quæstio est inter Episcopum; & P. Provincialem Carmelitarum de hoc Concionatore: P. Provincialis contendit ex Privilegiis, quæ a Summis Pontificibus concessa fuerant tum Ordinibus Mendicantium, tum ipsi Ordini Carmelitarum, Sacrum Oratorem in eadem Ecclesia Quadragesimali tempore deputatum teneri tantum ad Benedictionem petendam ab Episcopo: Episcopus contra non ad Benedictionem tantum petendam, sed etiam ad subeundum examen. Res communi consensu delata est ad hoc Sacrum Tribunal: Auditus Episcopus respondit, non esse locum Privilegiis Carmelitarum, quæ in suam sententiam trahit P. Provincialis, quia illa conveniant Sacris Oratoribus, qui in Ecclesiis Carmelitarum eo munere funguntur: Carmelitas in Oppido Cremolini propriam habuisse Ecclesiam a Parochiali distinctam: Parochialis vero nonnisi administrationem acquisivisse: Carmelitas ad eam fartam, tectamque servandam nihil impendere Fabricam, ornamenta, omnia denique, quæ sive ad Sacrarium, sive ad rem Sacram pertinent, ære publico fieri a Cremolinis: Episcopos Prædecessores Ecclesiam visitasse *Jure Ordinario*; Sacros Oratores ab iisdem Prædecessoribus Episcopis, & Benedictionem, & approbationem petiisse, & aliquando etiam examini se subjecisse: Hæc Episcopus. His respondet P. Provincialis, Parochialem Ecclesiam, cum Ordini Carmelitarum concessa fuit, in eorumdem venisse dominium, neque ob id in dubium revocari posse, illico locum habuisse Privilegia Ordinis, præsertim cum concessio Ecclesiæ facta fuerit *cum omnibus, & singulis Privilegiis, Indulgentiis, & Gratiis præfato Ordini, ac Domibus ejusdem a S. Sede Apostolica generaliter concessis*; Sacro Oratori stipendium nullum præstari a Populo Cremolini, neque ab eodem populo nominari, quo casu examen subire teneretur: Episcopum nihil proponere, unde constet Sacros Oratores sese aliquando examini Episcoporum subiecisse: & si etiam hoc probaretur, nullum Ordini detrimentum inferri potuisse, cum nequeant singuli deteriorem facere universi Ordinis conditionem, ut fuse tradunt *Ambrosin. de Immunit. cap. 16. num. 2. Panimoll. decis. 6. annot. 6. num. 24.* Hæc habent P. Provincialis, & Episcopus. Dubium definiendum est.

An concionator Ordinis Carmelitarum deputatus, & approbatus a suo P. Provinciali pro concionando in Ecclesia Parochiali retenta per PP. dicti sui Ordinis, & existen. in Terra Cremolini teneatur subiici novo examini Episcopi, seu potius tentatur tantum petere Benedictionem in casu &c.

Dilata, & Promotor Fiscalis deducat Jura sua.

Sess. 23. c. 18 de Reg.

VITERBIEN. FONTIS BAPTISMALIS: In antiqua Viterbii Civitate duæ priscis temporibus erant Ecclesiæ Baptismales sitæ in duobus angulis Civitatis, quæ cum essent inter se longe dissitæ, graviori erant incom-

commodo Civibus illis, qui in tertio Civitatis angulo habitabant, cum Infantes ad unam, vel alteram deferre tenerentur, ut sacris Undis regenerarentur. Jo: Baptista Almadianus Viterbiensis, & Familiaris Maximi illius, & bono Reipublicæ, & Scientiarum nati Pontificis Leonis X. preces obtulit Principi providentissimo, quibus postulavit, ut in Ecclesia S. Joannis Baptistæ, quam teneant PP Carmelitæ, quæque sita erat in tertio Civitatis angulo, Fons Baptismalis erigeretur, *ut commoditati Civium, & Incolarum dicti tertij angili Civitatis prædictæ pro Parvulis baptizandis consuleretur*. Annuit Optimus Princeps, & anno 1517. facultatem concessit Fontem Baptismalem in Ecclesia extruendi „ & per quoscumque ideoneos „ Sacerdotes Catholicos Sæculares, aut cujusvis Ordinis Regulares in di- „ cta Ecclesia S. Joannis, seu apud illam pro tempore degentes baptizandi, „ ac Sacramentum Baptismatis ministrandi.

Post hanc Leonis providentiam aliæ duæ Parochiales Ecclesiæ in eodem angulo Civitatis sitæ in Baptismales erectæ fuerunt. Prima fuit Parochialis S. Angeli de Spata anno 1586.: Altera fuit Parochialis, & Collegiata SS Faustini, & Jovittæ anno 1603., & post has erectiones Parochiani harum duarum Parochialium Infantes detulerunt regenerandos ad has Ecclesias: Plurimi tamen adhuc Infantes deferunt ad Ecclesiam Carmelitarum S. Ioannis Baptistæ, ideoque Prior, & Parochus S Lucæ, & Canonicus Curatus Ecclesiæ Collegiatæ SS. Faustini, & Jovittæ, quæ Parochiales his temporibus unitæ sunt, videntes hoc vergere in detrimentum spirituale Parochianorum, quia neque ipsi suas Oves, earumque numerum, neque Oves possunt Pastores suos cognoscere, postularunt a Sacratissimo Principe nostro, ut his incommodis prospiciens juberet, ne extra propriam Parochiam Infantes deferrentur ad Fontem Baptismalem in Ecclesia Carmelitarum. Data fuit hujus postulationis cognitio amplissimis Patribus, a quibus auditus fuit defunctus, qui tunc Ecclesiæ Viterbiensi præerat, Episcopus. Carmelitæ coram eodem Episcopo consuetudinem proponebant, & titulum ediderunt privilegii Leonis X. Respondit Episcopus contra Carmelitas, quia dudum cessaverit causa privilegii, erectis in eodem angulo Civitatis aliis duabus Parochialibus Ecclesiis in Baptismales: Censuit tamen impetrandam esse oris apertionem;

Ad omnem itaque amovendam ambiguitatem Prior, & Canonicus Curatus novas obtulerunt preces hac de re Sacratissimo Principi, qui rem delegavit Sacro Tribunali cum omnibus facultatibus Causa nunc itaque proponitur, & Prior, ac Canonicus Curatus neque consuetudinem, neque privilegium spectandum esse disputant, non consuetudinem, quam hac in re non esse spectandam docuit Sacrum Tribunal in celebri *Fabrianen. Fontis Baptismalis & jure baptizandi die* 14 *Novembris anni* 1733. ut cognosci potest ex *Thes. resol. Sacr. Congreg. illius anni*: Non Privilegium, quia ipso jure cessare debuit, cessata dudum causa, ob quam concessum fuit, ut est in *cap. fugestum de decim. ibique DD.*, & ideo revocandum sit ab Amplissimis Patribus. Nihil hactenus a Carmelitis habuimus: Unum est Causæ caput.

An omnes infantes, qui nascantur in Parochialibus unitis S. Lucæ, & SS. Faustini, & Jovittæ sint Baptizandi in Ecclesia Collegiata dd. SS. Faustini, & Jovittæ, seu potius possint cumulative baptizari tam in dicta Ecclesia, quam in alia S. Joannis in casu &c.

Non proprosita.

FANEN., SEU SENOGALLIEN. SPONSALIUM: Folium subscripsit Maria Lucretia Palazzi, quo neptem suam Anastasiam Archangeli Josepho Ferri uxorem se daturam spopondit: Eidem folio, matertera jubente, nomen dumtaxat suum propria manu apposuit Anastasia, nam cognomentum *Sess. 14. c. 1. de ref. matr.*

tum *Archangeli*, & quæ sequuntur verba *Affermo quanto sopra mano propria* scripta fuerunt ab Augustino Blasi. Hæc gesta sunt die 13. Decembris anni 1747. in Oppido Pergulæ Diœceseos Eugubinæ, ubi tunc temporis Anastasia morabatur; sed tacta apoplectico ictu Maria Lucretia Anastasiæ curam deferere debuit, quæ ob id traducta fuit Eugubium apud Sororem, quæ nupta est Com. Carolo Hondedeo. Metuens Joseph, ne ex hac inter eos distantia Anastasiæ animus mutaretur, & alteri nuberet, protestationem emisit coram Vicario Generali *non posse deveniri ad expeditionem alicujus status liberi D. Anastasiæ, nisi ipso legitime citato*, quæ protestatio in causa fuit, ut Vicarius Generalis domi Equitis Fabiani Puellæ voluntatem exploraret. Cum autem ea Matrimonium contrahere cum Josepho Ferri constanter recusaret, venia Sac. Congregationis præpositæ negotiis Episcoporum, & Regularium in Monasterium S. Spiritus Eugubii translata fuit.

Id ægre tulit Joseph, quod non satis tutum Monasterium illud suspicaretur, in quo Moniales erant Sorores Comitis Hondedei. Expedito itaque coram A. C. Monitorio *super exequutione, & observatione Apochæ Sponsaliam*, antequam de eadem Apocha disputaretur, decretum obtinuit, ut Anastasia in Monasterium S. Luciæ in Silice Urbis transferretur. Verum adito ab Anastasia R. P. D. Auditore Sanctissimi, idem, *prævia avocatione Causæ ab A. C., illam remisit etiam super provisione transportationis Puellæ ad Vrbem ad hanc Sacram Congregationem*. Nunc igitur contendit Anastasia locum non esse translationi extra Civitatem Eugubinam: Monasterium in quo est, tutissimum esse, nullisque insidiis obnoxium, præsertim, si personarum, quæ Religiosæ, & Nobiles sunt, qualitas observetur: Moniales Sorores Comitis Hondedei nullo consanguinitatis, aut affinitatis vinculo sibi esse conjunctas, ut nulla de iis habenda sit suspicio, præsertim cum ipsa in vigesimo quarto ætatis anno constituta nec metu, nec blanditiis trahi facile possit, se in eo Monasterio libentissime permanere, & nuptiis omnibus spretis, Sacras Vestes suscipere velle: Hæc libello suo Anastasia.

Contra Joseph, litem hanc agi dicit non ab Anastasia, sed ejus nomine a Consanguineis, litisque originem repetendam esse non a mutata Puellæ voluntate, sed ab eorumdem cupiditate, qua ejus bona inhiant: Quænam fuerit Puellæ voluntas, antequam circumveniretur, dignosci posse ex pluribus Epistolis ejus nomine ad eum datis, quibus & nuptiarum explicat desiderium, & metum, ne vi, aut arte ab iis deduceretur: Tutissimum esse sequi decretum A. C. cum neque in Monasterio S. Spiritus, neque in alio Eugubii, aut finitimarum Civitatum res tutæ sint ab artibus Consanguineorum, quibus facile est Puellam seducere: neque præpediendam esse translationem ex declaratione Sacras Vestes suscipiendi, cum non verus, & ex animi sententia, sed fictus, & commentitius sit amor hic Religiosæ Professionis, quam dicunt Testes reperti post Decretum A. C. Etsi vere Sacras Vestes in illo Monasterio suscipere velit Anastasia, educendam tamen esse, atque alio transferendam, ut in loco libero ejus voluntas explorari possit, ut ex praxi tradit *Monacell. in formul. Eccles. tit. 1. adnotat. ad formul. 1. num. 47. vol. 1.* Videant igitur Emi Patres, qua ratione expediendum sit Dubium, quod nunc, Episcopo jam audito, proponitur.

An sit locus translationi Puellæ in aliud Monasterium extra Civitatem Eugubii in casu &c.

Affirmativè, & ad mentem.

Sess. 24. c. 1 de ref. Mat.

LUCEORIEN. NULLITATIS MATRIMONIJ SVPER ALIMENTIS, ET SUMPTIBUS LITIS: Speciem hujus Causæ dedimus in *folio Congregationis* habitæ *die* 14. *Septembris* transacti *anni* 1748. Rescripsit ea die Sacrum Tribunal - *submininistratis scutis mille in causam declarandum*,

randam , proponatur cauſa una cum alia ſuper negocio Principali , & amplius - Ne obulum tamen ſubminiſtratum a viro fuiſſe refert Joanna, quæ ob id poſtulat, ut ab Eminentiſſimis Patribus definiatur Dubium, quod *in Congreg. diei* 14. *Septembris* definitum non fuit,

An, & in qua ſumma debeantur alimenta, & ſumptus litis in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

LUCEORIEN. NULLITATIS MATRIMONII: Ex Teſtibus datis in *Proceſſu remiſſoriali* hujus Cauſæ, cujus ſpecies, ut diximus, habetur *in Folio Congregationis* habitæ *die* 14. *Septembris ſuperioris anni*, quæque Imperio Eminentiſſimorum Patrum proponitur cum *altera præcedenti ſuper alimentis , & ſumptibus litis*, conſtat averſum ſemper fuiſſe animum Joannæ Czackæ a Matrimonio cum Petro Karzevvski. Ut enim Petri conſilium agnovit, nec lacrymis pepercit umquam nec verbis, quibus poſſet animi ſui nuptiis abhorrentem aperire; Fruſta tamen, nam Pater officii ſupremi Caſtellani Cracovienſis, quo Petrus uſus eſt, ut has nuptias conciliaret, devictus, a propoſito dimoveri numquam potuit: neque Puellæ decimumquartum ætatis annum agenti quicquam profuerunt mixtæ fletibus preces, quas Patri quotidie effundebat, neque amicorum, & conſanguineorum ſtudia, & officia, Matronarum, Virorumque Nobilium commendationes, quibus obduratum Patris animum quotidie aggrediebatur, opem ullam ei præſtiterunt: perpetuum enim erat in ore illius carmen: Fidem, quam dederat, fallere non poſſe. Nec tamen ſpem abjecit Joanna, nam Luceorienſi Epiſcopo, qui ad Monaſterium, in quo ipſa erat, venit, nolle omnino has nuptis contrahere declaravit, & ſi cogeretur, eum in Teſtem, Advocatum, Judicem accepit. In ædes Paternas reducta ipſi Sponſo animum ſuum aperuit, eumque rogavit, ut ab his nuptiis recederet Hæc cum Pater cognoviſſet, Filiæ, ni ſententiam mutaret, & Petrum Virum reciperet, perpetuam virginitatem in Clauſtro, & verbera indixit. Luctuoſus jam dies nuptiarum advenerat, parata erant omnia; domus tamen clamoribus, & querelis, & fœmineo ululatu undique reſonabat. Kiovienſis Epiſcopus Pontificalibus veſtibus indutus Sponſam expectabat, & cum in Eccleſiam non veniret, jam veſtes deponere, & ab Eccleſia diſcedere meditabatur, Venit illa tandem, ſed ita venit, ut ad funus potius, quam ad nuptias protracta videretur: neque ſolemnia verba protuliſſet, niſi Patris præſentia eam impuliſſet. Nocte ad viri thalamum perducta bellum habuit cum viro, remanentibus veſtigiis pugnorum in vultu contuoſo viri, quem ſemper fugit, ſeſeque ab eo inviolatam ſervavit, Patremque aſſiduo certiorem reddere non deſtitit, ut curaret has nuptias diſſolvi. Cætera, quæ inde evenerunt, narrantur in *folio Congregationis* habitæ *d. die* 14. *Septembris tranſacti anni*. *Sess.24.c.1. de ref.Mat*

Excipit Petrus teſtes datos a Joanna familiares ejus eſſe, nullamque iis habendam eſſe fidem: Joannam ipſam contractibus a Petro initis affuiſſe, epiſtolas ſcripſiſſe, in quibus ſigna erant plurima amoris poſt contractum Matrimonium. Reſpondet Joanna, neque omnes teſtes familiares eſſe, & conſanguineos, neque iis, ſi eſſent, fidem negandam, cum ea, quæ domi geſta ſunt, alii extra domum reſcire queant: affuiſſe contractibus vi, metuque coacta: epiſtolas dediſſe non ex animi ſententia, ſed vel officijs victa vel metu, ſigna amoris ficta, & ſimulata, nam ſi amor affuiſſet, non obſtrepuiſſet domus conviciis, jurgiiſque, integris annis quatuor. Addit hæc non facere, ut Matrimonium, quod defectu conſenſus nullum fuit ab initio, potuerit convaleſcere. Dubium, quod proponitur, eſt.

An conſtet de nullitate Matrimonii in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Die

Die Sabbathi 22. Martii 1749.

Seſs.22.c.2 de Ref. RAVENNATEN. PRÆCEDENTIÆ : Imperio Eminentiſſimorum Patrum cauſa hæc proponitur, qui in *Congregatione* habita *die* 25. *ſuperioris Menſis Januarii*, petente dilationem Capitulo B. Mariæ Portus Majoris, reſcripſerunt - *Dilata ad ultimam ante Agnos* - eoque amplius feſtinandum eſſe poſtulat Capitulum Argentanum, quod ab Archiepiſcopo Ravennati indicta jam Synodus fuerit, ut probavit edicto propoſito. Videant igitur Ampliſſimi Patres in hac acerrima duorum Capitulorum contentione.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Prævio receſſu à deciſis. Præcedentiam dandam eſſe Capitulo S. Nicolai Argentæ.

Seſs 24.c.1. de ref.Mat. LUCEORIEN. NULLITATIS MATRIMONII SUPER ALIMENTIS, ET SUMPTIBUS LITIS : Hæc, atque altera quæ ſequitur, Cauſa *in ultima* Ampliſſimi Oratoris *Congreg.* habita *die* 1. *hujus menſis* reſponſum ab Eminentiſſimis Patribus acceperunt - *Dilata ad ſequentem* - Proponuntur itaque nunc, & hujus dubium eſt.

An, & in qua ſumma debeantur alimenta, & ſumptus litis in caſu &c.

Negative firma remanente ſubminiſtratione Decreti ſub die 14. Septembris 1748.

Seſs.24.c.1 de ref.Mat. LUCEORIEN. NULLITATIS MATRIMONIJ : hujus cauſæ dubium eſt.

An conſtet de nullitate Matrimonii in caſu &c.

Negative.

Seſs. 24. c. 13. de ref. VITERBIEN. FONTIS BAPTISMALIS : Data fuit hæc cauſa *in Folio ultimæ Congregationis* habitæ *die* 1. *hujus menſis*, ſed propoſita non fuit : Proponetur nunc, ut credimus, & dubium definiendum eſt.

An omnes Infantes qui naſcuntur in Parochialibus unitis S. Lucæ, & SS. Fauſtini, & Jovittæ, ſint baptizandi in Eccleſia Collegiata dd. SS. Fauſtini, & Jovittæ, ſeu potius poſſint cumulatiove baptizari tam in dicta Eccleſia, quam in alia S. Joannis in caſu &c.

Negative ad primam partem, Affirmative ad ſecundam.

Seſs. 24. c. 12. de ref. TUDERTINA DECIMARUM : Cauſæ hujus ſpeciem dedimus in *folio Congregationis* habitæ *die* 17. *Junij anni* 1747. Conſtabat IV. capititibus, quorum I. erat „ An bona, quæ ab anno 1616. remanſerunt per „ concordiam affecta certo oneri decimarum, tranſierint ad alienas manus „ cum onere ſuo, itaut moderni poſſeſſores illorum, licet ſolventes De„ cimas pro bonis in antea poſſeſſis, teneantur pro bonis poſtea quæſitis ad „ novam Decimarum ſolutionem pro quantitate ſolvi ſolita ab antiquis „ illorum reſpectivis poſſeſſoribus? II. An ab hujuſmodi ſolutione eximan„ tur Clerici pro Bonis eiſdem poſt concordiam in Patrimonium Sacrum „ aſſigna-

„ assignatis, & PP. Tertii Ordinis, aliaque Loca Pia dictæ Terræ pro „ bonis quocumque titolo quæsitis III. An particulares, qui de tempore „ concordiæ nulla bona possidebant, teneantur ad solutionem Decimarum „ ad taxam concordiæ pro Bonis postea quæsitis, etiamsi acquisitio non es- „ set, nisi de rata tantum bonorum, altera remanente penes antiquum „ possessorem adhuc solventem decimas in eadem quantitate, *& quate-* „ *nus affirmative ad I., & III., & negative ad II. & IV.* An dicti partic- „ culares Laici, & Ecclesiastici etiam Regulares, & Loca Pia d. Terræ „ teneantur Parocho ad solutionem Decimarum præteritarum, & non „ solutarum a die Rectoriæ moderni Archipresbyteri, vel potius a die „ concordiæ in casu &c. „ Causa ea die definita non fuit, sed *in sequenti Congregatione* habita non *die* 8. ut est *in folio impresso*, sed *die* 15. *Julij*; Rosponditque Sacrum Tribunal „ Ad I. negative. Ad II. negative „ quoad Clericos, & in reliquis videatur particulariter. Ad III. affirma- „ tive ad formam concordiæ. Ad IV. affirmative juxta resoluta in præ- „ cedentibus pro nunc a die motæ litis „ Hæ definitiones ad novum examen revocantur, & ideo respondendum est.

An sit standum vel recedendum a decisit in casu &c.

Reliquæ non propositæ.

VALLISOLETANA CAPPELLANIÆ: Ut implerentur voluntates Antonii de Isaba, & Christophori Martinez, quorum uterque primis, secundisque nuptiis vir fuerat Annæ Mariæ Sarmiento, quique Sacra quædam perpetua agi jusserant, eadem Anna Maria Ecclesiasticam fundavit Cappellaniam, cujus primum nominavit Cappellanum Sacerdotem Bernardum Vedoja, cui onera injunxit a Viris relicta. Placuit inde Annæ Mariæ pinguiorem facere eamdem Cappellaniam, & cum nihil aliud haberet, quam censum centum millium Regalium de Vellon, dimidiam partem ejusdem census, aliis additis oneribus, cessit Bernardo Cappellano. Mutavit inde varia semper, & inconstans Fœmina sententiam, & revocata, quam fecerat, fundatione, aliam fundavit Cappellaniam, cui datis oneribus veteri adjunctis, novisque assignavit integrum censum centum mil. regalium. Novæ hujus Cappellaniæ primum nominavit Cappellanum Franciscum a Sancta Clara Diez, & post ejus obitum filios, ac descendentes ab Emanuele de Villalba Cognato Cappellani Franciſci, & quia assignato Cappellaniæ integro censu nihil supererat, unde viveret, convenit clam cum Emanuele, ut ipsa fructus integros ejusdem census perciperet, conventionem ignorante Francisco Cappellano, qui postquam titulo hujus Cappellaniæ ad Sacros Ordines promotus fuit, audivit quidem reservatos fuisse hos fructus Annæ Mariæ, sed non quæsivit, an hoc in ipso fundationis Instrumento esset, an alio modo, immo habitavit cum Anna Maria, ad eandem sedit mensam & mutuis redditibus sese invicem aluerunt. *Sess. 21. c. 1. de ref.*

Sacerdos Bernardinus Vedoja, qui primam obtinuerat Cappellaniam, auctam inde dimidia parte Census centum millium Regalium, reputans nullam esse alterius Cappellaniæ Fundationem egit in Judicio contra secundum Cappellanum Franciscum a Sancta Clara Diez coram Vicario Generali Vallisoletano, & hujus litis occasione comperta fuit conventio tacite inita inter Annam Mariam, & Emanuelem de Villalba. Placuit Vicario Generali sententiam ferre, qua declaravit utramque fundationem esse servandam, & reputans tam Emanuelem, quam Franciscum in simoniæ peccatum cecidisse, Emanuelem damnavit mulcta 20. Ducatorum de Vellon, Franciscum voluit suspensum cum a sacris agendis, tum a perceptionem fructuum Cappellaniæ, donec dispensationem non impetrasset a Sanctissimo, ut illam retineret. Preces obtulit Franciscus Sacratissimo Principi, a quo data fuit

ta fuit postulationis hujus cognitio Amplissimis Patribus, auditoque jam Episcopo, Causa proponitur, defendente Francisco conventionem inter alios initam vitio sibi, qui de ea particeps non fuit, non esse imputandam, neque simoniæ labe infectam dici posse, nam aut illa conventio inita fuit ante Cappellaniæ fundationem, & cum eo tempore fructus Census pleno Jure ad Annam Mariam spectarent, potuisse eum de iisdem fructibus pacisci, aut inita fuit post fundationem, & cum fructus ad Cappellanum pertinerent, nulla fuit conventio de re aliena sine consensu Domini inita; communionem vitæ non negat, sed explorati Juris esse ait Patronum ex fructibus Beneficii esse alendum: cæterum si aliqua simoniacæ labis suspicio esse possit, absolutionem, & dispensationem ab Eminentissimis Patribus postulat: duo itaque Causæ Capita sunt.

I. *An constet de Conventione Simoniaca, & respective de subsistentia suspensionis Franciſci tum a celebratione Missæ, quam a perceptione fructuum Cappellaniæ, de qua agitur?* Et quatenus affirmative.

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolutione, & dispensatione ipsius Franciſci ad omnia præmissa in casu &c.*

Sess. 25. c. 21 de Reg.

CRACOVIEN. CONTRIBUTIONIS; Regulares Canonici S. Sepulcri Hierosolymitani, qui Originem jactant a S. Jacobo Apostolo, regulam, quam dicunt, S. Augustini amplexi sunt anno 1143., quique ipsis ex eorundem numero Electus Abbatis loco erat, Patriarcha Hierosolymitanus creabatur, ut ex Decretali Alexandri III. *in Cap. novit. De Election.* probari contendunt. Primus hunc Ordinem in Polonia deduxit Regius Princeps Jaxa Griphius anno 1162., qui Miechovienſe Monasterium extruxit, illudque Canonicis iis, quos e Hierosolyma abduxerat, concessit. Ex hoc Monasterio originem habere dicuntur omnia non Poloniæ tantum, sed Europæ universæ Ordinis hujus Monasteria: atque hinc factum esse dicitur, ut post ultimum Hierosolymæ excidium, summorum Pontificum authoritate Monasterium illud declaratum fuerit cæterorum omnium caput, & Miechovienſis Præpositus totius Ordinis Præpositus Generalis constitutus fuerit; quam prærogativam nostra etiam ætate eidem Monasterio, & Præposito confirmavit Summus Pontifex Clemens XII. in Pactis Conventis cum Sereniſſimo Polonorum Rege. Quia vero hujus Ordinis Bona dudum commendari cæperunt, conventum fuit, ut Commendis vacantibus, Bona eidem Ordini restituerentur, & Monasteriis commendatis Claustrales Abaatis præficerentnr. Ratione Monasterii Miechovienſis nondum effectum Pacta conventa habuerunt, nam vivit adhuc Abbas Commendatarius Nicolaus Dembouski Gamenecenſis Epiſcopus, & nondum in poteſtatem Præpositi Generalis redierunt Civitas, & Territorium Miechoviæ; plurimique Pagi eidem Epiſcopo commendati: his, quæ prænoſſe neceſſe erat, narratis, ad rem venimus.

Orta lis eſt inter Præpoſitum Generalem Ordinis, & Præpoſitum, ſive Abbatem Commendatarium. Liti cauſam dedit incendium, quod anno 1745. Miechovienſe Monaſterium, domum Probationis, Eccleſiam Vaſa Sacra, Sacram ſuppellectilem, ornamenta, donaria, monimenta Monaſterii, atque Ordinis, & Munificentiæ Regum, ac Principum, uno verbo, omnia miſere abſumpſit. Incendio cauſam dedit Popularis licentia, cum die 19. Aprilis Feria ſecunda Paſchatis Populus importune Tormenta Bellica exploderet, nec quicquam profuiſſent repetitæ Canonicorum monitiones, quorum ſolemnia ſacra ſtrepitu turbabantur. Ignem humilis quædam caſa excepit, e qua vi ventorum delatus in alias ædes ligneas, & ſtramine tectas magnum excitavit incendiam, unde Monaſterium, Eccleſia, omnia denique abſumpta ſunt, combuſtis tantum ſuperſtitibus Eccleſiæ muris tanto detrimento, quam tum numerari non poſſe ipſi a Præpoſito Commendatario delecti *Commiſſarii*, qui omnia recognoſcerent damna, exiſtimarunt: atque hunc exitum habuit durities Populi, cui animum dabat ejus ſubjectio non Præ-

poſito

positio Generali, sed Præpositio Commendatario.

Postulavit Præpositus Generalis, ut ad sarcienda illata damna Præpositus Commendatarius contribueret: obtulit ille annuam præstationem 200., Præpositus Generalis, qui putat vix satis esse pro reparatione sc, 50. millia, Jura Ecclesiæ suæ coram hoc Sacro Tribunali deducere satius censuit; Contendit enim Præpositum Commendatarium dimidia saltem reddituum partem in hanc reparationem conferre debere, exemplo Abbatis Commendatarii Claræ Tumbæ Ordinis Cistercienſis, qui ob reparationem Ecclesiæ incendio consumptæ, licet Ecclesia uberes redditus haberet, decreto tamen Sacræ Congregationis Consistorialis lato *die* 14. *Maii anni* 1720., tertiam redditum suorum partem conferre debuit. Eoque amplius, quod damnum illatum fuit a subditis Præpositi Commendatarii, ideoque omne Jus postule, ut non ex fructibus Mensæ Conventualis, qui vix satis sunt ad Monasterii conservationem, sed ex redditibus, quos uberes præstant Bona Commendata, sarciatur. Auditi fuerunt ab hoc sacro Tribunali Nuncius Apostolicus, & Episcopus Cracovienſis, qui censent Præpositum Generalem minuere posse numerum Canonicorum, qui Miechoviæ sunt, & translatis Canonicis in alia opulentiora ejusdem Ordinis Monasteria, uti posse redditibus ad novum opus, qui nunc in eorum alimenta erogantur; posse etiam intributiones aliis Monasteriis indicere exemplo P. Generalis Ordinis Augustiniani, qui hoc remedio usus est, ut numos compararet ad reædificandum in Urbe Monasterium D. Augustini, quod vetustate ruinabatur: Relinquendum esse arbitrio, & pietati Præpositi Commendatarii *quid, & quantum in reædificationem contribuere debeat*, quia cogi non possit, cum in causam Fabricæ cessus fuerit a Cardinali Lipskio eo tempore Præpositio Commendatario Pagus, qui *Cortatovvicz* nuncupatur: Fructus Bonorum Commendatorum minui non posse Præpositio, quia nec Episcopatus onera ferre, nec Senatoris Regni munere fungi posset: nullos ei fructus superesse, qui in reparationem Cathedralis Ecclesiæ, & in Seminarium, quo caret Camenecenſis Diœcesis erogandi potius essent, quam in reparationem Monasterii Miechovienſis: addit Præpositus Commendatarius præter Pagum *Gortatovvicz* alios etiam Monasterio datos fuisse pro Fabrica Ecclesiæ ex Constitutiune optimi, maximique Pontificis Leonis X., & ideo non convenire exemplum Abbatis Commendatarii Claræ Tumbæ, qui præter quartam nil aliud solvebat.

His respondet Præpositus Generalis: Exemplum P. Generalis Ordinis D. Augustini longe alienum esse, neque huic morbo eadem medicina uti posse, cum summa sit inopia, & paupertas Monasteriorum hujus Ordinis, quæ omnia reparatione indigent, nec reparari possunt, cum ab Hæreticis, & Potentioribus Viris bonis spoliata fuerint: numerum quoque eorum longe minorem esse numero illorum Ordinis Augustiniani: Intributiones paucis his, & pauperibus Monasteriis indici non posse, cum Miechovienſe Monasterium suos habeat redditus, quos percipit Præpositus Commendatarius, & quibus caret Monasterium D. Augustini Urbis: Redditus Præpositio Cammendatario ea lege assignatos fuisse, *dummodo Divinus Cultus, & solitus Canonicorum, & Ministrorum numerus nullatenus minueretur*: Pagum *Gortato Vvicz* a Cardinali Lipskio non in fabricæ causam, sed *Superioris Claustralis subsistentatione* assignatum fuisse, ut est in Literis Apostolicis: Præpositum Commendatarium annua sc. 6. millia ex Camenenecenſi Episcopatu percipere: Satis hæc esse subeundis muneribus iis, quibus fungitur: Redditus quos percipit ex Bonis Commendatis, non in reparationem Cathedralis Ecclesiæ, non in Seminarii fundationem, quibus satis consultum fuit Tridentini Decreto, sed in reparationem Commendatæ Ecclesiæ, *ex Justitiæ debito* quo sua cuique danda sunt, non aliena aliis, esse erogandos: præsertim cum Domus Probationis incendio absumpta sit, quæ unica erat in Ordine universo, quæque in aliis Monasteriis ob tenues eorum opes collocari non potest, & quæ demum, nisi Miechoviæ restituatur, actum erit, & concla-

matum de hoc Ordine: Hæc Præpositus Generalis: a Præposito Commendatario nihil hactenus habuimus: Dubium causæ unum est.

An Præpositus Commendatarius teneatur contribuere pro ædificatione Ecclesiæ, & Conventus Miechovienſis Incendio consumptæ, necnon pro suppellectilibus, & aliis ad usum ejusdem Ecclesiæ, & in qua summa in casu &c.

Sess. 25. c. 19. de Reg.

MONOPOLITANA, SEV BAREN. RESTITVTIONIS IN INTEGRVM: Adversus lapsum temporis a die Professionis emissæ in Integrum restitui postulat P. Ambrosius Gaudius: Vix enim decimum quintum ætatis suæ annum impleverat, cum Clericali militiæ nomen dare cupiens, petiit a Patre, ut Sacrum Patrimonium constitueret, tamen illud non potuit machinationibus, & impedimentis præstitis a Leonardo, & Chrisante Fratribus Germanis P. Ambrosii, qui natu majores in rei familiaris dominio, & admjnistratione, patre jam senescente, socios habere nolentes, tribus aliis Fratribus in Monasterium pridem adactis, hunc quoque eamdem viam ingredi volebant. Ferocis atque asperæ naturæ Chrisantes nec matri pepercit, sceleratus enim ille violentas in eam manus intulit: Mitior Leonardus hic fabulis, & commentis somniorum, ille minis, & verberibus Adolescentem a proposito dimovere curabant, eumque *vellet, nollet*, ut dicebant, ad Regularem Institutum amplectendum cogere. Nactus Chrisantes occasionem absentiæ Patris reluctantem adolescentem vi abduxit e laribus paternis, & in Civitatem Monopolis protractum Patribus Dominicanæ familiæ tradidit. Aversum animum ab eo vitæ genere lacrymis, verbis, re ipsa Adolescens pandidit; pluries paternam domum repetere voluit, sed metu Chrisantis Fratris, & Monachorum suasionibus Sacras Vestes suscepit: Animum tamen a Religioso statu refugientem non deposuit, quem sociis aperuit, fugam tentavit, Magistro Novitiorum eum decipiente, qui falso narrabat Patrem, qui obierat, desiderare, ut Professionem emitteret, idque se ex ejus literis accepisse. Tandem metu Chrisantis, & deceptione Magistri Novitiorum actus professionem emisit anno 1729. Duravit causa metus usque ad annum 1747., quo Chrisantes furore, & phreneſi correptus obiit. Oblatis itaque Sacratissimo Principi Precibus postulavit P. Ambrosius in integrum restitui; Data hujus postulationis cognitione Amplissimis Patribus, confectus fuit Judicialis Processus, auditoque jam Episcopo, Causæ dubium proponitur.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Sess. 23. c. 14. de ref.

JANVEN.: Duæ sunt Genuæ intra fines Parochiæ S. Vincentii pretio conductæ Domus, quarum unam duæ, vel tres, alteram vero decem, aut duodecim habitant Puellæ, quæ *Tertiariæ* Ordinis S. Dominici nuncupantur. Hæ neque vota solemnia emittunt, neque clausuram servant, neque Parochum recognoscere volunt, Jactant Ordinis privilegia, & exemptiones a Parochi, tum ab Episcopi Jurisdictione. His Puellis Provicarius Generalis edixit, ut in Ecclesia Parrochiali Paschale Præceptum implerent, ut Parochum Domos lustrantem reciperent, secus pœnas subirent *Can. omnis utriusque de pœniten., & remiss.* aliasque Edicto numeratas. Illæ spreto Edicto, Parocho ad earum Ædes accedenti responderunt, Parochi benedictione non egere, quod jam benedictæ fuissent a Patre Dominicanæ familiæ earum Superiore. Ecclesia itaque interdictæ fuerunt, vetitumque fuit, ne sacra fierent in earum Cappella, nisi intra sex dierum Parochum in Pastorem agnoscerent: Puellæ ad Archiepiscopum ipsum provocarunt, & ediderunt Decretum Cardinalis Flischij Genuensis Archiepiscopi latum anno 1719., quo declaravit *Tertiarias esse Personas Ecclesiasticas, & gaudere Privilegiis Ordinis Prædicatorum, donec, & quousque collegialiter vixerint*. Archiepiscopus itaque longe prudentius agens pœnas suspensas voluit, dummodo intra terminum mensium quatuor Privilegium monstrarent

exem-

exemptionis a Parochiali, & Episcopali Jurisdictione. Puellæ libellum obtulerunt Sacro huic Tribunali petentes, ut EE. PP. declararent eas exemptas a Parochi Jurisdictione, & nulla Edicta Provicarii. Parochus his Edictis renunciavit, contenditque eas neque ex Decreto Cardinalis Flischii, neque ex Constitutionibus Summorum Pontificum exemptas esse.

Decretum Cardinalis Flischii accipiendum esse ait de subiectione Foro Ecclesiastico, & ut participes sint Indulgentiarum, quæ Ordini concessæ sunt, non vero de exemptione ab Episcopi, & Parochi Jurisdictione, cum hanc exemptionem dare nequeant Episcopi sine authoritate Sedis Apostolicæ, ut pluribus disputat *Vrsaya discept. Eccles.* 18. *num.* 67., *&* 78. *vol.* 7. *par.* 2. Constitutiones vero Summorum Pontificum, & præsertim Leonis X., quibus Tertiariæ exemptionem defendunt, revocatas fuisse aliis Successorum Pontificum Constitutionibus: Si enim Pius V. Constitutione sua, quæ est 8. *volum.* 2. *Bullar.* Collegia harum Puellarum, quæ *Tertiariæ* dicuntur, quæque nec clausuram servant, nec solemnia vota emittunt, prohibuit, & licet nondum, ut jubet Constitutio, sublata fuerint, nondum tamen fuere probata; Tolerantur quidem, ita vero ut Episcoporum subsint Jurisdictioni, quod ea, qua cæteris præstat doctrina, & Jurisprudentia docuit Sacratissimus Princeps noster in aureis suis *notif. vol.* 2. *notif.* 13. *in fin.* idque etiam liquet ex Decreto Sacri hujus Tribunalis *in Lunen. Sarzanen.* 30. *Januarii* 1723. ut in *Thes. Resolut. Sac. Congreg. vol.* 2. *pag* 270., *& seq.* Jus suum, pergit Parochus, ab Episcopi Jure pendere; Si Episcoporum Jurisdictioni Collegia hæc subjecta sunt, etiam Parochi Jurisdictioni subjci debere: Hæc, atque alia Parochus: a Puellis nondum libellum Jurium habuimus. Vnum est Causæ Caput.

An Puellæ Tertii Ordinis S. Dominici Civitatis Januæ nuncupatæ Tertiariæ *subiectæ sint Jurisdictioni Parochi in casu &c.*

Die Sabbati 26. Aprilis 1749.

PRiores *quinque* Causæ, quas subiicimus, definitæ non fuerunt in ultima *Congregatione* habita *die* 2. transacti mensis *Martii*, & ideo rogamus Eminentissimos Patres, ut ad eas definiendas *Folium eiusdem Congregationis* iterum consulant.

TVDERTINA DECIMARVM, in qua quæritur. *Sess.* 24. *c.* 12. *de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius in omnibus.

VALLISOLETANA CAPPELLANIÆ, cujus duo sunt Capita. *Sess.* 21. *c.* 1. *de Ref.*

I. *An constet de Conventione Simoniaca, & respective de subsistentia suspensionis Francisci tum a celebratione Missæ, quam a perceptione fructuum Cappellaniæ, de qua agitur?* Et quatenus affirmative.

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolutione, & dispensatione ipsius Francisci ad omnia præmissa in casu &c.*

Consulendum Sanctissimo pro absolutione, & dispensatione ad Cautelam.

CRA-

Sess. 25. c. 12. de Regul.

CRACOVIEN. CONTRIBUTIONIS, cujus Dubium est.

An Præpositus Commendatarius teneatur contribuere pro ædificatione Ecclesiæ, & Conventus Miechovienſis Incendio consumptæ, necnon pro suppellectilibus, & aliis ad usum ejusdem Ecclesiæ, & in qua summa in casu &c.

Affirmative pro tertia parte reddituum Commendæ.

Sess. 25. c. 19. de Regul.

MONOPOLITANA, SEU BAREN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM, in qua quæritur.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 23. c. 14. de Ref.

JANUEN., cujus unum Caput est.

An Puellæ Tertii Ordinis S. Dominici Civitatis Januæ nuncupatæ Tertiariæ *subjectæ sint Jurisdictioni Parochi in casu &c.*

Affirmative.

Sess. 24. c. 8, de Ref.

IPPOREGIEN. CANONICATUS POENITENTIARII. Licet antiqua Cathedralis Ecclesia Ipporegiensis quinque Dignitatibus, & decem ac novem Canonicatibus honestata esset, & numerata, carebat tamen Canonico, qui Pœnitentiarii munere fungeretur. Decretum quidem dudum fuerat ab Episcopo, ut Præbenda primo vacatura Canonicatus Pœnitentiarius erigeretur, sed nunquam Decretum exequi potuit, vacantibus Præbendis, vel resignationibus, vel Mensibus Sedi Apostolicæ reservatis. Rem tandem omnem perfecit anno 1742. Sacerdos Antonius Pellerina, qui Dote constituta, & reservato hæredibus Jurepatronatus, Canonicatum Pœnitentiarium in illa Ecclesia fundavit, certis datis oneribus, & certis adiectis conditionibus, quas inter ea ad rem pertinet „ che quello verrà provisto dell' Offi- „ zio della Penitenziaria, debba godere di tutte le Prerogative, e Preemi- „ nenze, che godono tutti gl' altri Canonici di questa Cathedrale, special- „ mente dell' uso dell' insegne Canonicali, Voce attiva, e passiva in Ca- „ nonicali, Voce attiva, e passiva in Capitolo, nell' istesso modo, e for- „ ma che si prattica dalli Canonici Penitenzieri nell' altre Cathedrali, e „ massime nella Metropolitana di Torino, ed in modo pure, che debba „ considerarsi come vero, ed effettivo Canonico, alla riserva della per- „ cezzione delle distribuzioni, & altri annui proventi dipendenti dalla Mas- „ sa Capitulare, come anche circa la ragione di ottare la prebenda - Ex- „ pressamque etiam adiecit declarationem - Che l' Erezzione da seguire „ di detta Penitenziaria debba essere, conforme resta prescritto nel presen- „ te Istromento colle stesse condizioni, oblighi, e riserve, de quali in es- „ so senza alcuna modificazione, restrizzione, ne variazione, in difetto „ del che non sarebbe divenuto detto Sig. D. Pellerina al presente Istro- „ mento, di modo che in alcun tempo per qualunque Causa, ed Atto sì „ pensata che impensata non possa dirsi acquistata ragione alcuna contro „ il disposto d'esso Istromento.

Prudenter agens Episcopus voluit, ut actus hujus fundationis, antequã in publicas tabulas referretur, Canonicis in Capitulo monstraretur, ut si quid vellent, excicerent: iis nihil opponentibus, stipulatus fuit contractus publico Instrumento, & idem

& idem Fundator declaratus fuit Canonicus Pœnitentiarius; priusquam vero ille possessionem Capitulariter nanciscereturr, metuentes Canonici a clausulis, formulisque Instrumento adiectis, ne detrimenti aliquid caperent, libellum obtulerunt Episcopo, quo petebant declarationem, cui plenissime annuit Episcopus his verbis „ Ad majorem declarationem actus erectionis „ nostræ novi Canonicatus Pœnitentialis secutæ &c. dicimus, quod per „ quascumque clausulas in eodem actu appositas importantes plenum Jus Ca„ noniæ nullum omnino intendimus irrogare præjudicium Canonicis anti„ quis, ac eorum successoribus quoad participationem emolumentorum pro„ venientium a Massa Capitulari, vel Sacristiæ, quæ respiciant distribu„ tiones respective quotidianas ratione Chori, vel manuales ratione cele„ brationis Missarum, Anniversariorum, vel alterius cujuslibet Officii, „ prout etiam quoad emolumenta, quæ in posterum a piis dispositoribus „ elargienda venient Capitulo, expresso nomine Capituli in universum „ concepto: Item, quod in sequelam vocis activæ, & passivæ in Capitu„ lo in Literis nostris attributæ admissio novi Canonici Pœnitentiarii ope„ rari debeat in Spiritualibus, respectu scilicet negotiorum Capulariuin, „ quæ concernunt statum, seu servitium Ecclesiæ, & Sacristiæ, cæteris in „ sua firmitate remanentibus.

Post hanc Episcopi declarationem novus Canonicus Pœnitentiarius possessionem nactus fuit capitulariter, dato illo loco in Choro, quo præcedebat Canonicos Coadiutores, & dum vixit, habitus fuit pro vero Canonico, & post obitum Canonicorum sepulcro illatus fuit, unumque ei defuit, ut non potuerit uti voce activa, & passiva *in Spiritualibus*, quia dum vixit, nulla affuit occasio congregandi Capitulum, ut ageretur de iis, quæ respicerent statum, servitiumque Ecclesiæ, & Sacrarii. Morte igitur obita a primo Canonico, & Fundatore Pellerina, nominatus fuit ad vacantem Canonicatum Petrus Joseph Pezzati, quem contra protestatio emissa fuit a Capitulo se non obsistere, ut præsentatus in possessionem Canonicatus Pœnitentiarii immitteretur, dummodo certæ adiicerentur conditiones, quas cum Episcopus insubsistentes, atque inutiles reputasset, quia declaratione sua jam prospexerat indemnitati Capituli, Pezzatum instituis cum omnibus Juribus, honoribus, & oneribus, servata forma erectionis, servatoque Jure Capituli in iis, quæ opposuerat, ad aliud Judicium. Non placuit Capitulo hoc Episcopi decretum, & cum ageretur de Causa in hoc Sacro Tribunali disputanda, Capitulari decreto visum est immittendum esse Pezzatum in possessionem Canonicatus Pœnitentiarii, suspensis tamen prærogativis quoad veros Canonicos tantum, donec ab hoc Sacro Tribunali definiretur „ An virtute „ fundationis, & erectionis Pœnitentiariæ Canonicus Pœnitentiarius habeat „ stallum in Choro cum antianitate, vocem in Capitulo pro rebus Spiri„ tualibus quoad statum Ecclesiæ, electionibus, & rebus similibus „ Atque ita mandato Capituli nactus est Pezzatus possessionem Canonicatus die 31. Augusti anni 1746., & inde Amplissimo huic Ordini preces obtulit, ut omnis definiretur controversia, auditoque jam Episcopo, qui secundum Pezzatum respondit, Causa nunc proponitur duobus distincta Capitibus.

I. *An, & quomodo erectio Canonicatus Pœnitentiarij facta per Episcopum in Ecclesia Cathedrali Ipporegien. subsistineatur in casu &c.* Et quatenus Affirmativè.

II. *An, & quæ prærogativæ competant Canonico Pœnitentiario dictæ Ecclesiæ Cathedralis, & quibus respective oneribus subiiciatur in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Seſſ. 25. c. 13. de Ref.

MELPHIEN., SEU RAPOLLEN. QUARTÆ FUNERALIS. In ipſa Fundatione Monaſterii S. Mariæ Angelorum Oppidi Atellæ pacto conventum fuit inter Clerum ſæcularem Oppidi, & ejuſdem Monaſterii PP. Minores Obſervantes Reformatos, ut jus eſſet iiſdem Patribus *funerandi, & ſepelliendi Fidelium cadavera in eorum Eccleſia ſepulturam eligentium abſque ullo onere ſolvendi Quartam Canonicam, atque Parochialem*; Utque inter eos nullo umquam tempore lis aliqua, & controverſia oriretur, alio pacto conventum fuit, *ut ipſi RR. de Clero poſſent eorum arbitrio in ſimilibus Proceſſionibus Crucem afferre*. Pactis tamen hiſce ſpretis, cenſuit Clerus anno 1747 Patres ejuſdem Monaſterii immunes non eſſe a præſtatione quartæ, & re in Judicium delata, Vicarius Generalis ſententiam tulit ſecundum Clerum. Appellarunt Patres ad hoc Sacrum Tribunal, & immunitatem ſuam tuentur centenis Summorum Pontificum Conſtitutionibus, & Rerum Judicatarum authoritatibus, quibus derogata diſpoſitione cognitiſſimæ *Clement. Dudum &c.*, a præſtatione hujus quartæ liberantur. Res omnis deducitur ad Conſtitutionem Benedicti XIII. Pontificis Optimi Maximi, quæ *Sexta eſt poſt Concil. Roman.* Eam tamen ad rem non pertinere PP. contendunt, quod illa accipienda ſit de Immunitate a quarta præſtanda, quæ Regularibus Ordinibus debita fuerit *ex Privilegiis* Ordini indultis a Summis Pontificibus, non vero de ea immunitate, quam regularis Ordo habeat *ex contractu*, pactoque inito in ipſa fundatione, quo tempore licet convenire etiam contra Jus: Hanc Immunitatem, quæ ex contractu venit, Conſtitutione non fuiſſe ſublatam, cum nullum de ea verbum habuerit Conſtitutio, & tamen neceſſe eſſet, ut de ea immunitate verba feciſſet, ut eſt *in cap. ex multiplici de decim*; Et docent ad rem *Rom. conſ. 456. num. 41. Soccin. conſ. 59. num. 9. lib. 1.*; neque enim putandum Summum Pontificem Jus alicui quæſitum non ex gratia, ſed ſtipulatione, contractu, & conventione, ſine qua PP. ad Monaſterium illud non veniſſent, tollere voluiſſe; Præſertim cum pacta Immunitas reſpectiva ſit ad Jus Clero datum Crucem ferendi, quod vetari potuiſſet a Patribus: Una enim in funeris elatione ferenda Crux eſt Eccleſiæ tumulantis, ut ex diſpoſitione *Ritual. Roman. Rubr. de Exequiar. Ordin.* tradunt *Baruffald. in Comment. ejuſd. Ritual. tit. 36. num. 43., & ſeq., & Nicol. Lucub. Canon. lib. 4. tit. 15. num. 25. §. 4.*; Omnemque adimat dubitationem optima Legis cujuſque obſcuræ, & incertæ interpres conſuetudo; Poſt editam enim Conſtitutionem Patres quartam nunquam ſolverunt. Hæc Patres. A Clero nihil hactenus habuimus. Dubium, quod, audito jam Epiſcopo, definiendum proponitur, eſt.

An Patres Minores Obſervantes Reformati vigore conventionis appoſitæ in limine fundationis eorum Conventus, & Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum Terræ Atellæ ſint exempti a ſolutione quartæ Funeralis pro cadaveribus ſepeliendis in dicta Eccleſia, ſeu potius teneantur illam perſolvere in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Seſſ. 24. c. 1. de Ref. Matr.

CASSANEN. MATRIMONII, ET NULLITATIS CENSURARUM. Conſtitutione Sacratiſſimi Principis noſtri lata anno 1742., cujus initium eſt *Etſi Paſtoralis* §. 8. ſancitur, *ut Matrimonium inter Maritum Latinum, & Græcam Mulierem, coram Parocho Latino contrahatur*. Hac Conſtitutione ductus Epiſcopus Caſſanenſis nullum, & invalidum declaravit matrimonium inter Xaverium Gangale Terræ Firmi, quem Epiſcopus e Græco ad Latinum Ritum tranſiſſe aſſerit, & Græcam Pnellam Lauretam Stratico Terræ Longri contractum ~~previis~~ denunciationibus coram Parocho Græco Puellæ, eoſque etiam Eccleſiaſticis Cenſuris devinxit, quod parere noluerint Epiſcopo ſeparationem præcipienti. Confugit ad hoc Sacrum Tribunal

Xave-

Xaverius, & auditus, ut fieri solet, Episcopus rem omnem ita narrat: ut lites, & controversiæ inter Græcum Archipresbyterum Terræ Firmi, & Sacerdotem Latinum ibidem præpositum, ut Sacramenta ministraret Latinis, finem aliquando haberent, Græcum Archipresbyterum petiisse ab Episcopo, ut Filio suo Xaverio veniam daret transeundi e Græco Ritu ad Latinum. ita enim potuisset Filius ad Sacros Ordines promotus Archipresbyteratum obtinere, Rituque Latino ministrare. Annuit precibus Episcopus, certior tamen prius factus ab ipso Xaverio de hac sua voluntate, eumdemque inde in Album retulit eorum, qui Ecclesiasticis Ordinibus operam dare cupiunt, dataque eidem facultate, ut incederet in habitu, & Tonsura Clericali, ea tamen lege, ut Ecclesiæ, & Latino Sacerdoti Latino Ritu serviret. Hac venia impetrata, Xaverium servasse semper Latinum Ritum, cum in Oppido Saracenæ, ubi nullus est Græci Ritus Sacerdos, tum in Civitate Neapolis, quæ in Loca Studiorum causa secesserat; Firmum tandem reversum Xaverium sponsalia contraxisse cum Græca Puella Oppidi Longri, & cum matrimonium contrahere vellet, veniam impetrasse a Curia Episcopali, ut fierent denunciationes. Hæc, ut rescivit Episcopus, monuisse Archipresbyterum Patrem, & Xaverium filium de matrimonio coram Latino Oeconomo contrahendo; cum ipsi id ægre ferrent, suasisse, ut quam ipse dare non poterat veniam, regressus ad Græcum Ritum, impetrarent a Summo Pontifice: Negatam vero hanc veniam fuisse ipsum Episcopum accepisse ex literis, quas habuit a Sacra Congregatione Universalis Inquisitionis, & quas Archipresbytero Patri, filioque Xaverio monstravit: his tamen omnibus spretis Xaverium repente in Oppidum Longri concessisse, & coram Græco Parocho Canonicas horas in Choro persolvente. Puella etiam adventa, solemnia matrimonii verba pronunciasse: Ita Episcopus.

Contra Xaverius minus vere hæc ab Episcopo narrari ait, eumque ex facto, & ex Jure a veri specie recedere contendit; negat enim petiisse umquam ab Episcopo veniam transeundi ad Ritum Latinum, & si verbum ullum inter Episcopum, & Archipresbyterum Patrem hac de re factum fuerit, id factum dicit, se ignorante, & invito, qui Patrios, & a Majoribus suis semper servatos Ritus retinuit constantissimè tum in Oppido Saracenæ, cum in Civitate Neapolis, ut testibus viris Religiosis, & Parocho probat: Rescripto Curiæ Episcopalis mandatum fuisse, ut denunciationes ab Archipresbyteris Græcis Firmi, & Longri fierent juxta decretum Tridentini, unde apertissime probari dicit se e Græco ad Latinum Ritum nunquam transiisse, alias non Græco Archipresbytero Firmi, sed Latino Oeconomo datum fuisset munus denunciationum a Curia Episcopali: nullum ab Episcopo edi monumentum hujus veniæ ab eo indultæ transeundi e Græco ad Ritum Latinum: nullum dedisse mandatum, ut preces offerrentur Summo Pontifici, quibus postularetur regressus ad Græcum Ritum, sed, eo ignorante, oblatas fuisse ex mandato Vicarii Generalis, ut morem gereret Epispopo: Hæc Xaverius ex facto. Ex Jure vero disputat, errare Episcopum, dum censuit Constitutione Sacratissimi Principis nullum declarari matrimonium contractum *inter Maritum Latinum, & Mulierem Græcam coram Parocho Græco*, quia Princeps Optimus providentissima Lege controversias tollere voluit inter Parochos Græcos, Latinosque, & ideo modum indixit, quo tollerentur, at cum non derogaverit Decreto Tridentini, cum non apposuerit specifice legem irritantem matrimonium aliter contractum, sequitur, ut matrimonium contra formam Pontificiæ Legis initum, illicitum quidem dici possit, at firmum, validumque sit, non ut Episcopus censuit nullum, & invalidum. Hinc itaque, pergit Xaverius, nullas esse, & injustas Censuras, injustas quidem, cum validum fuerit matrimonium, nullas, cum relaxatæ fuerint sine citatione personali. Hæc Xaverius. Videant Eminentissimi

PP., qua Juris ratione expedienda sint duo Capita hujus causæ.

I. *An constet de validitate Matrimonii in casu &c.* Et quatenus affirmativè.

II. *An Censuræ subsistineantur in casu &c.*

Ad I. Affirmative facto verbo cum Sanctissimo. Ad II. Dilata, & transportentur acta, & interim pro absolutione cum reincidentia ad tres menses.

Sess. 24. c. 18. de ref.

CASTRIMARIS PAROCHIALIS. Ad vacantem Parochialem Ecclesiam S. Eustachij Castri Maris, quæ est de Jure patronatus Familiarum Verdoliva, & Firpi, præsentatus fuit a Patronis Sacerdos Antonius Verdoliva. Propositis Edictis, cum nullus sese contradictorem præstiterit, præsentationem ratam habuit Episcopus. Ad examen inde accessit Antonius, sed reprobatus fuit uti imperitus. Appellavit ad hoc Sacrum Tribunal, & postulat, ut Eminentissimi Patres alios dent Examinatores, ut novum suæ doctrinæ periculum facere possit; Præsentatus enim ad Parochialem de Jure Patronatus Laicorum, si reprobatus sit, in examine admitti debet ad novum examen, alias appellatio inutilis ei esset, idque bis, terque, ut quasi per Rem Judicatam de ejus imperitia constare dicatur, ut ex *leg. Unica Cod. de Atlet. lib.* 10. probant uno consensu allati a *Gonzalez ad Regul. 9. Cancellar. glos. 4. num. 121. Piton. discept. Eccles. 13. a num. 3. ad 12.* ea ratione, quod Præsentatus jus quæsitum habet ex præsentatione, quod ei tolli non debet negando novum examen, qua in re, si nullus sit contradictor in Beneficio, nulli fit injuria, nullique detrimentum infertur, ut differunt *Garzias de Benef. par. 6. cap. 2. num. 76. Massobr. in Prax. Concurs. Req. 15. Dub. I. num. 5. Ventrigl. in Prax. par. 2. annot. 5. §. 2. num. 13. in fin. Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæst. 31. sub num. 130. Nicol in Flosc. Verb. Examen. n. 6. Piton. eadem discept. 13. n. 14.*

Placuit autem id locum habere, licet Examinatores rectè retulerint, quando enim res non est de Parochiali liberæ Collationis, quo casu rejectus in concursu monstrare debet injustam reprobationem ex iisdem Actis concursus, sed res est de unico præsentato a Patronis, admitti semper debet ad novum examen, licet Examinatores rectè retulerint, quia peritia, vel imperitia unico experimento cognosci tuto non potest *Gonzalez ad Regul. 9. Cancell. glos. 4. num. 119., & seqq. Grazias de Benef. par. 9. cap. 2. num. 251. vers. quia potest quis. Piton. dicta Discept. 13. num. 6.* Præsertim cum in casu nostro justam aliquam causam haberet Antonius, caput enim illi dolebat, turbatus erat reverentia Episcopi præsentis, torvoque vultu Examinatorum, & perplexitate propositarum quæstionum. Illud autem rem conficere videtur, quod Antonius populo acceptissimus est, & unus ex Patronis, quo casu, etiamsi Jure destitueretur, æquitas tamen suggerit, ut ad novum experimentum admitti debeat *Genuens. in Prax. cap. 66. num. 6. vers. Verum licet, Piton. eadem discept. 12. num. 8.* Novum autem experimentum coram aliis Examinatoribus ab hoc Sacro Tribunali eligendis fieri debet, cum ab eorum reprobatione Antonius appellaverit; iniquum enim esset, si novum eorum subire judicium cogeretur, a quibus reprobatus fuit. *Carz. de Benef. par. 9. cap. 2. num. 245. in fin. Piton. d. discept. 13. num. 18.* A Promotore Fiscali nihil habuimus. Unum Causæ caput est.

An Sacerdos Antonius Verdoliva præsentatus ad Parochialem S. Eustachii Castri Maris de Jure patronatus illius Familiæ, & Firpi, sit admittendus ad novum examen coram Examinatoribus a Sacra Congregatione deputandis in casu &c.

Af-

Affirmative coram Examinatoribus ab Eminentiſſimo Urbis Vicario deputandis.

Die Sabbathi 17. Maii 1749.

DUÆ, quæ ſequuntur, cauſæ in ultima *Congregatione* habita *die 26.* tranſacti Menſis *Aprilis* dilationem obtinuerunt *ad hanc Congregationem*: Rogamus itaque Ampliſſimos Patres, ut earum ſpeciem repetant ex *folio ultimæ Congregationis*.

IPPOREGIEN. CANONICATUS POENITENTIARIJ, cujus duo ſunt Capita.

I. *An, & quomodo erectio Canonicatus Pœnitentiarii facta per Epiſcopum in Eccleſia Cathedrali Ipporegien. ſubſtineatur in caſu &c.?* Et quatenus Affirmativè. *Seſs. 22. c. 8. de Ref.*

II. *An, & quæ prærogativæ competant Canonico Pœnitentiario dictæ Eccleſiæ Cathedralis, & quibus reſpective oneribus ſubiiciatur in caſu &c.*

Affirmativè ad utrumque juxta legem fundationis, & Decreta Epiſcopi anni 1742., & ampliùs.

MELPHIEN. SEU RAPOLLEN. QUARTÆ FUNERALIS, cujus unum Caput eſt. *Seſſ. 25. c. 13. de Ref.*

An Patres Minores Obſervantes Reformati vigore conventionis appoſitæ in limine fundationis eorum Conventus, & Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum Terræ Atellæ ſint exempti a ſolutione quartæ Funeralis pro cadaveribus ſepelliendis in dicta Eccleſia, ſeu potius teneantur illam perſolvere in caſu &c.

Affirmativè ad primam partem, & Negativè ad ſecundam.

LISBONEN. MATRIMONIJ: Propoſita poſt varios caſus hac Cauſa in *Congregatione* habita *die* 14. *Decembris* ſuperioris *anni* 1748. dubio illius, quod erat, *An conſtet de nullitate Matrimonii in caſu &c.* Reſponderunt Ampliſſimi Patres. *Affirmative*. Cum vero nunc retractari hoc judicium poſtulet Ludovicus Franciſcus Sanchez de Baena, Eminentiſſimi Patres, juribus, quæ ab eo proponuntur, perpenſis, expedire poterunt dubium, quod damus. *Seſſ. 24. c. 1. de reformat. Matr.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata, & ad mentem.

PRIVERNEN. ORDINUM: Poſtulavit ab Epiſcopo Franciſcus de Montibus Privernas Medicinæ Profeſſor, ut tertio ex ſex Filiis maſculis, quos habet, Auguſtino, Tonſuram conferret, cum clericali militiæ nomen dare cupe- *Seſſ. 23. c. 4. de ref.*

cuperet: Renuit Episcopus: querelas ille detulit de hac recusatione ad hoc Sacrum Tribunal. Auditus itaque, ut fieri solet, Episcopus respondit „ „ Diœcesanos suos omnes ad statum Ecclesiasticum vocationem habere, ita- „ ut, si instantium precibus annuere vellet, Ecclesiasticorum exercitus eum „ opprimeret: Priverni Civitatem Clericorum sufficientiam habere, & an- „ te Augustinum locum tenere præfatæ Civitatis Alumnos, qui per plu- „ rium annorum spatium in Seminario Diœcesano moram fecerunt, & fa- „ ciunt „ Addidit Episcopus, *majorem Francisci filium*, qui Canonicus est Cathedralis Ecclesiæ, *perraro in sua residere Ecclesia, itaut eum juris remediis revocare meditaretur*. His auditis, rejectæ fuerunt Francisci preces, qui tamen non fractus animo hac repulsa, novas obtulit preces, quibus monstrabat a veri specie Episcopum recessisse. Auditus itaque fuit iterum Episcopus, qui mutavit recusationis causas, aliasque attulit „ Fran- „ cisci filium Augustinum nullimode fuisse pro Altari natum, eo quod sæ- „ cularibus non modo officiis incumbat, salemque absente Fratre in offici- „ na vendiderit, sed scholam neglexerit, adeout, licet vigesimum ætatis „ annum agat, solis tamen Grammaticæ regulis operam navet, quamo- „ brem nullimode pro prima Tonsura audiendum esse censet, eo quia „ nihil boni in eo sperari possit „ Visum est ob hanc variationem, atque inconstantiam Episcopi rem accuratius esse discutiendam, & ideo, conceptis Dubiis, causa omnis Amplissimorum Patrum judicio subiicitur.

Ad Tonsuram obtinendam Tridentini decreto non alia requiruntur, nisi, ut *promovendus sciat rudimenta fidei, & saltem legere, & scribere* lingua vulgari, & materna, ut communi Doctorum sententia interprætantur *Barbos. ad Concil. Trident. sess. 23. cap. 4. de ref. num. 5. Ventrigl. in Prax. tit. de Exam. ordin. annot. 43. § Unic. num. 26.* Hæc autem excedunt in Augustino, qui, ut constat ex ipsius Episcopi testimonialibus literis datis, ut in aliquod adolescentium Collegium cooptaretur - *bonis moribus imbutus est, Grammaticæ præceptis versatus, bonisque parentibus ortus, non processatus, non querelatus fuit* - quique, licet vigesimum annum agat, Rethoricæ operam dat, ut testificationem facit Magister, qui ejus pietatem, diligentiamque commendat: objecta ab Episcopo in utraque Epistola facile diluit Pater, qui testimonia dat virorum genere, dignitate, publicisque muneribus illustrium, e quibus constat exercitum illum Ecclesiasticorum, quem timet Episcopus, Priverni non esse, immo his copiis indigere Civitatem, cujus Civium detrimento, ac dedecore, Beneficia exteris, & peregrinis Hominibus conferri debent, & sacra sæpius non inveniunt, qui agant ii, qui Neapoli miter faciunt, Sacerdotum defectu: Clericorum numerum Sacris Canonibus non esse præfinitum, neque in Tonsura eamdem legem esse, quæ solet esse numeratis Ecclesiis: Alumnos, qui in Collegio, seu Seminario sunt, nullum præstare posse impedimentum, ne alii prima Tonsura initientur, nullumque jus Seminarium dare prælationis Alumnis, & si jus etiam prælationis haberent, aliam esse prælationem, aliam vero esse rejectionem aliorum; Episcopum, qui metuit ab exercitu Ecclesiasticorum, qui censet præferendos Alumnos Seminarii, ut reiicitata a Tonsura Augustinum, contulisse Tonsuram duobus Privernatibus adolescentulis post datas preces ab Augustino, qui tamen nec in Seminario fuerunt, nec digni erant, ut prima Tonsura initiarentur, ut monstravit exitus; alter enim bubulcum agit, alter de infando crimine accusatus, & in carceres conjectus evasit ob nullitatem, defectumque jurisdictionis, & fugiens Patriam, Romam venit, vilique arte lucrum quærit: Francisci filium natu majorem, qui Canonicus Cathedralis est, studiorum causa abfuisse, & Capituli consensu, ac venia Sacri hujus Tribunalis Romæ fuisse, impleto tempore, Privernum repetisse, ut inane sit, quidquid Episcopus meditaretur de eo revocando juris remediis: & si per desidiam, otiumque abfuisset, nihil ad alium fratrem pertinere alterius fratris culpam: salem in officina, aut taberna numquam venditum fuisse

sive

ſive ab Auguſtino, ſive a fratre, nec potuiſſe vendi, quia ſal venditur in officina ſalaria a num. dro Publicani Cameræ, ſeu Fiſci Principis: confundere Epiſcopum ſales, & officinas; lapideum ſal vendere poteſt Summorum Pontificum privilegiis nobiliſſima Columnenſis Familia: his ſalibus diſtribuendis, qui in horreis ſunt, præfectus fuit Franciſcus, iis vero vendendis Miniſter eſt mercede conductus, non Auguſtinus, non frater; ſi voluiſſet Auguſtinus, nec potuiſſet quidem, cum ſcholæ vacaverit aſſiduo, ut Magiſter, & plurimi teſtes narrant: hæc Franciſcus; a Promotore Fiſcali nihil habuimus. Dubia ſunt.

I. *An conſtet de legitima recuſatione collationis primæ Tonſuræ in perſonam Auguſtini de Montibus?* & quatenus negative.

II. *An ſit injungendum Epiſcopo, ut dictam primam Tonſuram conferat, vel alio modo ſit conſulendum indemnitati d. Auguſtini in caſu &c.*

Ad Eminentiſſimum Præfectum juxta mentem.

CASSANEN. VISITATIONIS: Cum adverſa, ut ipſe ait valetudine viſitationem explere per ſe ipſum non poſſet pluribus in Locis ſuæ Diœceſeos Epiſcopus Caſſanenſis, eam fieri juſſit a Vicario Generali. Decies hoc contigit in viſitationibus actis in Oppido *Caſtelluccio*; Et decies integram procurationem exegit Epiſcopus a Clero Eccleſiæ S. Nicolai ejuſdem Oppidi, cauſatus conventum fuiſſe anno 1604. inter Cardinalem Cajetanum ea tempeſtate Caſſanenſem Epiſcopum, & eumdem Clerum, ut procurationes *ſive abſente, ſive præſente Epiſcopo* ſingulis duobus annis, quibus viſitatio fieri ſolet *in pecunia* præſtarentur. Cum vero in viſitatione compertum fuit Chori ſervitium neglectum, decretum fuit, ut Sacerdotes omnes feſtis diebus Choro intereſſent, aliis vero diebus pro dimida ſaltem eorum parte horas Canonicas perſolverent, indicta pœna punctorum. Juſſum eſt Clero, ut reperitorum, ſeu ut vocant *Plateam* redditiuum Eccleſiæ faceret, quod cum factum non fuerit, exacta pœna eſt a Clero ducatorum 30. De ſcientia demum, & peritia ſingulorum, cum in literis, tum in Sacris Ritibus, & Cœremoniis, inquirere poſſe qualibet viſitatione contendit Epiſcopus. Hæc Cleri animum moverunt, ut ad hoc Sacrum Tribunal confugeret, poſtulatque, ut compellatur Epiſcopus ad reſtituendum id pecuniarum, quod in denis viſitationibus exegit ultra partem dimidiam, quæ vere debita erat non Epiſcopo, ſed Vicario generali viſitanti procurationum nomine: poſtulat, ut compellatur ad reſtituendos ducatos 30. injuſte exactos ob non factum repertorium: ut retractetur decretum, quo in Eccleſia non Cathedrali, non Collegiata, ſed receptiva, & cujus redditus tenuiſſimi ſunt, Chori ſervitio quotidie Clerus obſtringitur; ut nequeat Epiſcopus ſingulis viſitationibus iterum inquirere de ſcientia literarum, & peritia Rituum, & Cœremoniarum. Rationes Cleri legent Eminentiſſimi Patres in libello, qui ab eo datus fuit: a Promotore Fiſcali nihil hactenus habuimus. Cauſa omnis VII Capitibus collecta eſt.

Seſſ. 23. c. 3. de Ref.

I. *An Epiſcopus Caſſanen. per ſe ipſum non viſitans, bene vero per Delegatum, integram poſſit exigere procurationem in caſu &c.* & quatenus negative,

II. *An dictus Epiſcopus teneatur reſtituere huc uſque exactum?*

III. *An Presbyteri Cleri S. Nicolai Terræ Caſtellucii teneantur ad quotidie publice pſallendum Divinum Officium in Choro juxta decretum Ordinarii?* & quatenus affirmative.

IV. *An iidem poſſint adſtringi ad illud recitandum ſub pœna punctaturæ?*

V. *An dicti Presbyteri teneantur confecere Plateam, sive Inventarium in casu &c.* & quatenus affirmativè.

VI. *An præfatus Episcopus Cassanen. teneatur restituere ducatos 30. exactos ob prætensam non confectam dictam Plateam, sive Inventarium.*

VII. *An citati Presbyteri possint adstringi ab eodem Episcopo ad se se subiiciendos examini occasione Sacræ Visitationis tam super Literatura, quam super Missarum Cæremoniis?*

Dilata ad sequentem.

Sess.21. c.4. de ref.

NOVARIEN. DISMEMBRATIONIS: Ingiascha Pagus est Novariensis Dioeceseos in edito situs monte: nullus in eo Parochus, nulla Parochialis Ecclesia, in qua Sacramenta ministrentur, nam subiacet Parocho Oppidi Cusonei, a quo mille passibus distat via asperrima, & pene impervia. Constat Pagus 400. Capitibus. Homines hujus Pagi postularunt ab hoc Sacro Tribunali, ut Ecclesia S. Petri, quæ Ingiaschæ est, in novam Parochialem erigeretur, & separaretur a Parochiali Ecclesia Cusonei. Auditus, ut fieri solet, Episcopus respondit secundum Homines Ingiaschæ, placuitque ei hanc fieri debere separationem: contradicit Parochus Cusonei. Causa nunc proponitur, & Homines Pagi necessitatem separationis urgent, ita ut locus esse debeat dispositioni cognitissimi *Cap. ad Audientiam de Eccles. ædif.*; nam distantia a Parochiali, licet sit mille passuum, nimia tamen est ob viæ qualitatem, quæ gressus retardat, & ob præsentia pericula: teterrimæ rupes, & scopuli iter præstant; hinc mons præruptus, inde Valles profundissimæ visus mentem turbant, via scalpro excita est e saxis, & scopulis, iter rivus intercipit, qui exundans pluviis, & nivibus impossibilem reddit ad Ecclesiam Parochialem accessum: venti hyeme, nives, & glacies, unde validi etiam juvenes dilabuntur quoquo passu, faciunt, ne senes, pueri, utero gerentes mulieres sacra audiant, Sacramenta accipiant. & Fidei rudimenta discere possint in Ecclesia Parochiali Cusonei. Parochus his præpeditur, ne lugiascham pergat, hinc sine Sacramentis ægroti moriuntur; pericula infantium, & obstetricum, quæ eos portant, ut Baptismate lustrentur in Parochiali Ecclesia manifestissima sunt: Defunctorum corpora feretro efferri non possunt, sed scalis religata. aut funibus, aut salicum ramis trahuntunt, hinc qui ea trahunt hamatis licet pedibus cadunt. Longum esset omnia miseri illius Populi incommoda recensere. Parochus vias reparari posse dicebat, sed luctandum est cum saxis, & scopulis, cum nivibus, glacie, pluviis, ventis; dicebat Cappellanum præponi posse, sed disputant Homines Pagi non ob auctum Populi numerum sed ob necessitatem peti separationem, & ideo huic remedio locum non esse. Videant igitur Amplissimi Patres, qua ratione succurrendum sit his Hominibus. Dubium Causæ est.

An sit locus dismembrationi Parochialis in casu &c.

Negativè, & Episcopus mandet provideri juxta modum.

Sess.55. c.5 de Ref.

TUDERTINA CAPPELLANIÆ: Testamento, quo decessit, Laurentius Pauloni duas perpetuas Cappellanias fundavit Aquaspartæ in Sacello Ecclesiæ Collegiatæ S. Cæciliæ, quod extrui jussit, & in causam Dotis earumdem Cappellaniarum hæreditatem omnem suam contulit. Plura Cappellaniæ onera dedit, voluit enim, ut *per se ipsos*, nunquam *per alium*

alium, nisi vel adversa valetudine, vel qua alia legitima causa præpedirentur, Sacra agerent singulis diebus, alternatim tamen, in eodem Sacello: Infirmis animam agentibus opem ferrent, & præsto essent. Choro demum, Sacrisque omnibus, quibus tenentur Prior, & Canonici Collegiatæ Ecclesiæ interessent: Jus vero nominandi Cappellanos sibi ipsi perpetuo reservavit, designatis Cappellanis quasi ex fideicommisso, quos hisce verbis expressit,, „ E ciaseun Prete d' Acquasparta, e nato in essa di legitimo matrimonio pos- „ sa pretendere, e sperare d' essere ammesso per Cappellano perpetuo a- „ dette Cappellanie, e non abbiano bisogno d' altro mezzo, che d' esser „ buoni Sacerdoti; d' adesso io, e per sempre nomino e presento a dette „ Cappellanie i due più vecchi Sacerdoti celebranti Messa della detta mia „ Patria, che seguìta la mia morte, si troveranno non esser provisti, ne „ aver dentro la Terra d'Acquasparta, e suo Territorio Priorato, Cano- „ nicato, Cappellania perpetua, Cura, o Benefizio semplice: E di poi, „ & alla lor morte, e di ciascheduno di loro Cappellani successivamente, „ e per ordine nomino, e presento, e sostituisco in infinitum tante volte, „ quante verrà la vacanza, il più vecchio Prete come sopra, e che non „ sarà provisto, come si e detto di sopra, costituendoli con la detta Cap- „ pella eredi, proprietarii ed usufruttuarii, ed anche Procuratori a pi- „ gliar possesso di dette Cappellanie,, Et quia contingere poterat, ut eo tempore Cappellaniæ vacarent, quo nullus esset senior Sacerdos, voluit Testator, ut ætate proximiores admitterentur, iisque deficientibus, ille, qui in Sacris Ordinibus constitutus, & ætate gravior, & Sacerdotio proximior esset; si ne is quidem extaret, jussit, ut Prior, & Canonici Collegiatæ Ecclesiæ vacantis Cappellaniæ redditus perciperent, atque onera implerent, donec Sacerdos esset, qui præditus qualitatibus illis, quas ipse desideravit, Cappellaniam obtinere posset. Hæc ita servari jussit Testator, ut si non servarentur, ad hæreditatem suam PP. S. Franciſci Acquasparta voluerit succedere, dato iis onere unius Sacri quotidiani agendi.

Has Cappellanias seniores Sacerdotes Acquasparta ad hæc usque tempora semper obtinuerunt: Unam ex his dudum reliquit Sacerdos Dominicus Salvatorius, nec Sacerdotibus Acquasparta vacatio Cappellaniæ significata fuit, sed Prioris, & Canonicorum Collegiatæ nomine Preces oblatæ fuerunt Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabant, ut cum nullus Acquasparta Sacerdos esset, qui Cappellaniam posset obtinere, veniam, & facultatem indulgeret Episcopo illam conferendi exteris, atque alienigenis Sacerdotibus, idque perpetuis futuris temporibus, servata Civibus prælatione, utque exteri Sacerdotes ad has Cappellanias petendas allicerentur, decretum fuisse augumentum cuique Cappellano annuorum sc. 12., quæ præstanda essent tam a Priore, & Canonicis, quam ab Officialibus Fabricæ, & Sodalitiorum Santissimi Sacramenti, & Rosarii, qui omnes publico instrumento sese huic annuæ intributioni obstrinxerunt. Data fuit postulationis hujus cognitio Amplissimis Patribus, a quibus auditus Episcopus respondit censere annuendum esse postulationi, & Sacrum hoc Tribunal die 23. Novembris superioris anni 1748. rescripsit, ut „ Episcopus, veris existentibus narratis „ super præmissa Oratorum instantia, gerat, statuat, atque decernat quid- „ quid pro sua arbitrio, & conscientia magis in Domino expedire judica- „ verit - *Post hæc indictus fuit ab Episcopo concursus, addita exceptione*, „ che se vi fosse alcun Sacerdote, o Chierico, che avesse li requisiti d'idoneità, ed altre qualità pretese del Fondatore potea nel termine di giorni nove „ comparire, ed esibire negl' atti della Cancellaria li suoi requisiti, altrimen- „ ti si procederia a tenore del rescritto della Sag. Congregatione „ Venit intra terminum Sacerdos Lucius Moscatellius, & Cappellaniam sibi dari petiit, quod qualitates illas haberet, quas voluit Testator; natus enim erat Acquasparta, annum ætatis agebat sexagesimum nonum, nullum habebat Beneficium, nam, quam tenuerat Parochiam in Castro Quadrillorum, dudum dimiserat, optima demum erat valetudine, & licet transactis

annis

annis vi morbi visum amittere timuerit, morbo tamen remittente, visum recuperaverit. Lncium Episcopus rejecit, & Cappellaniam extero Sacerdoti conferre meditabatur: Protestationem Lucius emisit, confugitque ad hoc Sacrum Tribunal, urgens Testatoris voluntatem esse servandam. Contra Promotor Fiscalis, & Prior, ac Canonici Collegiatæ Ecclesiæ clamant eum indignum esse hac Cappellania. Videant itaque Amplissimi Patres, qua juris ratione expediendum sit; quod proponitur, Causæ Caput.

An Cappellania, de qua agitur, sit adiudicanda Sacerdoti Lucio Moscatelli, seu potius intret arbitrium Episcopi pro electione Clerici non Diœcesani in casu &c.

Affirmativè ad primam partem, & Negativè ad secundam.

Sess.24.c.18 de Ref.

COMEN. FUNCTIONUM: Publicum Oratorium Episcopi authoritate anno 1741. Lovenni prope suas ædes eleganti forma construxit, & perpetua auxit Cappellania Comes Jo: Baptista Bolza Patricius Comensis, reservato sibi Posterisque suis Jurepatronatus Comensis, reservato sibi Posterisque suis Jurepatronatus. In hoc Oratorio actæ semper fuerunt Ecclesiasticæ illæ Functiones, quæ Jura Parochialia non tangunt; Ut tamen absque ulla cum Parochis controversia in futurum agi possent a Cappellano, Comes Bolza preces obtulit Amplissimo huic Ordini, quibus etiam petebat, ut declararetur *jus funerandi* non ad Parochum, sed ad Cappellanum pertinere, utque sibi, familiæque suæ indulgeretur exemptio a Parochi Jurisdictione etiam ad effectum adimplendi *Paschale* Præceptum. Auditus de his postulationibus Episcopus censuit Parocho jus non esse prohibendi exercitium Functionum, quæ sunt simpliciter Ecclesiasticæ, certum tamen præfiniri posset tempus, quo Festis diebus Sacra fierent in Oratorio, ne Populus a Parochiali retractus Parochum de fide differentem audire negligeret: Ad Parochum non pertinere *Jus Exequiarum* in Oratorio Patronato, ad eum tamen pertinere *jus Associationis*: An vero facultas recipiendi Sacramenta Paschali tempore concedenda esset ob singulares Patroni qualitates, cujus rei alterum in sua Diœcesi erat exemplum, Amplissimorum Patrum judicio reliquit: Rescripsit Sacrum Tribunal Patroni libello - *Proponatur citato Parocho*. Verum vita functo paulo post Com. Jo: Baptista, cum ejus filii Comum Lares transtulerint, & ob id ea non uterentur, quam postulaverat Pater, exemptione, Causa proposita non fuit, rati Parochum præpedire nolle, ut in Oratorio agerentur Functiones, quæ Parochiales non sunt. Diversum tamen sedit Parocho, qui fretus dispositione *Synod. Diœces. Cardinalis Ciceri cap.6. constit.7.* ubi vetitum fuit „ in Ecclesiis filiali„ bus, seu Oratoriis quibuscumque, etiam Confratrum Confessiones au„ diri sine Episcopi approbatione, Parochorum licentia, prout sine hac „ Missas Solemnes, vel cum Cantu celebrari, sepelliri, alia Sacramenta „ ministrari „ & fretus verbis Episcopi, dum authoritatem interposuit suam in constructione Oratorii - *sine præjudicio Jurium Parochialium iuxta Synodales Constitutiones* - contendere cœpit jus non esse in eo Oratorio Functiones agendi. Re igitur iterum delata ad hoc Sacrum Tribunal, iterumque audito Episcopo, qui nihil habuit, quod primis literis adderet, Causa nunc proponitur VII. Capitibus collecta.

I. *An in Festo titulari Ecclesiæ, de qua agitur, aliisve Festis Missæ decantari valeant independenter a Parocho?*

II. *An Ven. Sacramentum exponi possit in dicta Ecclesia, sola impetrata licentia Episcopi, & independenter ab eodem Parocho?*

III. *An in supradicta Ecclesia per Sacerdotes ab Ordinario approbatos excipi*

cipi valeant quocumque tempore Sacramentales Fidelium Confessiones independenter a dicto Parocho?

IV. *An independenter a Parocho extra tempus Paschale administrari possit in eadem Ecclesia Ven. Eucharistiæ Sacramentum?*

V. *An ibidem de licentia Episcopi, & independenter a Parocho haberi possint Panegiricæ Conciones?*

VI. *An Anniversaria, & Officia pro Defunctis ad libitum celebrari valeant independenter a Parocho in eadem Ecclesia?*

VII. *An, & cui competat jus peragendi Exequias, & Officium Funebre super Cadaveribus, quæ tumulantur in sepulcro d. Ecclesiæ.*

Ad I. Negativè. Ad II. Affirmativè. Ad III. Negative. Ad IV. Negativè præterquam in actu celebrationis Missarum. Ad V., & VI. Affirmativè. Ad VII. competere Parocho.

LUCANA BENEFICII, SEU CAPPELLANIÆ: Simplex Beneficium Ecclesiasticum, sive Cappellaniam in Oratorio S. Augustini, & Monicæ Villæ Fusciandori Lucanæ Diœceseos fundavit anno 1683. Sacerdos Eleonorus Simonetti. Jus patronatus activum sibi, quoad viveret, reservavit, & post obitum filiis masculis, & descendentibus per lineam masculinam in infinitum a Vincentio, & Peregrino Simonetti consanguineis suis; Ne tamen inter eos Lis oriretur, statuit „ che succedendo la vacanza „ di essa Cappellania, deva farsi la presentazione dalli stessi Patroni non „ collegialmente; ma per turno, & alternativamente, sicche una sola „ sia sempre la Voce, ed un solo il Presentato, perciò la prima volta, „ che succederà la Vacanza, la Nominazione appartenga al maggior nato de figli del sopradetto Vincenzo &c. e la seconda al maggior nato de „ figli del sopradetto Pellegrino &c. e così successivamente, & in perpetuo „ *De Jurepatronatus passivo ita cavit*; „ che il Rettore di detto Beneficio deva sempre essere della Famiglia de Simonetti idoneo a poter „ ottenere detto Benefizio „ qui si non existeret, permisit extraneum a Patronis præsentari. *Sess.23.c.6. de ref.*

Vacavit nuper hæc Cappellania, sive Beneficium, & cum Præsentatio facienda esset a Majori natu ex Descendentibus a Peregrino, hic nominavit fratrem suum P. Angelum Ordinis Carmelitarum, & quia obstabat Regularis Professio, Rocchus Simonetti natu major ex descendentibus a Vincentio ratus nullam esse nominationem factam a natu majori ex Descendentibus a Peregrino, Dominicum Simonetti fratris sui filium Laicum nominavit *sulla speranza, che venga abilitato ad esser ammesso alla nomina, e presentazione di detto Benefizio, e di lui successivo investimento, e possesso,* quod ut Dominicus obtineret, preces obtulit Sacratissimo Principi, quibus & leges fundationis, & nullitatem nominationis factæ a Natu Majori ex descendenibus a Peregrino narravit, postulavitque, ut postquam Clericali Tonsura initiatus esset, sibi vel uti nominato a Patrono subingrediente, vel etiam ex Jure devoluto Beneficium, sive Cappellania conferretur. Annuit Precibus Optimus Princeps; Interim vero preces datæ fuerunt Sacratissimo Principi a quadrimo Puero Hyppolito Simonetti descendente a Peregrino, quibus petebat, ut in solatium annosi Proavi, utque studia, & Statum Ecclesiasticum ingredi posset, dispensatio largiretur ætatis, ut Beneficium posset obtinere, *attento, quod nullus Clericus, seu Presbyter æque, vel magis qualificatus, qui aspirare valeat, existeret.*

Hujus ſupplicationis relationi obſtitit Dominicus, & res Decreto R.P.D Datarii delata fuit ad hoc Sacrum Tribunal. Negat Dominicus cauſas, quas proponit Hyppolitus, ſatis eſſe ad Diſpenſationem obtinendam, præſertim in detrimentum ſuum, cui jam quæſitum jus ſit ad Beneficium ob præſentationem factam a Patrono ſub ſpe diſpenſationis defectus Clericatus, quam obtinuit. Ab Hyppolito nihil hactenus habuimus. Dubium, quod audito jam Archiepiſcopo, proponitur, eſt.

An Supplicatio Hyppoliti Simonetti ſit relaxanda in caſu &c.

Affirmativè.

Die Sabbathi 14. Junii 1749.

Seſs. 23 c. 3. de ref.

CASSANEN. VISITATIONIS: Indulta fuit in *ultima Congregatione* habita *die* 17. tranſacti menſis *Maii* ab Eminentiſſimis Patribus hujus Cauſæ *Dilatio ad hanc Congregationem*: Ideoque rogantur, ut ex *Folio ejuſdem Congregationis* ſpeciem illius repetant, & VII., quibus collecta eſt, Capita definiant.

An &c.

Ad I. Affirmativè in caſu, de quo agitur ad formam concordiæ. Ad II. Negativè. Ad III., & IV. Teneri diebus feſtis ſub pœna punctaturæ; quo verò ad ſervitium quotidianum: Dilata, & coadjuventur probationes. Ad V. Affirmativè. Ad VI. Negativè in caſu, de quo agitur. Ad VII. Affirmativè, & ad mentem.

Seſs. 23. de ref. c. 16.

LUCANA ORDINATIONIS: Data fuit hæc in *folio Congregationis* habitæ *die* 22. *Junii* ſuperioris *anni* 1748., & reſcriptum fuit *Dilata*, inde novis acceptis Juribus reſcripſerunt Ampliſſimi Patres *arbitrio Archiepiſcopi*: Recuſante Archiepiſcopo Sacerdotium conferre Diacono Stephano Vincentio Dominici, confugit hic iterum ad Sacrum Tribunal, poſtulatque Dubii definitionem, ut Ampliſſimorum Patrum authoritatem tandem congnoſcat Archiepiſcopus: Dubium eſt.

An Diaconus Stephanus Vincentius Dominici ſit promovendus ad Sac. Preſbyteratus Ordinem in caſu.

Dilata ad ſequentem.

Seſſ. 21. c. 3. de ref. & ſeſſ. 21. c. 3. de ref.

CEPHALUDEN. DISTRIBUTIONUM: Poſtulante Carolo II. Hiſpaniarum, & Siciliæ Rege, anno 1671., quatuor Dignitates Capituli Cephaludenſis, quæ priſcis temporibus Regalares erant, Sæculares factæ fuerunt, & alia Beneficia unita fuerunt iiſdem Dignitatibus, decretumque fuit, ut detraheretur tertia pars reddituum, & in quotidianas diſtributiones converteretur: numquam tertia hæc ab aliis redditibus ſeparata fuit. Anne 1693., qui tum Eccleſiæ Cephaludenſi præerat, Epiſcopus Orlandus, propoſito Edicto, tertiæ hujus partis ſeparationem indixit, juſſitque eas diſtributiones *in caſu fallentiæ pro ſuo arbitrio, & ſucceſſorum*

in

in posterum, erogandas in fabricam Ecclesiæ', quatenus egeat, seu minus alteri pio Loco. Ægre id tulerunt Dignitates, aditoque, sequenti anno 1794., hoc Sacro Tribunali, duo proposita fuerunt Dubia „ „ I. An prædictæ distributiones quotidianæ amissæ ob non interessentiam „ Episcopi arbitrio cedant, vel potius II. An ipsis interessentibus Digni- „ tatibus accrescere debeant? *Respondit Sacrum Tribunal*: Ad primum „ affirmative: Ad secundum negative. Post hoc tamen responsum neque ab ipso Episcopo Orlando, neque a Successore separata fuit portio aliqua in distributiones quotidianas convertenda, itaut hactenus Dignitates fructus integre, & sine ulla diminutione perceperint. Anno 1795., qui nunc easdem Dignitates obtinent, postularunt ab Eminentissimis Patribus, vel responsi illius abrogationem, vel novam declarationem, ut distributiones accrescerent iis, qui Choro intererant. Rogatus fuit Episcopus, ut sententiam animi sui diceret, auditis pridem Dignitatibus: Non respondit Episcopus, sed omnes redditus, & fructus Dignitatum sequestratione obstrinxit, ut observaretur responsum editum ab hoc Sacro Tribunali anno 1694. Dignitates manu potius militari, quam Episcopali authoritate id factum dicentes ad AmplissimosPatres confugerunt. Date fuerunt urgentiores litteræ ut responderet Episcopus, *firmo remanente sequestro quoad ratas fallentiarum tantum*: At neque hactenus respondit Episcopus, neque sequestrationem generalem revocavit; atque ita Dignitates sine ullis stipendiis servitium præstiterunt Ecclesiæ; Tandem satius duxerunt postulare jura proponendi adversus responsum Sacri hujus Tribunalis editum anno 1694. ideoque nunc Dubium proponitur.

An sit standum, vel recedendum a decisis die 6. Martii 1694. in casu &c.

Dilata ad sequentem.

MACERATEN. APPLICATIONIS: Visum est Populo Montis Milonis magnum Oppidi non ignobilis deesse ornamentum defectu Collegiatæ Ecclesiæ, eamque habere meditatur in Ecclesia Parochiali S. Blasii; Loci enim antiquitas, ubi priscis temporibus sedebat Pollentia, quam incolnerunt Pollentini Populi satis cogniti antiquitatum cultoribus, situs amœnitas, agri ubertas, puritas cæli, cultus, numerusque Incolarum Populo suadent ut Sacratissimi Principis nostri indulgentia Parochialis Ecclesia in Collegiatam insignem erigi possit. Parata sunt omnia, quæ ad hanc erectionem desiderantur; desunt tantum scuta 3. millia. Populus convertit oculos ad fructus superextantes hæreditatis Bartolomæi Accursii, speratque ab his implementum operis sine ullius detrimento. Bartholomæus Accursius, postquam sua pecunia Templum Imm. Conceptionis extruxit, eique perpetuis assignatis redditibus Rectorem, & quatuor Cappellanos præposuit, supremis, quibus anno 1689. decessit, Tabulis, eosdem Cappellanos hæredes ex asse instituit, quos tamen *simplices Administratores* esse voluit suæ hæreditatis, his legibus adjectis, ut bona omnia a primo Cappellano administrarentur, qui singulis annis rationem administrationis redere teneatur aliis Cappellanis; Ut nequeant iidem quidquam ex redditibus hæreditaris sibi habere, nisi annua scuta 4., quorum duo primo Cappellano, alia aliis præstentur ob administrationem, atque exactionem rationum; Ut annua scuta 12. panis Pauperibus distribuantur, reliqui vero fructus, redditusque hæreditatis in Æde Sacra deponentur, & multiplicentur, donec summa scut. 400. efficeretur, quæ fundum constitueret, e cujus usuris annua scuta 12. panis in Pauperes erogarentur; ut demum reliquis hæreditariis fructibus evictio præstetur, si forte bona Cappellaniis assignata evincantur. Morte obita a Testatore ita uti ipse legaverat, impleta sunt omnia, & licet ab Administratoribus non tenuis redditnum, fructuumque hæreditariorum quantitas erogata fuerit in Ecclesiæ ornamenta, & argentorum, sacrarum- *Sess. 24. c. 6. & 8. de ref.*

que ſuppellectilium emptionem, ita tamen excrevit multiplicum, ut nunc ſumma ſcut. ſex millium longe excedat. Sperabat itaque Populus, ut ex ea ſumma detrahi poſſent ſcut. 3. millia ad perficiendum opus Collegiatæ; non enim hic de immutanda Teſtatoris voluntate agebatur, qui de hoc hæreditatis ſuæ incremento ne cogitaverat quidem, quique de eodem non diſpoſuerat; nullum etiam cuique detrimentum inferebatur, cum & Pauperibus, & Cappellanis ſatis conſultum ſit reliquis ſcut. 3. millibus. Preces igitur in hanc rem Populus obtulit Principi providentiſſimo, a quo poſtulationis hujus cognitio data eſt Sacro huic Tribunali. Datis, ut fieri ſolet, ad Epiſcopum literis, hic rem omnem, Populique poſtulationem Cappellanis, & Exequutoribus Teſtamentariis ſignificavit. Tres nullum ſibi, atque hæreditati, & voluntati Teſtatoris detrimentum inferri agnoſcentes, volentes, lubenteſque præſtiterunt aſſenſum; obſtitit quartus Cappellanus, & Exequutores Teſtamentarii, ignoretur licet quid ſua interſit, an ſuperextantes redditus hæreditarii in hanc, vel aliam piam cauſam erogentur. Epiſcopi ſententia eſt indulgendum eſſe precibus Populi, cum ſatis conſultum ſit Pauperum, & Cappellanorum indemnitati reliquis hæreditariis redditibus, qui deductis ſc. 3. millibus ſuperſunt: Addit Epiſcopus, ut, ſi Ampliſſimis Patribus videatur; iis ſcut. 3000 „ erigatur Præbenda Capitularis Theologalis, quæ conferri „ debeat ad formam Conſtitutionis Benedicti XIII. editæ in Concilio Ro„ mano, & cum onere Canonico Theologo præter explicationem S. Scri„ pturæ reſolvendi etiam caſus conſcientiæ, prout moris eſt in Cathedrali „ Maceratenſi, ita enim, ut ipſe ait, erectio Collegiatæ incitamento eſſet „ Clericis præfati Oppidi, ſacris literis operam navando, ut idonei fiant „ ad eam Præbendam conſequendam., Hæc Epiſcopus, Pertinet nunc ad Eños Patres decernere, atque expedire.

An ſit locus applicationi ſcutorum trium millium ex multiplico hæreditario Bortolomæi Accurſii pro erigenda Collegiata, de qua agitur in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Seſs. 25. c. 13. de Seg.

COMEN. FUNERUM, ET FUNCTIONUM CONVENTUALIUM: Ex funere Antonii Romi, veluti ex equo Trojano plures prodierunt controverſiæ inter Archipresbyterum, & Clerum Sæcularem Oppidi Dungi Comenſis Diœceſeos, & Patres Minores S. Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ, qui ab anno 1613. Monaſterium incolunt in eo Oppido extructum titulo Sanctæ Mariæ *del Fiume*. Patres ad hunc Ampliſſimum Ordinem tamquam ad juris, & juſtitiæ Aſylum confugerunt: Epiſcopus, ut moris eſt, auditus fuit. Controverſiæ omnes VIII. Capitibus collectæ fuerant: de ſingulis diſſerere inutile eſt, cum ſola pateant illorum lectione: ab Archipresbytero, & Clero nihil hactenus habuimus. Cauſæ Capita hæc ſunt.

I. *An Archipresbyter, & omnes Presbyteri Capituli Cleri Sæcularis Dungi aſſociando Cadavera ad Eccleſiam PP. Reformatorum teneantur incedere ſub illorum Cruce, ſeu potius iidem Reformati ſub Cruce dicti Cleri, vel ambo valeant propriam Crucem elevare?*

II. *An in eadem aſſociatione liceat dictis Archipresbytero, & Presbyteris Cleri Sæcularis ingredi dictam Eccleſiam PP. Reformatorum cum Stola, & Cruce elevata, ſeu potius teneantur ad ejuſdem Eccleſiæ fores ſiſtere, ibique ultimum vale defuncto dare?*

III. *An eidem aſſociationi debeant invitari tot Presbyteri Sæculares, quot vocantur Regulares, vel potius invitato tantum Parocho actuali, debeat in reliquis ipſorum funerum pompa ab hæredum arbitrio pendere?*

IV. *An*

IV. *An quotiescumque promiscue invitantur Presbyteri Sæculares, & Regulares, candela, quæ manualiter gestatur danda Presbyteris Sæcularibus debeat esse major illa, quæ datur Regularibus, vel potius æqualis ponderis, & arbitrio hæredum?*

V. *An Patres Reformati eidem associationi invitati teneantur accedere ad levandum Parochum ab Ecclesia Parochiali, seu potius debeat dictus Parochus pro hujusmodi effectu se conferre privatim ad domum defuncti juxta prætensam consuetudinem?*

VI. *An Cadavera eligentium sepelliri cum Habitu S. Francisci Patrum Reformatorum debeant patenter discooperta ad Ecclesiam, & locum sepulturæ deferri, vel potius super iisdem Cadaveribus imponendum sit solitum Pallium, & Tegumentum Mortuorum?*

VII. *An sit solvenda quarta funeralis sepelliendorum in Ecclesia Patrum Reformatorum, & de quibus candelis?*

VIII. *An Archipresbyter, & Presbyteri Cleri Sæcularis Dungi prohibere possint Patribus Reformatis celebrare Missas aliasque Conventuales etiam cum præventivo campanarum sonitu peragere ante, vel in actu celebrationis Missæ Parochialis in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

URBANIEN. OFFICIATURÆ: Preces obtulit anno 1687. Urbanienſi Epiſcopo Catherina Ginia Vidua Bartoli Vitæ Oppidi Saxicorbarii, quibus narrabat decreviſſe *di formare una semplice officiatura nella Chiesa Parochiale di S. Gio: Battista di d. luogo &c. con eleggere tre Sacerdoti, li quali siano tenuti, & obbligati di adempire l'infrascritte condizioni*; nominavit inde tres Sacerdotes, quibus ſemper, & perpetuis futuris temporibus voluit, ut præeſſet Archipresbyter ejuſdem Eccleſiæ. Onera autem præcipua, quibus eos ſubiecit, hæc ſunt „ che li detti trè Sacerdoti assieme con „ d. Sig Arciprete siano tenuti tutti unitamente per se stessi, & in caso di „ giusto impedimento per interpositam perſonam, purchè ſia Sacerdote, „ tutte le Domeniche dell'anno, e tutte le Feste di Precetto, e comandate dalla S. Chiesa Romana, intervenire in d. Chiesa la mattina „ ad assistere alla Messa cantata da celebrarsi da uno di loro &c e dagl'altri da cantarsi a canto fermo, e Gregoriano &c. intendendo, che anche „ il Sig. Arciprete pro tempore debba soggiacere al d. obbligo: Addidit „ inde; il giorno poi come sopra unitamente, e vicendevolmente con apparasi uno per il Vespero, e quello cantare con il medesimo Canto „ Gregoriano. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

Aliud onus, quod eadem Catherina tribus Sacerdotibus dedit, hoc eſt „ Che „ trà li detti trè Sacerdoti sempre vi debba essere uno atto, & idoneo alla „ Confessione con l'approvazione dell' Ordinario del Luogo, il quale sia „ tenuto esercitare d. Confessione nella Pieve suddetta per coadiuvare le „ Sagre Communioni - *Cogitavit inde eadem Mulier negligentiam, & absentiam Sacerdotum, atque ita cavit* - Che quando ciascuno delli d. nominati Sacerdoti, & anco il Sig. Arciprete pro tempore non interverranno ad officiare alli tempi come sopra, purchè non siano impediti da giusti impedimenti di malatia, di assenza per giusta causa, o per altri simili „ disetti da porsi alla considerazione del Sig. Arciprete pro tempore &c. per „ pena debbano essere per ciascuna volta, che mancano la matina, o il „ giorno, puntati di un quarto di paolo - voluit etiam -, che tutti unitamente debbano fare due Anniversarii per suffragio &c. in perpetuo &c. „ e per farsi detti Sig. Nominati siano obligati ciascun di loro a dir la Messa,

„ Meſſa, & applicare il ſagrifizio &c. ed in caſo d' impedimento di ciaſcuno „ di eſſi ſiano obligati a far dire nella medeſima mattina una Meſſa a pro- „ prie lor ſpeſe nella Chieſa Parochiale.

Jus, atque arbitrium nominandi Sacerdotes perpetuis futuris temporibus Archipresbyteris dedit, quos voluit nominare poſſe ſine ullis ſolemniis, & ſimplici inſtrumento „ Incaricando però la coſcienza del medeſimo „ Sig. Arciprete pro tempore ad eleggere, e nominare Perſona idonea „ tanto di virtú, che maggiormente di coſtumi per adempire il ſervizio da „ preſtarſi, come ſopra „ petiitque demum eadem Mulier conſenſum, atque approbationem Epiſcopi, qui omnia, quæ poſtulata fuerant, probavit. Servata ad hæc uſque tempora omnia fuerunt, quæ Mulier illa voluerat; At menſe Aprilis ſuperioris anni 1748. Sacerdos Joachim Creſcentinus, qui unus erat ex iis, qui hanc Officiaturam poſſidebant, eam libere dimiſit, eique ſponte renunciavit. Archipresbyter Papius nominavit Clericum Joſephum Creſcentinum renunicantis fratrem, adjecta conditione, ut intra annum ad Sacerdotium aſcenderet. Diſplicuit hæc nominatio Sacerdoti Angelo Mariæ Tacchi, qui preces obtulit Sacro huic Tribunali, quibus petebat, ut nominatio nulla declararetur, quod nominari debuiſſet actu Sacerdos, non Clericus, ut ipſe agnoverat Archipresbyter Papius, qui in alia vacatione facultatem petierat ab Ampliſſimis Patribus nominandi Clericum; quod ipſe ortus eſſe in Oppido Saxicorbarii, & ſubjectus eſſet Epiſcopo Urbaniæ, cum contra Creſcentinus ortus eſſet in Burgo ejuſdem Oppidi vulgo *Mercatale*, & diverſæ ſit Diœceſeos Feretranæ: quod denique ſuſpicione ſimoniæ vacua non eſſet nominatio Joſephi.

Datæ fuerunt ad Epiſcopum Urbanienſem literæ; ut ſententiam diceret animi ſui. Deceſſit interim Archipresbyter Papius, & novus Archipresbyter Fabrinius ſeſe in Judicem conſtituens nullam declaravit nominationem Joſephi, publicoque inſtrumento nominavit Sacerdotem Tacchi. Reſpondit Epiſcopus ſecundum Creſcentinum; cenſuit enim Officiaturam eſſe Sacerdotalem habitu tantum, non actu, a fundatrice civicam qualitatem requiſitam non fuiſſe; commentum eſſe, quod Tacchius de ſimoniæ ſuſpicione propoſuit: Addit de Clerico Creſcentino „ hic bonis eſt informatus moribus, aſ- „ ſidue famulatur huic meæ Eccleſiæ Cathedrali, dum interea hic moratur „ ſtudiorum cauſa. In ea diebus feſtis docet Doctrinam Chriſtianam, ſtu- „ diis diligenter vacat, de Theologia morali ita imbutus eſt, ut excipere „ valeat Sacramentales Confeſſionis ſtatim, ac erit Sacerdos, atque præ- „ ſefert ſpecimen, futurum probum Eccleſiæ Miniſtrum, & utpote appro- „ batus ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem eo initiatus eſſet, niſi ei fuiſ- „ ſet impedimento prædictus Angelus Tacchi per exhibitionem literarum „ ſtitus Sac. Congregationis. Hæc Epiſcopus.

Cauſa nunc proponitur: diſputat Tacchius Officiaturam eſſe Sacerdotalem actu; contra Creſcentinus neque actu, neque habitu; addit ſe doctum cantus Gregoriani, Tacchium imperitum, & Cantus, & Theologiæ moralis: inter has diſputationes Eminentiſſimi Patres definient,

An, & quæ nominatio ſubſtineatur in caſu &c.

Suſtineri nominationem Creſcentini.

Cap. 1. ſeſſ. 24. de reſ. Mart.

ASSISIEN. SPONSALIUM: Conventis nuptiis inter Raynaldum Egidii, & Annam Battazzi, pacta dote ſcut trium millium, ſcripta fuit a conciliatore harum nuptiarum Philippo Cotoloni apocha, in qua plures adiectæ fuerunt conditiones, & præſerrim illa, *che il preſente foglio debba ſottoſcriverſi da ambe le Parti, e ridurſi a publico iſtromento*. Paruit Anna huic conditioni, non Raynaldus, qui ſpe fovens Annam, & ejus Matrem plures ſummas pecuniæ ab iis accepit, ut tertia dotis pars ſcut. 1000. ſoluta

jam

jam fuerit. Abusus Raynaldus pecuniis, conversusque in amores inhoneſtos coegit Assisiensem Episcopum, ut ei indiceret præcepta de non conversando, & demum Civitate eum expelleret. Certior facta de his Anna averſum a nuptiis animum ostendit; At Raynaldus ita rem cum Annæ Matre composuit, ut Mulier illa cum Annæ Fratre publico instrumento, cui adjecta fuit apocha antecedens, mutuas repromissiones fecerit Matrimonii ab Anna contrahendi cum Raynaldo, qui fassus est recepisse tertiam dotis partem scut. 3. mil., & liberationem fecit. Ubi id rescivit Anna, nihil intactum reliquit, ut resolveretur contractus initus ipsa ignorante, nec repugnavit Raynaldus; ope igitur ejusdem conciliatoris Philippi Cotoloni designata fuit dies 26. Julii anni 1748., ut alio publico instrumento dissolverentur sponsalia, sed defuit Raynaldus, quia ei defuerunt pecuniæ in causam dotis acceptæ, quas restituere tenebatur.

Pertæsa igitur his tricis Aanna preces obtulit Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabat, ut declararetur liberam esse. Data fuit cognitio Sacro huic Tribunali, a quo mandata fuit jurisdictio Episcopo Assisiensi: Frustra tamen monitus, vocatusque fuit in Jus Raynaldus, numquam enim ivit, & demum Episcopus sententiam tulit libertatis Annæ, quæ, appellatione non interjecta, nacta est authoritatem rei judicatæ. Petiit igitur Anna restitutionem sc. 1000., quæ Raynaldus in causam dotis acceperat; Tunc vero Raynaldus questus est in hoc Sacro Tribunali de sententia lata ab Episcopo, qui, ut fieri solet, auditus jam fuit, & causa nunc tribus collecta Capitibus proponitur. Intendit Anna ne constare quidem de sponsalibus, &, si de iis contractis constaret, rescindenda esse ob justas causas, quas ipsa habuit, damnandum demum esse Raynaldum ad sc. 1000. restituenda: A Raynaldo nihil hactenus habuimus. Dubia sunt.

I. *An constet de sponsalibus?* & quatenus affirmativè.
II. *An sit locus illorum rescissioni?* & quatenus affirmative.
III. *An sit locus restitutioni prætensorum mille D. Raynaldo Egidii solutorum in casu.*

Ad I., II., & III. Affirmativè, & ampliùs.

Die Sabbathi 5. Julii 1749.

QUatuor Primæ, quas ordine suo subiicimus, Causæ in *ultima Congregatione* habita *die* 14. transacti *Mensis Junii*, Partibus postulantibus, *Dilationem* obtinuerunt *ad hanc Congregationem*: Poterunt igitur Eminentissimi Patres *Folium ultimæ Congregationis* iterum consulere, ut speciem earum repetant, & Dubia, quæ in iis sunt, expediant.

LUCANA ORDINATIONIS, cujus Dubium est. *Sess. 23. de ref. c. 16.*
An Diaconus Stephanus Vincentius Dominici sit promovendus ad Sac. Presbyteratus Ordinem in casu.

Recurrat humiliter ad Archiepiscopum.

CEPHALUDEN. DISTRIBUTIONUM, in qua quæritur. *Sess. 21. c. 3. de refor. & sess. 21. c. 3. de ref.*
An sit standum, vel recedendum a decisis die 6. Martii 1694. in casu &c.

Dila-

Dilata, & exhibeatur erectio Dignitatum, firmo remanente ſequeſtro pro rata Fallentiarum tantum.

Ss. 23. c. 6. de ref. MACERATEN. APPLICATIONIS, cujus Caput eſt. *An ſit locus applicationi ſcutorum trium millium ex multiplico hæreditatio Bartholomæi Accurſii pro erigenda Collegiata, de qua agitur in caſu &c.*

Dilata, firmetur ſtatus multiplici, & tranſmittatur.

Ss. 24. c. 18. de ref. COMEN. FUNERUM, ET FUNCTIONUM CONVENTUALIUM; cujus VII. ſunt Capita ut colligi poteſt ex Congreg. 14. Junij pag. 36., quibus Sacr. Congreg. reſpondit.

Dilata, & coadjuventur probationes, tam ſuper Collegialitate, quam ſuper conſuetudine in omnibus.

Ss. 24. c. 1. de ref. Mat. FANEN. SEU SENOGALLIEN. SPONSALIUM: Speciem hujus Cauſæ repetere poterunt Ampliſſimi Patres ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 1. *Martij hujus Anni*, qua die propoſito Dubio - *An ſit locus translationi Puellæ in aliud Monaſterium extra Civitatem Eugubii in caſu &c.* - Reſponderunt Eminentiſſimi Patres - *Affirmative, & ad Mentem* - cum autem Mens fuiſſet, ut ab Epiſcopo Senogallienſi Puella in aliquo Monaſterio tuto, & nulli ſuſpecto collocaretur, ejuſque Puellæ voluntas exploraretur, Epiſcopus P. Senogallienſis, diligenter impletis Mandatis Sacri hujus Tribunalis, Anaſtaſiam incluſit Monaſterio S. Luciæ Arcis Contratæ, ejuſque explorata voluntate, reſcivit eam conſtantem eſſe in propoſito Sacras veſtes accipiendi, & nomen ſuum dandi Monaſterio. Redit nunc itaque Cauſa ad Ampliſſimorum Patrum Judicium, ſed novis Capitibus, quæ ſubiicimus.

I. *An conſtet de Sponſalibus?* Et quatenus affirmativè.
II. *An ſi locus aſſumptioni habitus Religioſi, & Profeſſioni reſpective?* Et quatenus affirmativè.
III. *An ſit locus reſtitutioni munerum in caſu &c.*

Dilata ad ſequentem.

Seſſ. 22. c. 8. de ref. MELPHIEN. SEU RAPOLLEN. QUARTÆ FUNERALIS: Data fuit omnis Cauſæ hujus ſpecies in *Folio Congregationis* habitæ *die* 26. ſuperioris Menſis *Aprilis*, ſed Cauſa ea die propoſita non fuit, Clero Oppidi Atellæ dilationem poſtulante. Propoſita itaque in *Congregatione diei* 17. *Maii*, Dubio, quod erat „ An Patres Minores Obſervantes Reformati vigore conventionis appoſitæ in limine fundationis eorum Conventus, & Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum Terræ Atellæ ſint exempti a ſolutione Quartæ Funeralis pro cadaveribus ſepeliendis in dicta Eccleſia, „ ſeu potius teneantur illam perſolvere in caſu &c. „ Reſponderunt Eminentiſſimi Patres *Affirmative ad primam partem*, *Negative ad ſecundam*. Retractari hoc Judicium poſtulat Clerus; jure, an non, onus erit Ampliſſimorum Patrum reſpondendo.

An

In deciſis, & ampliùs.

COMEN. FUNCTIONUM: SeptemCapita diſputata fuerunt in hacCauſa, quæ data fuit in *Folio Congregationis* habitæ *die* 17. ſuperioris Menſis *Maii*. Primum fuit „ An in Feſto Titulari Eccleſiæ, de qua agitur, aliiſue „ Feſtis, Miſſæ decantari valeant independenter a Parocho II. An Ven. Sa„ cramentum exponi poſſit in dicta Eccleſia, ſola impetrata licentia Epi„ ſcopi, & independenter ab eodem Parocho? III. An in ſupradicta Eccle„ ſia per Sacerdotes ab Ordinario approbatos excipi valeant quocumque „ tempore Sacramentales Fidelium Confeſſiones independenter a dicto Pa„ rocho? IV. An independenter a Parocho extra tempus Paſcale admini„ ſtrari poſſit in eadem Eccleſia Ven. Euchariſtiæ Sacramentum? V. An „ ibidem de licentia Epiſcopi, & independenter a Parocho haberi poſſint „ Panegiricæ Conciones? VI. An Anniverſaria, & Officia pro Defunctis „ ad libitum celebrari valeant independenter a Parocho in eadem Eccle„ ſia? VII. An, & cui competat jus peragendi Exequias, & Officium fu„ nebre ſuper Cadaveribus, quæ tumulantur in Sepulcro dictæ Eccleſiæ? Reſpondit Sacrum Tribunal: *Ad I. Negative*: *Ad II. Affirmative*: *Ad III. Negative*: *Ad IV. Negative præter quam in actu Celebrationis Miſſarum*: *Ad V.*, *& VI. Affirmative*: *Ad VII. competere Parocho*. In novam nunc omnia hæc Capita, & eorum definitiones revocantur diſputationem, ideoque expediendum eſt Dubium. *Ss.* 24. *c.* 18. *de ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

Dilata.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Duabus rationibus Pat. Raphael a S. Joſepho Clericus Regularis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum in integrum reſtitui poſtulat adverſus quinquennium a Profeſſione emiſſa anno 1739. in Monaſterio Beatiſſimæ Virginis de Caravaggio Neapolis. *Prima* eſt, quod cum ipſe perpetuo, atque inſanabili morbo, vitioque laboraret contra Ordinis Conſtitutiones, addito etiam periurio, Profeſsionem emiſerit, quæ ob id nulla ſit defectu conſenſus Ordinis, quem latebat vitium perpetuum ejuſdem. Ad vitium hoc quod attinet ex Medicorum, qui opem ei, auxiliumque præſtiterunt, aliorumque Teſtium, ipſiuſque Pat. Raphaelis teſtificatione conſtat eum, cum vix pubeſceret, ſtudiorum cauſa in nephryſim incidiſſe, colicisque doloribus affectum. Ulcere inde exorto in ductu urinario, qui ſenſu præditus eſt exquiſitiſſimo, doloribus excruciatum fuiſſe acerbiſſimis, dum urinam emitteret, dolores augente irritamento ſalium urinæ, quibus ulcus recrudeſcebat. Opem quidem tulit, quam potuit ars medica, cauſam morbi tollere non valuit, levare tantum potuit, & lenire dolores: hoc ſtatu de ingrediendo in Monaſterium Raphael cogitavit, receptuſque vitium occultaere curavit, ne ejiceretur, vetantibus Ordinis Conſtitutionibus, ne accipiantur, qui morbo, vitioque perpetuo laborant. Prætermiſſis itaque in anno probationis medicamentis, factum eſt, ut vitii illius vis excreverit, & poſt emiſſam Profeſſionem vitium illud, quo afficiebatur, latere amplius non potuerit; Nihil omiſerunt, & Ordo, & Conſanguinei, ut valitudinem reciperet; fruſtra tamen; & medicamina, & Cœli mutatio vitium ſanare non potuerunt: diſtulit nullitatem ſuæ Profeſſionis proponere, ſpe ſemper detentus recuperandæ ſalutis: nunc agnita inutilitate hujus ſpei, & quod oneri ſit Ordini, Monaſterioque, cum ineptus ſit Muneribus ſuſcipiendis, poſtulat in Integrum reſtitui; & ut facilius hoc impetrare poſſit, alteram proponit rationem intercepti anni probationis, cum eo anno bis Monaſte- *Ss.* 25. *c.* 15. *de ref.*

rio abfuerit, & Ludis fcanicis, Theatroque depofitis Ordinis veftibus, & facularibus indutus prafens fuerit tempore, quo a Sereniffimo Rege nuptiæ initæ fuerunt, reliqua nocte in adibus amici hominis fomno tranfacta. Auditus Eminentiffimus Archiepifcopus cenfuit in integrum effe reftituendum, & nunc in Jus vocato Ordine, fervatifque omnibus, quæ fervanda funt, Dubium proponitur.

An fit locus Reftitutioni in Integrum in cafu &c.

Dilata, & fcribat Defenfor Profeffionis.

Ss.23.c.18. ae Ref.

ASCULANA IN APULIA: Erecto Seminario ab Epifcopo Afculano, cum illius redditus tenues fint, & vix ad Ducatos bifcentum perveniant, non obftante Taxa Beneficiorum, Locorumque Piorum, atque unione fimplicium Beneficiorum, quæ hactenus vacarunt, cenfuit Epifcopus Patres Minores Conventuales, & Patres Eremitas Ordinis Divi Auguftini, qui Monafteria habent, quorum redditus excedunt Ducatos annuos feptingentos, & feptem, aut octo in familia numerant Perfonas, cogi poffe, ut in caufam Seminarii contribuerent. In irritum ceffis urbanis omnibus Officiis, res ad Judicium Ampliffimorum Patrum venit. Officiales Seminarii adigendos effe ad contributionem Patres Conventuales, & Eremitas contendunt, quia licet Tridentini difpofitione ab hac contributione *Mendicantes* expreffe excipiantur, id tamen accipiendum fit pro modo reddituum, que neceffarii funt, habita ratione alimentorum, fabricæ, & fimilium; ubi vero redditus excedant, teneri *Mendicantes* ad contributionem fubftinent ex doctrina *Pignatell. Conſult.* 223. *num.* 23., *&* 27. *vol.* 1. *Card. de Luca in Adnot. ad Concil. Trid. diſc.* 25. *num.*4. *Panimol. dec.*27. *num.*15., *&* 16. Ab his Regularibus nihil hactenus habuimus. Dubium autem, de quo difputatur, eft.

An Patres S. Auguſtini Civitatis Aſculi, & Minores Conventuales S. Franciſci teneantur ad contributionem favore Ven. Seminarii in caſu &c.

Negativè, & ampliùs.

Die Sabbathi 2. Auguſti 1749.

Ss. 24. c. 1. de Ref. Mat.

FANEN. SEU SENOGALLIEN. SPONSALIUM: Dilata fuit Cauſæ hujus propofitio in ultima Ampliffimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 5. *tranſacti menſis Julii* poterunt itaque Eminentiffimi Patres *folium illius Congregationis* iterum conſulere, ut tria, quæ fequuntur, capita expediant.

I. *An conſtet de ſponſalibus*, & quatenus affirmative.

II. *An ſit locus aſſumptioni habitus Religioſi, & Profeſſioni reſpective*, & quatenus affirmative.

III. *An ſit locus reſtitutioni munerum in caſu &c.*

Ad I. Affirmativè, & amplius. Ad II., & III. Ad mentem.

Ss.24. c. 4. de ref.

AQUEN. CONCIONATORIS: Data fuit hæc Cauſa *in folio Congregationis* habitæ *die* 1. *menſis Martii hujus anni*, ſed definita non fuit, reſpondentibus Ampliffimis Patribus - *Dilata, & Promotor Fiſcalis deducat jura* - cum itaque nunc mandata Sacri Tribunalis Promotor impleverit rogantur Eminentiffimi Patres, ut *folium illud* iterum conſulant, & quod proponebatur, dubium definiant.

An

An Concionator Ordinis Carmelitarum deputatus, & approbatus a suo P. Provinciali pro concionando in Ecclesia Parochiali retenta per PP. dicti sui Ordinis, & existen. in Terra Cremolini teneatur subiici novo examini Episcopi, seu potius teneatur tantum petere Benedictionem in Casu &c.

Non proposita.

TUDERTINA DECIMARUM: Species Causæ hujus data fuit in *folio Congregationis* habitæ *die* 17. *Junii anno* 1747., quod publici Juris factum fuit *Vol. XVI. Thesaur. Resol. Sac. Congreg. pag.* 47. Ex quatuor dubiis, quibus causa constabat, duo erant, II., *quo quærebatur*, „ An a solutione „ Decimarum eximantur Clerici pro bonis eisdem post concordiam in Pa- „ trimonium Sacrum assignatis, & Patres Tertii Ordinis, aliaque loca Pia dictæ Terræ (*Massæ*) pro bonis quocumque titulo quæsitis, *& IV. quo* „ *quærebatur*, „ An d. Particulares Laici, & Ecclesiastici etiam Regulares, „ & Loca Pia dictæ Terræ teneantur Parocho ad solutionem Decimarum „ præteritarum, & non solutarum a die Rectoriæ moderni Archipresbyte- „ ri, vel potius a die concordiæ in casu &c. „ *Respondit Sacrum Tribunal* in Congreg. habita *die* 15 *Julii eodem anno* 1747. „ Ad II. Negative quoad „ Clericos, & in reliquis videatur particulariter, Ad IV. Affirmative juxta „ resoluta in præcedentibus pro nunc a die motæ litis ut in eodem Vol. XVI. „ Thesau. Resol. Sac. Congreg. *pag.* 52. „ Confirmata fuit hæc definitio *in Congreg.* habita *die* 21. *transacti mensis Aprilis*, qua die proposito dubio - *An sit standum, vel recedendum a decisis* - Responderunt Eminentissimi Patres - *In decisis, & amplius in omnibus*. *Ss.* 22. *c.* 2. *de ref.*

Nunc itaque Archiepresbyter Dominicus Antonius Biaginius definiri postulat causam contra Regulares, & Loca Pia particulari judicio reservatam: & hanc nactus occasionem aliud addidit controversiæ caput de exteris, qui bona possident in Territorio Massæ, quos ad Decimarum solutionem damnandos esse censet. Poterunt igitur Amplissimi Patres, repetita lectione *folii Congregationis* habitæ *die* 17. *Junii anni* 1747., & præoculis habita re judicata Sacri hujus Tribunalis, duo, quæ proponuntur, dubia expedire.

I. *An RR. PP. Tertii Ordinis S. Francisci, & alia Loca Pia Terræ Massæ pro bonis quocumque titulo, & a quocumque tempore quæsitis teneantur Parochiali decimas solvere in casu &c.*

II. *An exteri bona in Territorio Massæ possidentes eidem Ecclesiæ Decimas solvere teneantur, ad quam rationem, & a quo tempore in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

PISAUREN. PAROCHIALIS: Vi, metuque illato, ut ipse ait, ab Episcopo Pisaurensi coactus fuit Petrus Jommellius dimittere Archipresbyteratum Ecclesiæ S. Sophiæ Oppidi Gradariæ; sed, re adhuc integra, Romam adventus revocavit mandatum, quod dederat, ad resignandam Parochiam, & *Sanatoriam* obtinuit. Quia vero metuebat ab eodem Episcopo, preces obtulit Sacro huic Tribunali, obtinuitque, ut interim Vicarium idoneum Parochiæ præponeret, qui Sacramenta ministraret: At Episcopus, & Cappellanum loco Vicarii, & Oeconomum redditibus omnibus Archipresbyteri præfecit, Domum, & Horrea obsignavit, debitoribus, colonisque inhibuit, ne pecuniam ei solverent, processum denique adversus eum confecit, quo posset eum Parochia privare. Confugit iterum Archipresbyter ad hoc Sacrum Tribunal, a quo rejecta, quam petebat, circumscriptione ejus- *Ss.* 24. *c.* 20. *de ref.*

dem proceſſus, obtinuit revocationem ſequeſtrationis fructuum bonorum Parochialis Eccleſiæ, & remotionem Oeconomi, & obſignationum Domus, & Horreorum, depoſito tamen Vicario.

Advento tandem proceſſu, Cauſa privationis Parochiæ proponitur. Duo ſunt crimina, quibus Archipresbyter impetitur ſuaſore, ut ipſe putat, & teſte Hermete Badioli. Primum eſt, quod virginem, quam uti ancillam domi retinebat, ab hinc biennium vitiaverit, quæ inde utero gravi poſt novem menſium faſtidia, enixa eſt; Alterum quod Archipresbyter, perpetuo ebrius ſit maximo univerſi Populi ſcandalo. Teſtes, quos Promotor Fiſcalis ad *primum* crimen probandum induxit, de auditu ab aliis deponunt: duo tantum ſunt, qui ab ipſa vitiata Virgine id accepiſſe dicunt in ipſa Archipreſbyteri domo ea nocte, qua enixa eſt, dum ei opem ferebant, Fœmina quæ nihil probat in judicio criminali, & Phyſicus refert alter Archipresbyterum ea nocte fores domus ſuæ pulſaſſe, rogaſſe eum, ut honori, nominique ſuo conſuleret, & fœtum extra Gradariam clam ferret: Narrat Hermes Badioli, qui Rector eſt alterius Parochialis Eccleſiæ eiuſdem Oppidi, audiviſſe Archipresbyteri Matrem querelas de filio fundentem, quod parum honeſtos jocos, luſuſque egiſſet cum Puella: correptum a matre filium, qui indignatus eam coegit, ut Fanum, unde diſceſſerat, repeteret.

Non inficiatur Archipresbyter ancillam domi ſuæ peperiſſe, negat probari ob id vitiatam ab eo fuiſſe, narrat Virginem illam ſimulaſſe hydropem: deceptos fuiſſe etiam Medicos, ut mirum eſſe non debeat, ſi, & ipſe fuerit deceptus: poſt editum ab illa partum curaſſe, ut clam extra Gradariam deferretur, tum ut honori, famæque Puellæ conſuleret, tum ut omnem a ſe ſuſpicionem amoveret, neve ei impingeretur, quod non admiſerat, crimen, cujus ſola ſuſpicio detrimentum infert Viro Eccleſiaſtico, & Parocho, a quo non crimen tantum, ſed etiam ſuſpicio criminis abeſſe debet: inveriſimilitudinem ſatis eum defendere, nam ſi Virginem compreſsiſſet, ſi ſciviſſet non hydrope laborare, ſed utero gerere, facile nimis ei fuiſſet Puellam alibi transferre extra Gradariam, neque ita fuiſſet ineptus, qui voluiſſet, ut domi ſuæ fœtum emitteret: Mulierculam illam, & Phyſicum non convenire in iis, quæ referunt, nec veriſimile fieri, ut id accipere potuerint, ut ajunt, ab ipſa ancilla, cum ipſa alios ſtupri reos accuſaverit, non Archipresbyterum, ut ad Sacram Congregationem negociis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam ſcripſit Epiſco- „ pus „ Coſtei del fallo commeſſo incolpava tutt' altri, che il medeſimo „ Arciprete, e molte congetture ancora mi eſcludevano il di lui reato „ nil tribuendum falſæ Badioli narrationi quam Mater ipſa Archipresbyteri deſtruit, dicens volentem, lubentemque Fanum repetiiſſe aliis ex cauſis, & annua ſc. 30. a filio recipere, qua in re alium habet conteſtem.

Ad *alterum* ebrietatis perpetuæ crimen probandum ſexdecim teſtes inducit Promotor Fiſcalis: Ex his decem de auditu teſtificationem facere dicit Archipresbyter, ideoque nihil probare, ſex alios ebrietatem arguere eleganti ratione, quod poſt prandium dormiat: duos demum, qui eum, ebrium vidiſſe dicunt nuptiarum quarumdam tempore, contraria dicere; alter enim in ipſa domo, in qua nuptiæ celebrabantur, eum dormire debuiſſe, alter vero, qui eſt Hermes Badioli, Gradariam rediiſſe dicit, licet vix pedibus conſiſtere poſſet: denique contrarios omnes Teſtes uti falſos reiciendos eſſe diſputat Archipresbyter teſtimonio quinquaginta Patrum familias, qui de ejus morum integritate teſtificantes Sacratiſsimum Principem noſtrum oblatis precibus adierunt, quibus poſtulabant, ut ipſum Archipresbyterum ad Parochiam, quam vi metuque coactus dimiſerat, redintegraret. Hæc Archipresbyter: a Promotore Fiſcali nondum libellum habuimus: duo ſunt Cauſæ capita.

I. *An ſit locus privationi Parochiæ in caſu &c.* & quatenus negative.

II. An

Ad I. Negativè. Ad II. Ad mentem.

FERENTINA FRUCTUUM: Diuturna consuetudine, quæ ab anno 1686. in jus scriptum transiit, observatum est, & observatur in Ecclesia Collegiata S. Agathæ Proxeudis Ferentinæ Diœceseos „ che quando muore l'Arciprete, o Canonico, o Beneficiato, si facciano dell' entrate all'anno del „ defonto dodici parti, e la rata, che li tocca per il tempo servito si dia „ al suo Erede, e l'anno incominci il primo Settembre „ Hoc jure ductus Joseph Grassellius filius Sororis, & hæres Archipresbyteri Raymundi Mecoli, qui obiit die 24. Martii superioris anni 1748., petiit ab Archipresbytero successore Peregrino Fornasari, qui Archipresbyteratus possessionem nactus est die 23. Aprilis ejusdem anni, fructuum, & reddituum partem, quæ respondebat septem mensibus, quibus a die 1. Septembris anni 1747. ad diem 24. Martii anni 1748. servitium præstitit Ecclesiæ Archipresbyter Mecoli: recusavit Fornasarius: Grassellius eum vocavit in jus ad hoc Sacrum Tribunal, & disputat consuetudinem, quæ hactenus servata fuit, ut testificationem faciunt Canonici, esse servandam. Quid contra Fornasarius excipiat ignoramus, nondum enim ab eo Libellum habuimus: Dubium est. *Sess. 22. c. 11. de ref.*

An rata fructuum Archipresbyteratus Terræ Proxeudis a mense Septembris 1747. *usque, & per totam diem* 24. *Martii* 1738., *qua obiit bon. mem. Archipresbyter Mecoli, debeatur illius hæredibus, seu potius moderno Archipresbytero in casu &c.*

Affirmative ad primam partem. Negative ad secundam.

NULLIUS, SEU FARFEN. COMMUTATIONIS BENEFICIJ: Cum vacasset simplex Beneficium *S. Nicolai ad Montes*, cujus patronatus ex vetustissimo jure nominandi pertinet ad Sodalitium S. Laurentii Oppidi Tophiæ, Officiales, coacto universo Sodalibus verba fecerunt, vellent ne, ut illud in residentiale converteretur, eoque erigeretur Canonicatus in Ecclesia Collegiata ejusdem Oppidi, quod, auctо Canonicorum numero, Ecclesiæ decus, servitiumque augeretur, Patriæ quoque, & ipsius Sodalitij utilitas adesset, cum ea conditione Canonicatus erectio facienda esset, ut Juspatronatus ad Sodalitium spectaret, utque Canonicus pro defunctis Sodalibus qualibet hebdomada sacrum faceret. Dissuaserunt alii, quod rogabant Officiales, & post suadentium, & dissuadentium orationes ad suffragia ventum est. Ex centum, & octo, qui affuerunt, Sodalibus, qinquaginta duo secundum rogationem Officialium suffragia tulerunt, contra vero quinquaginta sex Canonicatus erectioni repugnarunt, atque ita perlata non fuit nova lex Officialium pars licet victa æqualia jactaret suffragia, quod senes duo erassent in traditione calculorum: nec tamen pars victa Sodalium animo cecidit, & spe, nomine siquidem Populi Tophiæ preces oblatæ fuerunt Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabant commutationem simplicis Beneficii in residentiale, utque Pontificia auctoritate derogaret, si opus esset, suffragiorum pluralitati. *Sess. 25. c. 11. de ref.*

Data fuit ab Optimo Principe hujusce rei cognitio Sacro huic Tribunali, & rogatus fuit Eminentissimus Abbas, ut animi sui sententiam aperiret. Audivit ipse Sodales, utramque eorum partem propositi sui tenacem invenit: altera eorum Ecclesiæ decus, & servitium, Divini Cultus augumentum, patriæ, ipsius Sodalitii utilitatem, & ornamentum urgebat: altera vero injuria id

fieri

fieri dicebat majoris partis Sodalium, cum tamen ſcitum, perſpectumque ſit omnibus ad commutandum ſimplex Beneficium Juriſpatronatus Laicalis in reſidentiale requiri patronorum omnium conſenſum, ut poſt *Gloſſ. in cap. nobis verb. in Cappella de Jurepatron.* uno ore docuerunt *Lotter de re Benef. lib. 1. quæſt. 35. num. 90., & ſeq. Vivian. de Jurepatron. lib. 3. cap. 9. num. 37. Rebuff. in Prax. Benef. tit. de union. num. 28. Leuren. for. Benef. part. 2. cap. 1. ſect. 1. §. 7. num. 6. Piton. de controv. Patron. allg. 52. numer. 23.*; Eoque amplius, quod nulla urgeat neceſſitas, cum Sodalitium Jus habeat Patronatus Canonicatus in eadem Collegiata, cui onus adjectum eſt ſacri agendi qualibet hebdomada pro Sodalibus, & ſatis conſultum ſit Eccleſiæ decori, & neceſſitati populi, qui vix conſtat ſeptingentis Capitibus, Archipreſbytero, & ſeptem Canonicis, aliiſque Sacerdotibus Sæcularibus, & Regularibus: denique Beneficii hujus redditus annuos ita tenues eſſe, ut impares ſint Canonicatui erigendo, quod tamen a Sodalibus aliis negatur, quia, cum ejuſdem Collegiatæ Eccleſiæ Canonici feſtis tantum diebus ſervitium præſtent, huic oneri ferendo annui redditus Beneficii, qui ad ſc. 30. fere perveniunt, ſatis eſſe videantur. In hac Sodalium adverſantium colluctatione ad Juriſprudentiam Eminentiſſimorum Patrum pertinet definitio.

I. *An ſit locus commutationi Beneficii ſimplicis S. Nicolai in reſidentiale in Collegiata Terræ Tophiæ in caſu &c.*, & quatenus affirmativè.

II. *An, & quot onera Miſſarum ſint addenda in caſu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Proviſum in primo, & amplius.

Seſſ. 22. c. 9. de ref.

FIRMANA VENDITIONIS HORTI: Ut Ædes ſuas ampliaret Com. Joannes Vincius Gigliuccius duos exiguos Hortos, qui ad Præbendas Prioris, & Subprioris Collegiatæ Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli ſpectabant, emere propoſuit. Cum vero ageretur de rebus Eccleſiæ, quæ ſine evidenti ejuſdem utilitate alienari non poſſunt, atque Horti una cum conſitis arboribus, & fatiſcenti muro, quo circum cluduntur, æſtimati fuiſſent ſcut 23., obtulit Priori, & Subpriori annuum iis cedere perpetuum cenſum ſc. 100., qui reddit ſc. 3 50., obtulit ſuarum ædium cubiculum, obtulit renunciationem liti, quæ agebatur cum eadem Collegiata Eccleſia ob Cœmeterium. Acceperunt continuo conditionem Prior, & Subprior, oblatiſque Precibus Sacro huic Tribunali, ut poteſtas eis fieret vendendi, reſcriptum fuit die 25 Februarii 1747. - *Pro facultate arbitrio Archiepiſcopi* - Cum jam ſtipulatio publicis Tabulis eſſet interponenda, Subprior Fortuſiatus Paſqualini, mutato repente conſilio, quem præſtiterat venditioni, conſenſum revocavit. Hanc Subprioris levitatem patienter tulerunt Comes Vincius, & Prior, litiſque peroſi aliam inter ſe inire curarunt rationem, qua contractus perficeretur: Omiſſa igitur tenuiſſima illa portione Horti, qui ad Præbendam Subprioris pertinet, factaque a Com. Vincio declaratione de non emendo eamdem portionem, Hortum tantum, qui ad Triorem ſpectabat, emere contentus, obtulit ceſſionem perpetui cenſus ſcut. 100. Novis itaque Sacro huic Tribunali oblatis precibus, reſcriptum fuit ab Eminentiſſimis Patribus *Arbitrio Archiepiſcopi*.

Non ob id tamen res exitum habuit, novæ enim exortæ ſunt turbæ a Canonicis, novæ difficultates a Subpriore. Hic hortum ſuum inutilem reddi dicebat novo ædificio, quod in contiguo Prioris Horto extruere intendebat Comes Vincius, interceptis ſolis radiis, quibus herbæ, atque olera adoleſcunt: Illi vero alienationem Horti Trioris fieri non poſſe diſputabant, tum quia Capituli, & Patronorum Collegiatæ Eccleſiæ deficiebat aſſenſus, tum quia novo

ædificio

ædificio Chori, & Sacrarii luminibus officiebatur. Datis itaque Sacro huic Tribunali hac de re precibus, neceſſe fuit audire Archiepiſcopum, qui diſſidentibus Peritis, prudenter peritiorem elegit, acceſſitque ipſe ad locum deſignaturus, quæ facienda eſſent, ut veritas erueretur. Retulit Peritior Chori, & Sacrarii luminibus non poſſe officere novum ædificium, ſi, ut Comes Vincius intendit, non extollatur altius palmis vigintiquinque, cum in latitudine palmorum 47., quibus Hortus Prioris diſtat a Choro, & Sacrario, illoque Cæli aſpectu, quo loca ſita ſunt, impoſſibile ſiat intercipi novo ædificio ſolares radios: Reſpondit Archiepiſcopus, ſi hæc ædificio lex imponatur altitudinis, alienationem horti utilem eſſe Eccleſiæ, Cauſa nunc proponitur, & diſputat Prior Capituli, & Patronorum, qui in Cauſa non ſunt, neque ex Juris diſpoſitione, neque ex obſervatione alienationum, quæ hactenus factæ ſunt, conſenſum requiri, & ſi eo opus eſſet, ſupplendum eſſe defectum ab hoc Sacro Tribunali in tanta Eccleſiæ utilitate; Subprioris horto nullum detrimentum inferri novo ædificio, quod radios ſolis intercipit, nam ſolis radii æſtate flagrantiſſimi nocent herbis, & oleribus Hortorum, qui umbra gaudent, virentque æſtivo tempore, non ſole, idque plurium olitorum teſtificatione comprobatur, & cunctos docet ratio naturalis. A Subpriore, & Canonicis nondum libellum Jurium habuimus: Unum Cauſæ Caput eſt.

An ſit locus alienationi Horti, de quo agitur in caſu &c.

Negative.

CIUITATIS CASTELLI JURISDICTIONIS: Qui anno 1625. Eccleſiæ Civitatis Caſtelli præerat Epiſcopus, poſtulavit ab hoc Sacro Tribunali, ut definiret, an ſervanda eſſet conſuetudo, qua adverſus cognitiſſimam Civilis, & Pontificij Juris regulam, *Actor ſequitur forum rei*, Laici conventi a Clericis Actoribus ad Eccleſiaſticum Tribunal traherentur. Conſuetudinem hanc probabat Epiſcopus ſexdecim Teſtibus, qui de ea teſtificationem faciebant: nullo itaque Laicorum Tribunalium jura defendente reſpondit Sacrum Tribunal die 26. Januarii ejuſdem anni 1625. - *ejuſmodi ſuppoſita laudabili conſuetudine, Laicos utique poſſe, ac debere ad Forum Eccleſiaſticum trahi* - Hoc Sacri Tribunalis Reſponſum, vel ignoratum fuit, vel obliteratum, nam plurima, & pene innumera ſunt exempla Cauſarum poſt illud latum, e quibus patet Laicos a Clericis in jus vocatos fuiſſe coram Laicis Judicibus. Cum vero Promotor Tribunalium Laicorum aliquid ſenſiſſet, egit anno 1735. poſſeſſorio Judicio coram A. C. contra Promotorem Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis, & Sententiam obtinuit, qua definitum ſuit „ „ manutenendum eſſe in quieta, & pacifica Poſſeſſione recipiendi in Tribu- „ nali Laico quaſcumque lites, & Cauſas ab Eccleſiaſticis, Clericis, & „ Locis Piis introducendas contra quoſcumque Laicos, illaſque decidendi, „ quocumque impedimento, & Edicto Curiæ Epiſcopalis non obſtante. *Ss.24.c.20. de ref.*

Reſponſum tamen Sacri hujus Tribunalis in luminis auras revocavit, qui nunc Eccleſiæ illi præeſt, Epiſcopus; Coacta enim anno 1746. Diœceſana Synodo, ſtatuit *cap.26. de for. compet.* „ ut non ſolum Laici Rei per Clericos Acto- „ res &c. ad Eccleſiaſticum Judicem trahi poſſent, ſed inſuper Clericis om- „ nibus, & Monaſteriorum, ac Locorum Piorum quorumcumque Miniſtris, „ Exactoribus &c *interdixit*, ne abſque ejus licentia coram Seculari Judice „ Laicos audeant convenire „ Legem hanc Synodalem non tulit Promotor Fiſcalis Tribunalium Laicorum, qui monuit judicialiter Promotorem Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis de *obſervatione, & exequutione Sententiæ A.C. Furietti*. Re delata ad Eminentiſſimum Signaturæ Iuſtitiæ Præfectum, decrevit, ut *ſuſpenſa ſententia A. C Furietti, Inſtantes uterentur Jure ſuo in Sacra Congregatione Concilii*. Poſtulat itaque nunc Communitas Civi-

tatis

tatis Caſtelli, & Promotor Fiſcalis Tribunalium Laicorum ejuſdem Civitatis, ut Eminentiſſimi Patres recedant a deciſis die 26. Ianuarii 1725., utque declarent non ſubſtineri Decretum Epiſcopi latum in Synodo Diœceſana.

Deflectit enim Lex hæc Synodalis non ſolum ab eo *Arbitrio*, quod in Controverſiis Laicorum definiendis, Epiſcopis *nativa*, ut vocant in Laicos Iuriſdictione carentibus conceſſerunt Imperatores, ex *Sozomen. lib.* 1. *Hiſtor. cap.*9. qui id narrat de Conſtantino Magno ex Arcadii Conſtitutione *in leg.* 7. *Cod. de Epiſcop. Audient.*, *& ex Novella* 12. *Valentiniani III.* obſervavit poſt alios *Vaneſpen. in Jus Eccleſ. Univ. par.* 3. *tit.*1. *caſ.*1. *num.* 10., *& cap.*3. *num.*2., *& tit.*7. *cap.*1. *a num.*1. *ad* 6. quodque Arbitrium Epiſcopis inde ſublatum fuit ex Cauſis, quas narrat *Thomaſſin. de vet.*, *& nov. Eccleſ. diſcip. par.*2. *lib.*3. *cap.*76. *num.*6., *& cap.* 101. *numer.* 2., *& ſeqq.*; Sed quod gravius eſt, deflectit ab eo Iure, quod poſt conſtitutam Epiſcopalem Audientiam, ſtatutum fuit Legibus Cæſarum, & Summorum Pontificum quibus nihil antiquius fuit, niſi ut Actor Forum Rei ſequeretur, itaut utriuſque Iuris diſpoſitio Legi huic Synodali directo repugnet. Venit igitur omnis iſthæc diſputatio ad conſuetudinem Iuri contrariam, de qua dubitaſſe hoc Sacrum Tribunal in contumaciali reſponſo edito anno 1625. ſatis manifeſtum eſt ex conditione, quæ ineſt ablativo illi abſoluto, ut Grammatici ajunt, *ejuſmodi ſuppoſita laudabili conſuetudine*; Hæc autem conſuetudo cum ſit contra Ius, rigidam deſiderat probationem, & præſertim, ut in contradictorio Iudicio fuerit comprobata.

Verum tam longe eſt, ait Promotor Tribunalium Laicorum, ut hæc conſuetudo Iuri contraria probetur, quod monſtretur conſuetudo, quæ convenit Iuris diſpoſitioni; Vetuſtiſſimo ſiquidem Iure Municipali cautum fuit ipſidta „ pœna „ ut nullus audeat ſcribere conſulere, vel procurare in aliqua „ Cauſa pro Clerico, vel Laico contra aliquem ſuppoſitum Iuriſdictioni „ Poteſtatis, aut Communis dictæ Civitatis extra Curias Officialium Com„ munis &c. exceptis Cauſis matrimonialibus, & in quibus de Bonis ad Ec„ cleſiam ſpectantibus diſceptaretur, e quo Municipali Iure dignoſcitur inveriſimilitudo contrariæ conſuetudinis, cujus initio obſtabat Ius ipſum Municipale, pœnali etiam Sanctione adjecta: Ceſſare vero omnem dubitandi rationem ex longa ſerie Proceſſuum Iudicialium, qui ab anno 1580. ad annum uſque 1634., atque ita tam ante, tum poſt reſponſum Sacri Tribunalis anni 1625., & quod magis eſt ipſo anno 1625., quo Epiſcopus Reſponſum illud obtinuit, facti fuerunt in Tribunalibus Laicis Actore Clerico, aut Religioſa aliqua Domo contra Laicum Reum conventum: Ex his manifeſtam eſſe falſitatem ſexdecim Teſtium, qui dati fuerunt ab Epiſcopo, quique de conſuetudine Iuri contraria teſtabantur: Sublata igitur *ſuppoſita conſuetudine*, cui nitebatur reſponſum Sacri hujus Tribunalis, recedendum eſſe a deciſis contendit Communitas, & Promotor, nec ſubſtineri poſſe legem Synodalem Epiſcopi. A Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis nihil hactenus habuimus. Cauſæ Dubium eſt.

An ſit ſtandum vel recedendum a Deciſis die 26. *Januarii* 1625., *& reſpective ſubſtineatur Decretum Epiſcopi factum in noviſſima Synodo anni* 1746. *in ordine cap.* 26. *de foro competen. in caſu &c.*

Reliquæ non propoſitæ.

*Seſs.*22. *c.*6 *de Ref.*

COMACLEN. Altare Divo Ioſepho pecunia ſua in Eccleſia Sodalitii Sanctiſſimi Roſarii extruxit Simon Bonafè civis Comaclenſis, conſtituta Dote annorum ſc.20., quæ ab hæredibus præſtanda eſſent Cappellano, quem ipſi nominaſſent, quique duo Sacra ſingulis hebdomadis agere teneretur: Hanc fundationem Simon confirmavit ſupremis Tabulis Teſtamenti anno

anno

anno 1642. : Patris sequntus exemplum Ioseph anno 1654. Testamento suo Cappellaniæ hujus dotem auxit, & onera, constitutis aliis sc. 2c. annuis, dataque lege alia duo Sacra singulis hebdomadis agendi, & Cappellanum nominavit Io: Baptistam Cavalieri, qui, precibus oblatis illi, qui tunc Ecclesiæ præerat Episcopo, postulavit, ut Cappellaniam in Canonicatum in Ecclesia Cathedrali erigeret, reservato hæredibus Simonis, & Iosephi Iurepatronatus, id enim Iosephum voluisse probabat testimonio Canonici Samaritani, qui Sacramentalem ejusdem Iosephi Confessionem audiverat. Episcopus, non audito Capitulo, Cappellaniam in Canonicatum erexit, eumque contulit eidem Io: Baptistæ, qui hoc Canonici titulo usus est tribus tantum mensibus, inde enim decessit. Post enim ex Patronorum nominatione Canonicatum habuit Andreas Bonafè, qui illum ad annum usque 1679. retinuit: Eo defuncto contendentibus hæredibus Simonis, & Iosephi illegitimam fuisse Canonicatus erectionem, nullus præsentatus fuit Canonicus, & Sacra a Cappellano ad hæc usque tempora acta sunt.

De his omnibus in Visitatione Sac. Liminum certiores fecit Eminentissimos Patres, qui nunc Ecclesiæ illi præest Episcopus, petiitque Dubii hujus definitionem „ An procedendum sit ad novam collationem ejusdem Canonicatus, seu potius relinquendus sit in statu simplicis Cappellaniæ - *Responsum fuit* - Uti posse jure suo deveniendo ad Collationem Canonicatus &c. „ si quid autem Patroni objecerint, eisdem congruum temporis spatium „ præfiniendum est, ut Iura sua coram hac Sacra Congregatione deducant „ Præfixo igitur Patronis tempore, venit ad hoc Sacrum Tribunal Congregatio Pii Operiis Ferri, quæ mediata hæres est Simonis, & Iosephi, petiitque, ut suspensa Canonicatus collatione usque ad exitum Causæ, Episcopus Acta erectionis Canonicatus mitteret ad hoc Sacrum Tribunal. Interim vero Petrus Zannoli preces obtulit Sacratissimo Principi, quibus postulavit Canonicatum sibi dari Iure devoluto: Signata fuit supplicatio, sed opportune Congregatio obstitit in Dataria. Causa nunc Eminentissimis Patribus definienda proponitur. Disputat igitur Congregatio Operis Pii Canonicatus erectionem nullam fuisse, cum facta fuerit ab Episcopo, non solum inaudito Capitulo, sed etiam, quia neque accedente Patronorum consensu, Episcopi jus habeant immutandi Statum Beneficii, cum solius Romani Pontificis potestas sit commutandi Defunctorum voluntates; nec spectandum fuisse testimonium Canonici Samaritani, qui cum unicus esset, non poterat etiam in Testamento favore piæ Causæ fidem ullam habere, cum duo saltem testes ad probandam hanc Iosephi voluntatem requirerentur. Addit nullam habendam esse rationem illius erectionis, licet valida fuisset, & legitima, cum Cappellania ista hæc post lapsum septuaginta annorum, quibus habita fuit pro manuali, quasi postliminio ad pristinum statuum rediisse censeatur, & explorati juris sit ad statum Beneficii mutandum quadragenarium tempus satis esse.

A Zannolio nondum libellum Iurium suorum habuimus: Unum Causæ caput est.

An constet de manualitate Cappellaniæ, seu potius substineatur illius erectio in Canonicatum in casu &c.

Die Sabbathi 23. Augusti 1749.

DUÆ, quæ sequuntur, Causæ in *ultima* Amplissimi Ordinis *Congregatione* habita *die 2. hujus mensis* proponi non potuerunt: Rogantur itaque Eminentissimi Patres, ut repetita lectione *Folii ejusdem Congregationis*, eas expediant.

CIVITATIS CASTELLI IURISDICTIONIS, cujus unum Caput est.

Ss. 24. c. 20. de ref.

An sit standum vel recedendum a Decisis die 26. Januarii 1625., & respective subsistineatur Decretum Episcopi factum in novissima Synodo anni 1746. in ordine cap. 26. de foro competen. in casu &c.

Dilata ad primam post Aquas.

Ss. 22. c. 6. de ref.

COMACLEN., in qua disputatur.

An constet de manualitate Cappellaniæ, seu potius subsistineatur illius erectio in Canonicatum in casu &c.

Affirmative ad primam partem, & Negative ad secundam, & amplius.

Ss. 24. c. 12. de ref.

TUDERTINA DECIMARUM: Data fuit hæc causa in eodem *Folio ultimæ Congregationis*, sed, Locis Piis, atque Exteris possidentibus in Territorio Massæ *dilationem* postulantibus, respondit Sacrum Tribunal - *dilata ad sequentem* - nunc igitur ejusdem Causæ capita proponuntur.

I. *An RR. PP. Tertii Ordinis S. Francisci, & alia Loca Pia Terræ Massæ pro bonis quocumque titulo, & a quocumque tempore quæsitis teneantur Parochiali solvere Decimas, ad quam rationem, & a quo tempore in casu &c.*

II. *An exteri bona in Territorio Massæ possidentes eidem Ecclesiæ Decimas solvere teneantur, ad quam rationem, & a quo tempore in casu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Affirmative à die captæ possessionis Parochiæ ad formam concordiæ.

Ss. 44. c. 1. de ref. Mat.

JANUEN. MATRIMONII: in hac Causa, quæ toties in hoc Sacro Tribunali proposita est, numquam definita, responderunt Eminentissimi Patres *Dilata in Congregatione* habita *die* 1. *Martii hujus anni*. Post hos quinque menses, quibus Marchio Laurentius vir censuris obstrictus nondum ad cohabitandum accessit, postulat Marchionissa Livia, ut dubium expediatur; Poterit enim semper Marchio Laurentius, si qua habeat Iura, proponere in secunda Causæ discussione, quæ juxta Constitutionem Sacratissimi Principis fieri debet in causis Matrimonialibus: Dubium est.

An sit locus dissolutioni Matrimonii in casu &c.

Negative.

Ss. 25. c. 15. de Regul.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Data fuit hæc Causa in *Congregatione* habita *die* 5. superioris *Mensis Julii*, & responderunt Amplissimi Patres - *dilata, & scribat defensor Professionis* - Implevit hic mandata Sacri Tribunalis, & disputat restitutioni in integrum non esse locum ob duas causas vitii perpetui, & intercepti anni probationis, Videant igitur Eminentissimi Patres repetitia lectione *Folii illius Congregationis*, quæ sint potiora jura, ut Dubium expediant.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative, & amplius.

COMEN. IURIUM PAROCHIALIUM, SEU DISMEMBRATIONIS. E Capſano Trahonam Lares, familiamque ſuam tranſtulit ante annum 1650. Petrus Paulus Paravicini, & qui intra fines Parochialis Eccleſiæ ejuſdem Oppidi Prahonæ habitans recognovit in omnibus actis juriſdictionem Præpoſiti, qui Parochus eſt illius Eccleſiæ; Aberat ille quidem Trahona tribus æſtivis menſibus, & Capſanum, unde illi origo erat, repetebat, ſed ut calores æſtatis fugeret. Hinc illi venit in mentem particularem Parochum habendi, eumque quæſivit in Patribus Reformatis S. Franciſci, quorum tamen Monaſterium longius diſtabat ab ædibus ſuis, quam Parochialis Eccleſia Trahonæ. Ut igitur votum hoc ſuum expleret, omnem movit lapidem apud Nuncium, & Viſitatorem Apoſtolicum Fridericum Borromæum, qui inde S. R. E. Cardinalis Ampliſſimus fuit, a quo Indultum exemptionis obtinuit, accedente tamen conſenſu Præpoſiti, non Trahonæ, ſed *Capſani*, adiecta expreſſione, quod hic *ſuus proprius Parochus* eſſet; facile conſenſum præſtitit Capſani Præpoſitus, & Petrus Paulus Paravicini uſus eſt Patribus Reformatis pro Parocho. Geſta hæc fuerunt anno 1664. poſt annos quatuordecim, quibus jam Petrus Paulus Trahonæ domicilium, & Parochiam contraxerat. *Seſs. 24. c. 13. de Ref.*

Obſtiterunt huic rei Præpoſitus Trahonæ, & Epiſcopus Comenſis, qui in Viſitationibus decrevit, ut a Paravicinis ederetur intra dies quindecim titulus exemptionis, ſed numquam Privilegium hoc, & Indultum edere voluerunt; Res tandem venit ad judicium Sacri hujus Tribunalis anno 1706. Sed compoſita res fuit tranſactione inita inter Præpoſitum tunc temporis Trahonæ, & Paravicinos, in qua, relatis hinc inde rationibus validitatis, & invaliditatis Indulti, conventum fuit, ut Præpoſitus Trahonæ *uti Parochus* Familiæ Paravicini *debeat illis privative ſemper miniſtrare Sacramenta Matrimonii, & Baptiſmatis*, & jus habeat funerandi; *Quovero ad Sanctiſſimum Viaticum occaſione infirmitatis* Præpoſitus conſenſum præſtitit, ut miniſtrari poſſet a Patribus ſtrictioris Obſervantiæ: *In reliquis vero Ibierum, ac arbitrarium eſſet* Paravicinis, *uti, & gaudere Indulto, & conceſſione Eminentiſſimi Domini Cardinalis Borromæi tunc temporis Nuncii*. Hæc ſunt tranſactionis capita. Cum autem, qui nunc Eccleſiæ Trahonæ Præpoſitus eſt, contendit Indultum illud, & tranſactionem non ſubſiſtere, ac hoc Sacrum Tribunal Paravicinos vocavit, & Cauſa nunc, audito jam Epiſcopo, Eminentiſſimis Patribus definienda proponitur.

Diſputat Præpoſitus Indultum illud exemptionis nec potuiſſe, nec debuiſſe a Nuncio, & Viſitatore Apoſtolico concedi, diſputat eumdem Nuncium deceptum fuiſſe, & ideo Indultum non ſubſtineri defectu voluntatis: hinc tranſgreditur ad monitrandam tranſactionis inſubſiſtentiam defectu cauſæ, quæ abeſt, ſi Indultum nullum ſit, defectu formæ, cum nunquam acceſſerit Beneplacitum Apoſtolicum; defectu denique Iuris, cum a Iure aberret, ut Parochus ad certa quædam Sacramenta Parochus ſit, non ſit Parochus quoad alia, atque ita pro parte Parochus ſit, pro parte non ſit Parochus. Quid contra habeant Paravicini ignoramus, nondum enim libellum jurium ab iis habuimus: unum eſt Cauſæ caput.

An ſubſtineatur Indultum, & reſpective Tranſactio in caſu &c.

Negative.

MINDONIEN. PAROCHIALIS: Cautum eſt Synodo Diœceſana Mindonenſi „ Che a qualſivoglia Curato Beneficiato, quantunque ſtia „ carcerato, & accuſato per qualſivoglia delitto, non ſe li poſſa porre, ne nomini nare Economo, che li uſufrutui, e percepiſca le entrate dell' Altare, „ & offerte, ſe non quando per ſentenza ſia privato del Beneſizio, o ſoſpeſo dall' amminiſtrazione de Sagramenti, che non eſſendo in ſimili caſi, „ adem- *Seſſ. 21. c. 6. & Seſſ. 25. c. 14. de Ref.*

„ adempisca il riferito Curato in nominare un Sacerdote approvato per l'am-
„ ministrazione delli suoi Popolani sotto il nostro Beneplacito, e confer-
„ ma, acciocchè nell' istesso tempo possiamo rinonoscere la sua idoneità,
„ e sufficienza „ Hac lege fretus Thomas Moscoso Omagna y Lenus Parochus S. Eulaliæ de Lacu, & S. Bartholomæi de Iove, quæ duæ Parochiales unitæ sunt, ubi cognovit Episcopum adversus eum Processum instruere, quod concubinam domi retinuisset pro famula, eamque utero plenam reddidisset, & præter negligentiam in officio Parochi, nimia auri fame, duriter, & accerbe Parochianos compulisset ad solvenda eidem emolumenta, plusquam debita essent, constituit Vicarium Parochialium unitarum usque ad finem causæ Sacerdotem Hyacinthum Paleo, cui ex Parochialibus redditibus certam partem assignavit, reservata sibi reliqua parte, ut vitam, & Causam subsistinere posset.

At Episcopus primo Thomam Moscoso in carceres compegit, eumque in illis fere ad tres menses detinuit, inde Sacerdotem Hyacinthum Paleo Vicaria amovit, suffecitque Sacerdotem Gonzalez Pardo, qui; ut contendit Parochus Thomas Moscoso, redditus omnes Parochiarum percepit. Post tres fere menses carceribus Thomas egressus Domum Canonici Moscoso Fratris sui habuit in loçum carceris, & demum ad Nuncium Apostolicum confugit, a quo rejectus fuit ad proprium Episcopum. Obtinuit tandem Thomas, ut Vicarius Generalis Poletanus per appellationem de causa cognosceret uti Delegatus Apostolicus, & ab eo domum habuit Matriti carceris loco, necdum Causa definita est. Conjectio in carceres, amotio Hyacinthi Paleo, & deputatio Gonzalez Pardo evenerunt anno 1741.; sed anno 1745. Gonzalez Pardo petiit ab Episcopo sequestrationem bonorum mobilium, & fructuum quorumdam ad Thomam spectantium pro stipendio Vicariæ trium annorum, obtinuitque non solum sequestrationem, sed etiam adjudicationem eorumdem mobilium prævia Peritorum æstimatione. Questus est in Iudicio Thomas de deputatione Gonzalez Pardo cum assignatione fructuum contra legem Synodalem, & de venditione, seu adjudicatione mobilium, sed nihil obtinere potuit ab Episcopo. Decessit interim Sacerdos Hyacinthus Paleo, & Episcopus amovit Gonzalez Pardo. Tomas moscoso preces obtulit Sacro huic Tribunali, quibus petebat restitutionem fructuum perceptorum a Gonzalez Pardo, & assignationem redditum Parochialium sibi debitam juxta legem Synodalem, restitutionem mobilium, & fructuum, quæ nulliter distracta fuerunt ab Episcopo favore Gonzalez Pardo, & denique, ut ei liceat juxta eamdem Legem Synodalem nominare Sacerdotem, qui Vicariam gerat Parochiarum, donec Causa, quæ est coram Delegato Apostolico, finem, atque exitum habeat.

Auditus fuit Episcopus, qui rem narrat in Epistola sua, longe tamen a vero alienam, ut contendit Thomas Moscoso, qui pertæsus, atque impatiens moræ tria proposuit controversiæ Capita ab Eminentissimis Patribus definienda. Primum autem purgat se ab impictis criminibus, propositis sex Testibus, qui Parochi integritatem, diligentiam in Officio, largitatem in pauperes, ejusque liberalitatem, qua ingenti pecunia Ecclesiam Parochialem ampliavit, ornavit, ditavitque, plurimum extollunt, nulla incontinentiæ labe notari eum potuisse affirmant ob scientiam, quam habent, impictumque esse concubinatus crimen indignatione Episcopi, quod Parochus Sacræ Compostellanæ Inquisitionis Commissarius deputatus fuerit, prævia diligentissima, & publica, & arcana vitæ, morumque ejus disquisitione: Testes a Fisco inductos alienigenas esse, & rerum ignaros, adactosque vi, & carceribus, ut, quod ignorabant, dicerent, alios de auditu deponere, alios odiis actos, atque inimicitiis in Parochum. Secundo tres alios Testes Parochus proponit, quibus probat Hyacinthum Paleo sine ulla causa a Vicaria amotum fuisse, & deputatum Gonzalez Pardo, qui paulo ante Sacerdotio honestatus fuerat, quique Sacramentales Confessiones neque

a fæmi-

a fœminis, neque a viris audiverat, magno Populo ſcandalo, ita ut, cum Juvenem illum, & imperitum fugerent, plurimi ad vicinos Parochos dilapſi ſint. Diſputat igitur Thomas Moſcoſo peccaſſe Epiſcopum in legem Synodalem, qui Hyacinthum Paleo a Parocho deputatum amovit, & ſuffecit Gonzalez Pardo, cui redditus omnes Parochiæ aſſignavit, cui vendidit mobilia Parochi, cum, etiamſi crimina objecta probarentur, non potuiſſet Parochus juxta diſpoſitionem Tridentini redditibus omnibus privari, ſed tertia tantum parte: Contra Jus diſtracta fuiſſe mobilia, cum hac alienatione opus non fuiſſet, ſi certam ex redditibus Parochialibus partem aſſignaſſet Epiſcopus Pardo: demum defuncto Paleo, & remoto Pardo, jus eſſe Parocho Oeconomum, & Vicarium Parochiis ſuis deputandi juxta legem Synodalem: Hæc Thomas Moſcoſo. Nullus eſt, qui Jura Epiſcopi, & Gonzalez Pardo tueatur: Controverſiæ Capita ſunt.

I. *An ſint reſtituendi, & aſſignandi Fructus Parochialium Thomæ Moſcoſo in caſu &c.*

II. *An ſint reſtituenda omnia mobilia, & ſuppellectilia, & fructus nulliter diſtracta?*

III. *An in exercitio Curæ ſit deputandus Sacerdos ex approbatis ad nominationem Parochi Moſcoſo uſque ad exitum Cauſæ ad formam Conſtitutionis Synodalis in caſu &c.*

Omnia ad Judicem Delegatum,

CASSANEN.: Septem Cauſæ hujus Capita data fuerunt in *Folio Congregationis* habitæ *die* 14. ſuperioris *Menſis Maii*. Primum erat „ An Epiſcopus Caſſanen. per ſe ipſum non Viſitans, bene vero per Delegatum „ integram poſſit exigere Procurationem in caſu &c. *Et quatenus Affirmative*. II. An dictus Epiſcopus teneatur reſtituere huc uſque exactum? „ III. An Presbyteri Cleri S. Nicolai Ferræ Caſtellucci teneantur ad quotidie publice pſallendum divinum Officium in Choro juxta Decretum Epiſcopi? *Et quatenus Affirmative*. IV. An iidem poſſint adſtringi ad illud „ recitandum ſub pœna punctaturæ? V. An dicti Presbyteri teneantur conficere prætenſam Plateam, ſive Inventarium in caſu &c.? *Et quatenus Affirmative*. VI. An præfatus Epiſcopus Caſſanenſis teneatur reſtituere „ ducatos triginta exactos ob prætenſam non confectam Plateam ſive Inventarium? VII. An citati Presbyteri poſſint adſtringi ab eodem Epiſcopo „ ad ſe ſubiiciendos examini occaſione Sacræ Viſitationis tam ſuper literatura, quam ſuper Miſſarum Cæremoniis? Proponi ea die Capita hæc non potuerunt, ſed propoxita, & definita fuerunt *in Congregatione diei* 14. *Junii*, Reſcriptumque fuit „ Ad I. Affirmativè in caſu, de quo agitor ad formam „ Concordiæ: Ad II. Negativè. Ad III., & IV. Teneri diebus Feſtis ſub „ pœna punctaturæ, quo vero ad ſervitium quotidianum dilata, & conducentur probationes: Ad V. Affirmative. Ad VI. Negativè in caſu, de „ quo agitur: Ad VII. Affirmative, & ad Mentem, & Mens eſt, quod „ communicetur Epiſcopo Inſtructio in Iſclana 29. Maii 1745. *Seſſ. 24. c. 12. de ref.*

Diſplicuit Prebyteris hæc definitio, & Judicium retractari poſtularunt. Nunc igitur Epiſcopus poſtulat, ut eadem definitio ſervetur, utique III., & IV. Dubium iis partibus, quæ quotidianum Eccleſiæ ſervitium reſpiciunt, ea qua ipſe decrevit, ratione definiantur Nova in hanc rem edidit Jura, quibus probat redditus Eccleſiæ non ita tenues eſſe, ut dicunt Presbyteri: Eos falſos eſſe quotidianum ſervitium, id ipſum comprobari ex plurium Teſtium teſtificationibus, & ex pluribus Epiſcoporum Prædeceſſorum Decretis, quibus hoc onus indictum fuit: Ex his patere ait ſervitium non ex voluntate, ſed ex neceſſitate præſtitum Eccleſiæ fuiſſe a Presbyteris. Ab his nondum libellum Jurium habuimus: Dubia ſunt.

I. An

I. *An sit standum vel recedendum a Decisis sub die 14. Junii proxime præteriti ?*

II. *An Præsbyteri Cleri S. Nicolai Terræ Castellucci teneantur quotidie ad publice psallendum Divinum Officium in Choro juxta Decretum Episcopi ?* Et quatenus Affirmative.

III. *An iidem possint adstringi ad illud recitandum sub pœna punctaturæ ?*

Non proposita, attenta renunciatione Presbyterorum.

Ss. 25. c. 15. de Regul.

ROSSANEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Die 21. Februarii anni 1741. Monasterium Ordinis Carmelitarum Coriolani ingressus est Thomas Martyr, & die 21. Decembris ejusdem anni 1741. Professionem emisit inter Fratres Laicos. Obiit mense Novembri anni 1746. Præfectus Monasterio, atque hac occasione in ejus cubiculo versatus Fr. Thomas invenit authentica instrumenta, & suscepti Habitus Religiosi, & Professionis, hinc rescivit nullam esse Professionem, quam emiserat, defectu duorum mensium ad integrum annum Professionis. Preces itaque obtulit, quibus postulabat in Integrum restitui. Processus ab Archiepiscopo paucis confectus est, editis instrumentis publicis, & audito ipso Fratre Thoma. Causa nunc proponitur & decernendum est.

An sit concedenda restitutio in Integrum in casu &c.

Negative.

Die Sabbathi 13. Septembris 1749.

Sess. 22. dec de Evit. & Obs. in Celeb Miss.

VICEN. MISSÆ CONVENTUALIS: Habetur omnis Causæ hujus species in *Folio Congregationis* habitæ *die* 12. *Augusti anni* 1747., quod publici Juris factum est *Vol. XVI. Thes. Resol. Sac. Congreg. pag.* 60. Proponi tamen ea die Causa non potuit: Proposita fuerunt duo ejus Capita *in Congregatione diei* 2. *Septembris eodem anno*: Primum erat „ An Canonici „ Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Civitatis Minoriſſæ, seu Manresiæ celebra„ re, & applicare teneantur Missas Conventuales in præteritum omissas, & „ non celebratas, seu potius a prædicto onere sint absolvendi? *Alterum „ erat* - An celebrando Missam lectam in Cappella SS. Martyrum sub Alta„ ri majori dictæ Ecclesiæ, dum in Choro recitantur Horæ Canonicæ, „ satisfacere valeant oneri Missæ Conventualis, seu potius eadem Missa ad „ solos dies Festivos sit reducenda in casu &c. *Respondit Sacrum Tribunal*: „ Ad I. Consulendum Sanctissimo pro absolutione quoad præteritum, injun„ cto onere celebrationis alicujus Missæ Solemnis arbitrio Episcopi: Ad II. „ Negative ad primam partem, & ad secundam dilata, & scribatur Epi„ scopo juxta Instructionem „ ut ex *eodem Vol. XVI. Thes. Resol. pag.* 63. Data fuit Epistola ad Vicensem Episcopum, ut referret, quanti sint annui redditus, tum Præbendæ, tum distributionum quotidianarum, quæve sint onera particularia cujuslibet Canonicatus Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Civitatis Minoriſſæ: Respondit Episcopus longa, & diligenti Epistola, qua singula quæque persequitur: eam legent Eminentissimi Patres, ut definire possint.

An sit locus reductioni Missæ Conventualis ad solos dies Festos in casu &c.

Negative, & ampliùs.

AQUEN.

AQUEN. CONCIONATORIS: Propoſita fuit hæc Cauſa *in Congregatione* habita *die* 1. tranſacti *menſis Martii*, e cujus *Folio* integra illius ſpecies repeti poterit ab Ampliſſimis Patribus; Verum definita non fuit, & reſcriptum eſt *Dilata, & Promotor Fiſcalis deducat Jura ſua* Hac itaque occaſione veteri dubio novum additum eſt, atque ambo nunc proponuntur. *Ss. 24. c. 4. de ref.*

I. *An Concionator Ordinis Carmelitarum deputatus, & approbatus a ſuo P. Provinciali pro concionando in Eccleſia Parochiali retenta per Patres dicti ſui Ordinis, & exiſten. in Terra Cremolitis, teneatur ſubjici novo examini Epiſcopi, ſeu potius teneatur tantum petere Benedictionem in caſu &c.*

II. *An Miſſionarii, & alii extraordinarii Concionatores, quos identidem illuc, prout in Domino expedire viderit, Epiſcopus pro tempore mittet, præpediri poſſint a PP. Carmelini quo minus in Eccleſia Parochiali Cremolini Conciones, aliaſque neceſſarias in ſimilibus Functiones ſibi demandatas expleant in caſu &c.*

Ad I. Negative ad primam partem: Affirmative ad ſecundam. Ad II. Negative, certiorato Patre Priore Urbanitatis officio.

CRACOVIEN. CONTRIBUTIONIS: Lamentabilis hiſtoria, quæ Cauſæ huic ortum dedit, ſcripta eſt in *Folio Congregationis* habitæ *die* 22. ſuperioris *Menſis Martii*: Non equidem de ea die Cauſa potuit proponi, ſed in *ſequenti Congregatione diei* 26. *Aprilis*, Dubioque, quod erat „ „ An Præpoſitus Commendatarius teneatur contribuere pro ædificatione Ec- „ cleſiæ, & Conventus Miechovienſis incendio conſumptæ, nec non pro „ ſuppellectilibus, & aliis ad uſum ejuſdem Eccleſiæ, & in qua ſumma „ in caſu &c. *Reſponderunt Eminentiſſimi Patres* - Affirmative pro tertia „ parte reddituum Commendæ „ Prælium nunc inter Partes redintegratur, & nova dubia acceſſerunt, quibus diſſolutis, controverſia omnis tandem tollatur. *Ss. 25. c. 21. de regul.*

I. *An ſit ſtandum vel recedendum a deciſis?* Et quatenus affirmative ad primam partem.

II. *An Tertia pars aſſignanda ſit in quota Bonorum?*

III. *An, & pro qua rata expenſarum fieri debeat per Abbatem Commendatarium contributio?*

IV. *An nova Eccleſiæ reædificatio, ſeu reparatio fieri debeat juxta antiquam ſtructuram, ſiva in aliam ampliorem, & elegantiorem formam Canonicis beneviſam in caſu &c.*

In deciſis, & Judex Delegatus procedat cum omnibus facultatibus neceſſariis, & opportunis.

MINDONIEN. PAROCHIALIS: Data fuit hæc Cauſa in *Folio* ultimæ *Congregationis* habitæ *die* 23. tranſacti Menſis *Auguſti*: Tria controverſiæ Capita erant „ I. An ſint reſtituendi, & aſſignandi fructus Parochia- „ lium Thomæ Moſcoſo in caſu &c. II. An ſint reſtituenda omnia mobilia, „ & ſuppellectilia, & fructus nulliter diſtracta? III. An in exercitio curæ „ ſit deputandus Sacerdos ex approbatis ad nominationem Parochi Moſco- „ ſo uſque ad exitum Cauſæ ad formam Conſtitutionis Synodalis in caſu „ Dubia hæc definita non fuerunt; Reſpondit enim Sacrum Tribunal - *Omnia ad Judicem Delegatum* - Definiri tamen ea poſtulat Thomas Moſcoſo, dicens inutilem fore hanc cognitionem, quæ reſcripto Sacri Tribunalis *Sefs. 21. c. 6. & ſeſſ. 25. c. 14. de ref.*

man-

mandatur Iudici Delegato: Respondendum igitur est.
An sit standum vel recedendum a Decisis in casu &c.

In decisis, & Judex Delegatus procedat cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis.

Ss.23. c.16. sess.25. c.20 de ref.

SEGNEN. DECRETORUM: Ex tribus Decretis Episcopi Segnensis in Visitatione latis orta hæc quæstio est, quam agunt Presbyteri simplices, qui nullo Beneficio potiuntur: Primum Decretum est „ ut nemini ex Diœcesi sine sua licentia scriptis obtenta discedere integrum sit, ut sic jam de„ prehensi in superius expositis, aut suspecti non admittantur alio abire„ sub pœna suspensionis: *Alterum est*, Ne sub Sacro Pontificali suo alio„ que solemniori, uti etiam est illud die Iovis nemo admittatur ad Aram, „ & si ex gravi causa admissus fuerit, non pulsentur campanulæ sub pœna„ suspensionis: *Tertium est*, Omnes, præter legitime impeditos, tali Sac„ ro per unum Canonicum celebrato, sub expositione die Iovis adsint sub „ pœna suspensionis „ Non placuerunt hæc Decreta Presbyteris, quod & præsentiam, & servitium Ecclesiæ requirerent; Preces itaque obtulerunt Episcopo, ut ab eis recederet. Rejecti confugerunt ad hoc Sacrum Tribunal postulantes, ut authoritate Amplissimorum Patrum revocarentur.

Auditus Episcopus respondit Presbyteros hosce uti ad crimina, ita ad querelas faciles esse: Decreta illa tulisse, ut pravos eorum mores compesceret, incommodis, & scandalis, quibus cum Populus, tum Ecclesia afficiebatur, prospiceret: Plures enim negociationis causa, etiam vectigalia, & Publicanos fraudantes, ad nundinas Senogallienses quotannis properare, simulantes se pietate ductos Assisium ire, vel Lauretum ad Virginis, vel Divi Francisci. In hac simulata peregrinatione nonnisi crimina ab iis admitti, ex quibus evenit, ut eorum aliquis in carceres fuerit conjectus, magno Sacrorum Ordinum, & totius Nationis dedecore; si vero in Civitate morentur, non esse meliores, numquam in Cathedralem Ecclesiam convenire, licet illi adscripti sint, ut servitium eidem præstent, a qua portionem ceræ accipiunt in funeribus, & anniversariis, quorum copia est: Eo autem tempore, quo in Ecclesia Cathedrali maximo populi concursu Sacra, aliaque solemnia fiunt, & præsertim die Jovis, quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum adorationi exhibetur, aut otiosos per Civitatem vagari, aut in Portu, & littore vacare piscationibus: Prohibuisse, ne Pontificalium tempore Sacrum agant, ne corum turbent solemnitatem, & celebritatem. Hæc Episcopus,

Contra Presbyteri cohibendum primo esse Episcopum, qui verbis, factisque Tribunalia Urbis, ipsumque hoc Sacrum Tribunal toto Orbe verendum ludibrio habuit, ac Josephum Draginich Roma reducem, & literas Eminentissimorum Patrum edentem, quibus edicebatur, ne quid in eum Episcopus moliretur, quod retractari non posset, odio hujus Causæ, in carceres compegit: Inde plurium nobilium, Patriciorum, & Canonicorum, ac publico ipsius Magistratus testimonio se ab impiis criminibus purgant. Ad rem quod attinet, disputant esse maxime dubium, an possit Episcopus eos Clericos, & Sacerdotes, qui nullum habent Beneficium, nullumque onus residentiæ, cogere, ut veniam petant discedendi, negantibus iis, quos plenis manibus dedit *Anaclet. Reinpheft. in jus can. lib.4. Decr. tit. de Cleric. non Resid. §.1. n.9. & Pignatell. consult.56. n.2. & 3. tom 3.*, qui plura referunt Sacri hujus Tribunalis responsa; omnes vero convenire, ut sine justa causa venia hæc ab Episcopo negari nequeat; Monere etiam Episcopum posse, non vero compellere simplices Sacerdotes, ut ad Cathedralem Ecclesiam veniant, eique serviant, cum servitium præstare non teneantur, si nullum accipiunt compendium, ut ex Decretis hujus Amplissimi Tribunalis differunt *Pignatell. d. consult.57.*

sult.57. num.5. & 6. tom.3. Monacell. formul. tom.1. tit.1. n.32. & tom.2. tit.15. form.4. n.4.

Ceram quidem percipere, sed ratione præsentiæ, & laboris, quem setunt in anniversariis, & funeribus, quibus volentes, lubentesque interfunt, nil accepturi, si non interfint, vel non vocentur: cessasse obligationem serviendi Ecclesiæ, cum Sacerdotio honestati fuerunt; Adscribuntur enim Ecclesiæ, ut ei serviant in singulis Ordinibus, donec ad Sacerdotium perveniant, quod assequuti servitium præstare non tenentur; neque ex necessitate, aut utilitate Ecclesiæ cogi posse simplices Presbyteros, ut sine ullo stipendio eidem præstent servitium, quod definitum fuisse ab hoc Sacro Tribunali tradit *Pignatell. d.consult.56. n.14. & seq. tom.3.* Servandam demum esse consuetudinem Sacra agendi, eo etiam tempore, quo Ven. Sacramentum Eucharistiæ publicæ patet adorationi, vel cum Pontificalia aguntur; Hæc enim consuetudo, quæ non solum in universa Germania, & Pannoniis, quibus subest Segnensis Civitas, sed etiam in ipsa Ecclesia Segnensi, atque in Urbe ipsa, & fere toto Orbe catholico servatur, vel provide derogavit cuicumque juri scripto, vel servanda est, quia nihil habet mali. Conveniunt vero Presbyteri, cum Decreto Episcopi, ut æra tinnula hoc tempore pulsari non debeant. Hæc Presbyteri; A Promotore Fiscali nihil habuimus. Controversiæ Capita sunt.

I. *An Decretum Episcopi factum in Visitatione, quo prohibetur, ne Clerici discedant a Diœcesi sine licentia ejusdem Episcopi in scriptis habenda sub pœna suspensionis subsistineatur?* & quatenus affirmativè: *An liceat d. Episcopo sine justa causa discessum denegare in casu &c.*

II. *An aliud Decretum in Visitatione editum, quo præcipitur, ut omnes Presbyteri, præter legitime impeditos, intersse teneantur Missæ Sacrificio, per unum Canonicum cum Expositione SS. Sacramenti quolibet die Jovis celebrari solito, similiter sub eadem pœna subsistineatur in casu &c.*

III. *An aliud Decretum ejusdem Visitationis, quo interdicitur celebratio Missarum lectarum, dum Episcopus Missam Pontificaliter celebrat, vel Sacrum solemniter die Jovis cum Expositione SS. Sacramenti perficitur, & etiamsi ex gravi causa celebrentur, non pulsentur campanulæ, pariformiter sub d. pœna subsistineatur in casu &c.*

Dilata ad primam post Aquas.

BAREN. DISTRIBUTIONIS MISSARUM. Sacrorum onera, quæ in Ecclesia Collegiata Oppidi Joviæ impleri debent, ejusdem Collegiatæ Dignitates, Canonici, & reliqui Sacerdotes participantes æquis partibus inter se dividunt. At, quæ in eadem Ecclesia impleri non debent, ut sunt Sacra annua centum quinquaginta, quæ impleti debent in Cappella *del vero zelo* tercentis fere passibus ab Oppido dissita, ea hactenus tributa sunt Presbyteris Participantibus, qui ab hinc sexennium hoc onus ferunt. Displicuit tandem hæc inæqualitas Participantibus, & re ad Archiepiscopum delata, decrevit, ut „ salvis ambarum partium juribus, pro hoc anno Missæ distribuerentur, „ etiam duobus Canonicis junioribus „; ne hoc quidem decretum placuit Participantibus, qui ad hoc Sacrum Tribunal venerunt. Auditus Archiepiscopus in eadem fuit sententia: Causa nunc proponitur, & Dignitates, ac Canonici incommodum illud accedendi ad Cappellam extra Oppidum subire recusant, quia eorum numerus longe minor sit illo Participantium; onera vero longe sint majora, & graviora, cum totius Ecclesiæ, & Capituli negocia, ac simul cum Archipresbytero curam gerant animarum: senes fere omnes, & infirmæ valetudinis sint, omnes duobus tantum junioribus Canonicis exceptis, Sacramentales Confessiones excipiant, nullus denique eorum sit, qui particulare aliquod onus in Ecclesia non subeat. Contra vero Presby- *Sess.24. c.14. de Ref.*

teri Participantes aut nullum, aut fere nullum onus ferant, ut æquum videatur, si in distributione Sacrorum gravantur iis, quæ agenda sunt in Cappella extra Oppidum. A Participantibus nondum libellum jurium habuimus: unum Causæ caput est.

An liceat Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ Oppidi Joviæ eorum Missarum portionem sumere ex Missis celebrandis in ipsa Ecclesia Collegiata, & assignare Tresbyteris Participantibus æqualem Missarum portionem ex cæteris celebrandis tam in d. Collegiata, quam in Cappella nuncupata del vero zelo, *seu potius d. Canonici teneantur eorum portionem assumere etiam ex Missis in d. Cappella celebrandis in casu &c.*

Negativè ad primam partem: Affirmativè ad secundam.

Sess. 24. c. 18. de Ref.

BURGI SANCTI DONNINI PAROCHIALIS. Ut vacantem Ecclesiam Parochialem Oppidi S. Victoris de Rectore, qui Præpositus nuncupatur, provideret Episcopus, *concursum* indixit. Duo tantum venere Sacerdotes, Pompejus Maccagnini, & Petrus Maria Guelfi: Ambo probati fuerunt plenis suffragiis in moribus; In scientia vero unum tantum habuit suffragium Pompejus, omnia Petrus. Episcopus igitur Petrum Guelfi uti magis idoneum prælegit, & eidem nec contradicente, nec intra juris terminum appellante Pompejo, literas prælectionis dedit, quibus inde editis in Dataria Apostolica, Petrus Guelfi Parochialis Ecclesiæ collationem obtinuit, inde possessionem nactus est. Appellavit post decendium Pompejus a mala Examinatorum relatione, & irrationabili judicio Episcopi, simulque emisit protestationem non potuisse intra terminum appellare adversæ valetudinis causa. Re ad hoc Sacrum Tribunal delata, auditus fuit Episcopus, qui respondit invisum populo esse Petrum Guelfi, debuisse tamen eum prælegere, quod probatus fuisset ab omnibus Examinatoribus. Causa nunc proponitur, & disputat Petrus nihil proponi a Pompejo, cur male retulerint Examinatores, & irrationabiliter judicaverit Episcopus: aversionem populi longe post nactam possessionem exortam in eum fuisse ab ipso Pompejo: appellatum ab eo non fuisse, ut id ageret, non quod adversa detineretur valetudine, cum, si voluisset, potuisset appellare, dato mandato ad appellandum. A Pompejo nihil hactenus habuimus: Dubium est.

An constet de mala relatione Examinatorum, & irrationabili judicio Episcopi in casu &c.

Dilata ad primam post Aquas, remoto interim œconomo.

Sess. 25. c. 15. de Reg.

POSNANIEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Postquam Valentinus Danilovvski vi, metuque filium Matthæum Casimirum adegerat, ut in Monasterio Ordinis Eremitarum D. Augustini Civitatis Varsaviæ sacras vestes susciperet, ut etiam solemnia vota nuncupare posset, lapso probationis anno, falsam exhibuit fidem baptismatis filii, qua apparebat Casimirum natum fuisse die 2. Martii anno 1719., cum vere filius natus esset die 21. Septembris anno 1724. Professionem itaque emisit Matthæus Casimirus die 19. Martii 1740. accepto nomine P. Benedicti, licet sex menses deessent ad legitimam ætatem Tridentini Decreto definitam. Numquam destitit filius de vi, metuque sibi illato cum Patre querelas fundere, quibus tandem motus, & conscientiæ stimulis agitatus rem omnem aperuit in actis Nunciaturæ. Hæc ubi rescivit P. Benedictus, preces obtulit Sacratissimo Principi nostro, & postulavit in integrum restitui. Data Sacro huic Tribunali postulationis hujus cogni-

cognitione, mandata fuit jurisdictio Episcopo Posnanensi, qui id primum decrevit, ut ad probationem veræ ætatis authenticum monimentum baptismatis P. Benedicti proponeretur, quo ex libris excepto, cum illico apparuerit defectus legitimæ ætatis, quam statuit Tridentinum, abstinuit ab inquisitione de vi, & metu a Patre illato, inutilem eam ratus in conspectu hujus nullitatis intrinsecæ. Causa nunc igitur proponitur, & respondendum est.

An sit locus restitutioni in Integrum in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta Instructionem.

Die Sabbathi 22. *Novembris* 1749.

TRes, quæ sequuntur, Causæ in ultima Amplissimi Ordinis Congregatione habita die 13. transacti mensis Septembris dilationem obtinuerunt ad hanc Congregationem, Rogantur itaque Eminentissimi Patres, ut Folium ejusdem Congregationis iterum consulant, easque expediant.

CRACOVIEN. CONTRIBUTIONIS, cujus IV. sunt Capita. *ut videre est in præterita Congreg. pag.* 55. *Sess.* 25. *c.* 15 *de Reg.*

Ad Primum. In decisis, & amplius. Ad Secundum. Affirmative juxta modum, & modus est, ut assignetur Tenuta Miechovienſis per decennium. Ad Tertium, & Quartum. Dilata, & ad mentem.

SEGNEN. DECRETORUM, in qua tria Dubia disputantur. *ut in præterita Congreg. pag.* 37. *Sess.* 23. *c.* 16. *sess.* 25. *cap.* 20. *de Ref.*

Ad I. Affirmative ad primam partem in casu, de quo agitur. Negative ad secundam, & amplius. Ad II. Negative, & esse hortandos, sed non cogendos, & amplius. Ad III. Quoad sonum Campanularum Affirmative. In reliquis Negative.

BURGI SANCTI DONNINI PAROCHIALIS, cujus Dubium est. *An constet de mala relatione Examinatorum, & irrationabili judicio Episcopi, in casu &c.* *Sess.* 24 *c.* 18. *de Ref.*

Dilata, & proponatur omnino in prima post proximam.

Sess.24.c.20 de Ref.

CIVITATIS CASTELLI JURISDICTIONIS. Data fuit hæc Causa in Folio Congregationis habitæ die 2. superioris mensis Augusti, sed proponi non potuit; Data iterum fuit in Congregatione habita die 23. ejusdem mensis Augusti, sed Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis dilationem postulante, rescriptum fuit ab Eminentissimis Patribus -- *Dilata ad primam post aquas* -- Causa nunc proponitur, & respondendum est.

An sit standum, vel recedendum a decisis die 26. Jan. 1625., & respective sublineatur decretum Episcopi in novissima Synodo anni 1746. in ordine c.26. de foro competen. in casu &c.

Dilata.

Sess.24.c.1. de ref.mat.

LISBONEN. MATRIMONII. Proposito in Congregatione habita die 14. Decembris transacti anni 1748. Dubio hujus Causæ -- *An constet de nullitate Matrimonii in casu &c.* Respondit Sacrum Tribunal -- *Affirmative* -- Reproposita vero Causa in Congregatione habita die 17. superioris mensis Maii definita non fuit, respondentibus Amplissimis Patribus -- *Dilata, & ad mentem* -- Mens fuit, ut Nuncius Apostolicus Violantem collocaret in alio Monasterio, in quo nullæ essent utriusque Partis consanguineæ, ibique Nuncius Apostolicus per se ipsum Violantem rogaret de vera voluntate sua tum ratione contrahendi Matrimonium cum Ludovico Sanchez de Baena, tum ratione revocationis Mandati Procuræ, antequam Matrimonium contraheretur; Ut eam certiorem faceret Matrimonium contractum fuisse Mandato Procuræ ab ea integre scripto, non folio albo, & tantum ab ea subscripto, cum duo ex his foliis subscriptis tantum a Violante, & adhuc albis edita fuerint in actis Sacri Tribunalis a Ludovico: ut demum ipse Nuncius Apostolicus testes illos audiret, qui de re omni instructi esse possent. Quid actum fuerit agnoscent Eminentissimi Patres ex libellis partium, & ex responso ejusdem Nuncii, ut omnibus perspectis definire possint Dubium.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess.23.c.18 de Ref.

NULLIUS FARFEN., ET S.SALVATORIS MAJORIS SEMINARII: Species omnis hujus Causæ habetur in Folio Congregationis habitæ hoc anno die 25. Januarii, e quo repetenda est ab Eminentissimis Patribus, ut citria, quæ tunc definita non fuerunt, Dubia definiant: sunt autem, quæ dilationem habuerunt, hæc, quæ sequuntur.

I. *An, & pro qua quota sit locus arbitrio Emi Abbatis applicandi Seminario S. Salvatoris præstationem annuorum scutor. 150. a Seminario Romano dismembratam?*

II. *An, & quot Alumni de Abbatia Sancti Salvatoris retineri possint in Seminario Toffiæ in vim dispositionis testamentariæ quondam Martii Ruffetti?*

III. *An d. Seminario Toffiæ debeantur præstationes dd. annuorum scut. 150. decurſæ, & non solutæ pro tempore, quo non fuerunt retenti Alumni in d. Seminario in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess.21.c.4. de Ref.

ZAMOREN. UNIONIS. Dedimus jam Causæ hujus speciem in Folio Congregationis habitæ die 22. Januarii anno 1746., quod in lucem Hominum editum fuit *Vol.XV. Thes. Resol. Sac. Congreg. pag.2.* Proponi quidem ea die

die Cauſa non potuit, ſed propoſita fuit in Congregatione diei 12. Februarii eodem anno, & Eminentiſſimi Patres, ſuſpenſa Dubii definitione, reſponderunt -- *Audiantur Miniſtri Datariæ* -- ut ex eodem *Vol. XV. Theſ. Reſol. pag.* 14. Obſtiterunt primo unioni, quam poſtulat Monaſterium, Miniſtri Datariæ, ſed ſuperatis tandem omnibus difficultatibus, iidem Datariæ Miniſtri tranſacto menſe Septembri his verbis reſponderunt -- *Cum parvum ſit ex hac unione oriturum præjudicium Datariæ Apoſtolicæ, & Oratrices e contra aliquod in ſuis indigentiis habituræ ſint commodum, atque utilitatem, Miniſtri Datariæ huic gratiæ minime ſeſe opponunt &c. dummodo unio de more expediatur per literas Apoſtolicas.* Auditis itaque Miniſtris Datariæ nil aliud ſupereſt, niſi ut Ampliſſimi Patres, repetita lectione ſolii Congregationis die 22. Januarii 1746 Dubium, quod tunc proponebatur, expediant.

An concedenda ſit Gratia unionis cum applicatione fructuum ſimplicis Beneficii S. Petri del Royo Ven. Monaſterio Monialium Ord. Excalc. S. Franciſci de Obſerv. Civitatis Zamoren. in caſu &c.

Affirmative.

TRANEN. Capitulum Prioralis Eccleſiæ Sancti Sepulchri Baruli undecim componitur Capitularibus, qui quotidianum ſervitium Eccleſiæ præſtare tenentur. Loca hæc Capitularia non ſunt collativa, ſed Capitulum, vacante aliquo ex iis, Sacerdotem alium in defuncti, aut cedentis locum ſubſtituit, qui certa ſervitia præſtiterit, & cæteros ſuperet temporis prærogativa. Suffectus autem in locum defuncti poſſeſſionem accipit, & redditus loci ſui Capitularis percipit juxta diuturnam conſuetudinem a die prima menſis Septembris poſt admiſſionem. Morte Franciſci Donati vacavit anno 1743. Locus Capitularis, & admiſſus fuit a Capitulo Franciſcus Antonius Dragoni, qui ſervitii tempore cæteros præcellebat; Cum vero hic abeſſet ab anno 1735., & ignoraretur quo eſſet loco, nullus poſſeſſionem illius nomine accepit, & decem reliqui Capitulares Loci illius redditus jure accreſcendi acceperunt ad annum uſque 1745. quo defuncto Benedicto Pavone, vacavit Locus alter, & duo a Capitulo admiſſi fuerunt, Sacerdos Rogerius Cicchilii in locum Franciſci Donati, & Sacerdos Nicolaus Dragoni in Locum Benedicti Pavone, emiſſa a Nicolao obligatione Locum cedendi Fratri ſuo Franciſco Antonio, ſi quando ipſe Barulum rediret. *Seſ. 24. c. 12 de Ref.*

Recte omnia ſeſe habuerunt ad annum uſque 1748., quo obiit Nicolaus Dragoni: Putans enim Sacerdos Nicolaus Paulilli factum eſſe locum admiſſioni ſuæ poſtulavit a Capitulo, ut ad Locum Capitularem admitteretur, ſed rejectus fuit, negante Capitulo vacationem Loci ob mortem Nicolai Dragone, quia Locus plenus eſſet ab anno 1743., quo defuncto Franciſco Donato, admiſſus fuit Franciſcus Antonius Dragoni, & quia hic aberat, anno 1745. admiſſus fuit ad ſupplendam illius vicem Nicolaus frater miſerationis cauſa ob nimiam Nicolai paupertatem. Non placuit Sacerdoti Nicolao Paulillo hæc rejectio, & proteſtatione emiſſa; preces obtulit Sacro huic Tribunali, poſtulans, ut admitteretur ad Locum vacantem, & cogeretur Capitulum ad præſtandos redditus Loci a die 1. Septembris. Auditus Archiepiſcopus reſpondit ſecundum Nicolaum Paulillum. Cauſa nunc proponitur, & Paulillus diſputat vacaſſe Locum Capitularem morte Franciſci Donati, nec potuiſſe admitti Franciſcum Antonium Dragone abſentem, & ignorantem admiſſionem ſuam, qui numquam declaravit animum ſuum, numquam poſſeſſionem nactus eſt, quique ignoratur, ubi ſit, & an vivat: Et ſi adhuc ſpectanda eſſet admiſſio, cenſendum eſſe Locum illum vacantem, ut cenſuit Capilulum, admiſſione facta Anno 1745. A Capitulo nihil hactenus habuimus. Dubium Cauſæ eſt.

An conſtet de vacatione Loci Capitularis in Priorali Eccleſia S. Sepulchri Barruli per obitum Sacerdotis Nicolai Dragone ſequutum menſe Apr. 1748. itaut factus fuerit Locus admiſſioni Sacerdotis Nicolai Paulillo, haberique idem debeat pro admiſſo uſque a die 1. Sept. ejuſdem anni cum omnibus juribus, et emolumentis in caſu etc

Dilata ad ſequentem.

Seſ. 25. c. 19 de Regul.

TELESINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Poſtulat P. Joachim Magri filius Sebaſtiani, ut auctoritate Sacri hujus Tribunalis in integrum reſtituatur adverſus Profeſſionem, quam anno 1726. emiſit inter Eremitas Ordinis S. Auguſtini Congregationis Coloritanæ. Profeſſionem nullam dicit vi, metuque gravi ei illato a Patre: vim metumque probat novem teſtibus, qui referunt minas, verbera, & mortem parvo tormento bellico indictam a Patre, niſi nomen daret Ordini Religioſo; inopiam anguſtiamque rei familiaris, & numerum filiorum in cauſa fuiſſe, ut Pater ita inhumaniter cum filio ageret: ante Profeſſionem, & ante veſtes Regulares Ordinis ſuſceptas fugam tentaſſe, & proteſtationem emiſiſſe iidem teſtes narrant; unus refert eum fugiſſe, dum erat in probatione; poſt Profeſſionem iterum, immo perpetuo novas emiſiſſe proteſtationes; id ipſum egiſſe antequam Prioris officium, quod ſemel, brevique tempore exercuit, ſuſciperet. Epiſcopus, a quo judicialis proceſſus confectus fuit, & Viſitator Apoſtolicus ejuſdem Congregationis Coloritanæ ab hoc Sacro Tribunali auditi cenſent in integrum reſtituendum eſſe P. Joachim. Dubium eſt.

An ſit locus reſtitutioni in Integrum in caſu &c.

Negative.

Die Sabbathi 6. *Dec.* 1749.

INdulgentia Ampliſſimi Ordinis in ultima Congregatione habita die 22 tranſacti menſis Novembris tres primæ, quas hic ſubiicimus, Cauſæ dilationem habuerunt ad hanc Congregationem: Rogantur itaque Eminentiſſimi Patres, ut ad eas expediendas Folium ejuſdem Congregationis iterum conſulant.

Seſ. 24. c. 1. de ref. Mat.

LISBONEN, MATRIMONII, in qua quæritur.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata ad primam poſt Reges.

Seſ. 23. c. 18 de Ref.

NULLIUS FARFEN. ET S. SALVATORIS MAJORIS SEMINARII, cujus triaſunt Capita.

I. *An, & pro qua quota &c.* Vid. ſupr. fol. 60.

Ad I. Affirmative quoad medietatem. Ad II. Affirmative pro medietate juxta vires hæreditatis. Ad III. Negative.

TRA-

TRANEN. cujus unum eſt Caput. *Seſſ.24.c.12 de Ref.*
An conſtet &c. Vid. ut ſupr. p.64.

Affirmative in omnibus.

CSSANEN. Poſtquam in Congregatione habita die 14. menſis Junii propoſita, & definita fuerunt III. Capita controverſiæ, quæ agebatur inter Promotorem Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis Caſſanenſis, & Presbyteros Cleri Sancti Nicolai Terræ Caſtellucci inferioris, poſtularunt iidem Presbyteri, & obtinuerint *audiri*: contra vero Promotor Fiſcalis poſtulavit, ut duo Dubia adderentur. Data itaque fuerunt omnia Dubia in folio Congregationis habitæ die 23. Auguſti, ſed quoniam Presbyteri renunciationem emiſerant, reſcriptum fuit -- *Non propoſita attenta renunciatione Presbyterorum*. Renunciatio hæc non placuit Promotori Fiſcali, petiitque, ut præfigeretur terminus Presbyteris ad acceptandum in Actis tam Reſolutiones Sac Congregationis editas die 14. Junii, quam Decretum ultimæ viſitationis editum menſe Januarii 1749. ſuper ſervitio per Presbyteros Eccleſiæ Parochiali præſtando. Decretum fuit, ut ad effectum, de quo ſupra, terminus eſſet quadraginta dierum, quo elapſo reproponeretur Cauſa in Sacra Congregatione. Cum igitur lapſus ſit terminus, nihilque actum fuerit a Presbyteris, Cauſa reproponitur, & Eminentiſſimi Patres, repetita lectione folii Congregationis habitæ die 23, Auguſti, tria, quæ ſequuntur, Dubia expedire poterunt. *Seſ.24.c.12 de Ref.*

I. *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis ſub die 14. Junii proxime præteriti?*
II. *An Presbyteri Cleri S. Nicolai Terræ Caſtellucci teneantur quotidie ad publice pſallendum Divinum Officium in Choro juxta Decretum Epiſcopi?* & quatenus affirmative.
III. *An iidem poſſint adſtringi ad illud recitandum ſub pœna punctaturæ.*

Ad I. In deciſis, & amplius. Ad II, & III. Affirmative.

FANEN. SEU SENOGALLJEN. SPONSALIUM. Data primum fuit hæc Cauſa in folio Congregationis habitæ die 5. ſuperioris menſis Julii, ſed dilata fuit ejuſdem propoſitio. Iterum propoſita in Congregatione habita die 2. tranſacti menſis Auguſti definitum fuit primum ex tribus Dubiis, quod erat -- *An conſtet de Sponſalibus?* Reſponſo -- *affirmative, & amplius* Aliis duobus Dubiis reſponſum fuit -- *ad mentem*. Cum vero mens fuerit, ut ab Epiſcopo iterum exploraretur puellæ voluntas, eaque muliebri levitate ad primam redierit voluntatem nomen ſuum dandi Monaſterio, proponuntur nunc duo, quæ ſuperſunt, Dubia, ut ab Eminentiſſimis Patribus definiantur. *Seſ.24.c.1. de ref.mat.*

I. *An ſit locus aſſumptioni Habitus Religioſi, & Profeſſionis reſpective?* & quatenus affirmative.
II. *An ſit locus reſtitutioni munerum in caſu &c.*

Dilata ad ſequentem.

CREMONEN. LAUDI, ET NULLITATIS CENSURARUM. Repetenda eſt ſpecies prima hujus Cauſæ ex folio Congregationis habitæ die 14. Decembris anno 1737., quod in lucem hominum editum fuit *Volum.VIII. Theſ. Reſol. S. Congr. pag.213*. Conſtat ex eo Incolas Glareæ, vulgo *Gerra di Pizzighettone* poſtulaſſe, ut eorum Eccleſia SS. Sebaſtiani, & Rocchi in eodem Burgo Glareæ dudum erecta ſepararetur, & divideretur a Parochiali, & Col- *Seſ.21.c.4. de Ref.*

& Collegiata Ecclesia Matre Sancti Bassiani Oppidi munitissimi Piceleonis, & in novam, atque independentem Parochialem erigeretur. Propositio igitur in Congregatione habita die 2. Januarii sequenti anno 1738. Dubio -- *An sit consulendum Sanctissimo pro Gratia erectionis in Parochialem, & respective dismembrationis in casu &c.* Respondit Sac. Tribunal -- *Negative, & ad mentem* -- ut in eodem *Vol. VIII. Thes. Resol. S. Congr. ann.* 1738. *pag.* 3. Mens autem fuit, ut *Cappellanus* Ecclesiæ SS. Sebastiani, & Rocchi Burgi Glareæ *non amoveatur sine causa approban. per Episcopum, & non teneatur accedere ad Ecclesiam Collegiatam, præterquam in Ecclesia Sabathi Sancti*. Parantibus autem Incolis pugnam instaurare, & novum subire judicium Sacri Tribunalis, Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Bassiani Piceleonis sequenti anno 1739. novum deputavit Ecclesiæ SS Sebastiani, & Rocchi Burgi Glareæ Cappellanum. Cum autem in literis eadem Ecclesia Burgi nuncupata fuisset ab Episcopo *Parochialis*, & Cappellanus Exomide, seu vulgo dicitur *Mozzetta*, qua soli Parochi, uti solent in ea Diœcesi, uteretur, & inconsulto Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Piceleonis, imprimendas curasset schedulas, quæ paschali tempore distribuuntur ad probationem implementi præcepti cognitissimi *Can. omnis utriusque de pœn. & rem.* Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Piceleonis appellavit ad Curiam Metropolitanam, a qua rejecta probe fuit appellatio; ideoque Capitulum rem deferendam esse censuit ad hoc Sacrum Tribunal, & precibus oblatis, rescriptum fuit die 12. Septembris anno 1739. ut fieri solet -- *Episcopo pro Informatione, & Voto, auditis interesse habentibus*.

Post hæc propositum fuit Capitulo, ut controversiæ omnes amice componerentur, utque arbitrium componendarum litium daretur Episcopo. Placuit arbiter Capitulo, placuit Cappellano, & Incolis Burgi Glareæ. Episcopus Arbiter die 8. Julii anno 1740. laudavit, responditque quæstionibus propositis. „ I. Ecclesiam SS. Rocchi, & Sebastiani fuisse, & esse etiam imposterum habendam, denominandam, & nuncupandam Ecclesiam Parochialem. II. Sacerdotem deputatum, & de tempore in tempus deputandum &c. pro exercitio curæ animarum in dicto loco Glareæ &c fuisse, & esse manutenendum in ea possessione, in qua medio etiam ejus antecessorum reperitur, tituli „ *Rectoris, & Curati*, quo semper fuit nominatus, quam usus deferendi „ Exomidem, vulgo *Mozzetta*, in quibuscumque functionibus Parochialibus ad instar aliorum Parochorum titularium, & fuisse, & esse manutenendum in possessione, in qua reperitur exercendi omnes functiones Parochiales, ac distribuendi populo Glareæ schedulas Paschales de per se, & „ independenter. III. Ad occurrendum quibuscumque dissidiis, & scandalis „ non esse admittendam, sed immo denegandam prætensam libertatem Ven. „ Capituli agendi functiones ad libitum in Ecclesia Parochiali Glareæ. „ IV. Prohibendum fuisse, & esse, sicuti expresse prohibemus, cuilibet ex „ Capitularibus, etiamsi per aliquem ex Parochianis Glareæ requisito &c. „ functiones aliquas Parochiales in Ecclesia Glareæ exequi, & peragere absque scientia, & permissu Sacerdotis pro tempore existentis, & deputati „ ad curam animarum in d. loco Glareæ, minusque ad occurrendum iis, quæ „ in perniciem spiritualem cedere possunt, licere &c. nec esse permittendum alicui ex Parochianis Glareæ in Collegiata Piceleonis satisfacere præcepto Paschali. V. Si occasione Funerum, vel Anniversariorum in Loco, „ & Ecclesia Glareæ peragendorum præter Ecclesiasticos, qui eidem Ecclesiæ „ Glareæ actu inserviunt, vel in ea sunt Beneficiati, aut Cappellani, vel „ alicui servitio addicti, sunt invitandi alii Ecclesiastici, semper præferri debeant, & invitari illi de Capitulo Collegiatæ Piceleonis, qui tamen, sicuti alii Cappellani, & Intervenientes, erunt considerandi sine ullo eleemosynæ augumento, & absque eo, quod possint, aut præsumant se ingerere in iis, quæ ad Rectorem Ecclesiæ spectant &c. Et satis esse quod Presbyteri Glareæ Ecclesiæ suæ Parochiali ad præscriptum decretorum Provincialium,

„ cialium, & Synodalium assistant, & inserviant, ne duplici onere graven-
„ tur. VI. Sacerdoti deputato, aut deputando in futurum toties quoties &c.
„ pro cura animarum in Ecclesiæ Glareæ liberum, & facultativum fuisse, ac
„ esse, & etiam esse debere vigore licentiæ, quæ a Nobis, vel a Vicario
„ nostro Generali de more concedi solet, facere, concedere, permittere, &
„ denegare ea omnia, quæ cæteri Parochi Diœcesis nostræ ad præscriptum
„ decretorum Provincialium, & Synodalium peragere, & prohibere pos-
„ sunt &c. quoad licentias laborandi diebus Festis, dispensandi a cibis vetitis
„ tempore Quadragesimæ, ac alium substituendi tempore absentiæ Rectoris
„ deputati pro cura animarum. VII. Annualem oblationem Cerei librarum
„ duarum nomine Ecclesiæ, ac Populi Glareæ omnino esse faciendam festo
„ die S. Bassiani inter Missarum solemnia in Ecclesia Collegiata Piceleonis &c.
„ & prænonito opportune Rectore Ecclesiæ Glareæ, permittendum fuisse, &
„ esse dicti Rectori Piceleonis, seu ejus substituto Sanctissimum Sacramentum
„ Eucharistiæ sumore ab Altari in eadem Ecclesia Glareæ pro deferendo to-
„ ties quoties opus fuerit, Viatico Infirmis.

Laudi hujus ignorantiam allegat Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Piceleonis ad annum usque 1744., quo cum illud resciverit, appellavit, & ad hoc Sacrum Tribunal venit, sed, Episcopo non rescribente, plura evenerunt, & primo cum Incola quidam Burgi Glareæ infantem detulisset ad Collegiatam Ecclesiam Piceleonis Sacro Baptismate lustrandum, jussit Curia Episcopalis, ut e libris nominalibus Ecclesiæ Collegiatæ infantis nomen deleretur, adjecta pœna Canonicis centum aureorum, si futuro tempore idem agerent. Sed, adito Metropolitano Mediolanensi, hic Decretum Episcopalis Audientiæ revocavit. Extat etiam in Burgo Glareæ Oratorium Sodalitii Sanctissimi Crucifixi ad Divi Marcelli, in quo cum actum fuisset solemne sacrum a viro Regulari, quem Sodales advocarunt, Curia Episcopalis inflixit Oratorii suspensionem, quod Cappellanus Ecclesiæ SS. Rocchi, & Sebastiani vocatus non fuisset; inde, revocata suspensione, data fuit lex Sodalibus, ut in Functionibus agendis præferri deberet Cappellanus Ecclesiæ Glareæ. Commovit hæc res Sodales, qui & Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Piceleonis uti verum Parochum recognoverunt, pactaque convenerunt cum eo de functionibus agendis in Oratorio, & appellatione ad Metropolitanum interposita, sententiam Provisionalem obtinuerunt, ut lite pendente, functiones Ecclesiasticæ fiant in Oratorio a Sacerdote, quem Episcopus nominaret. Denique cum superiori anno 1748 Jo: Baptista Borsani, & Carolus Lombardini Mercatores Burgi Glareæ præceptum Paschale impleviſſent in Ecclesia Collegiata Piceleonis, declarati fuerunt a Curia Episcopali excommunicati. Adierunt illi hoc Sacrum Tribunal, a quo, ut moris est, auditus fuit Episcopus, & Causa proponenda erat, sed cum validitas, vel nullitas censurarum pendeat ab alia quæstione, an Laudum Episcopi, de quo late diſſervimus, exequendum sit, & in hac quæstione ageretur de jure Capituli Collegiatæ Ecclesiæ Piceleonis, ideo idem Capitulum ad causam venit, & duo quæ sequuntur, controversiæ capita disputantur, quorum primo Capitulum contendit septem illis capitibus Laudi Episcopi, quæ supra distincte retulimus, eversam fuisse definitionem, responsumque Sacri hujus Tribunalis latum, ut diximus, die 11. Januarii anno 1738., & ideo Laudum Episcopale non esse exequendum. Altero vero Borsanus, & Lombardinius disputant nullas fuisse censuras, & cum Ecclesia Collegiata Piceleonis sit vera, & unica eorum Parochialis ex responso Amplissimorum Patrum, integrum eis fuisse, vel adjutricem Ecclesiam, qualis illa est SS. Rocchi, & Sebastiani Glareæ, vel Parochialem ipsam adire, ut Paschale præceptum implerent, quod ab hoc Sacro Tribunali dudum definitum fuisse dicunt in *Cassanen. Dismembrationis* 22. *Jul. anno* 1741. A Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Cremonensis nihil habuimus. Duo vero Dubia, quæ ab Eminentissimis Patribus definienda sunt, repetita pridem lectione folii Con-

gregationis habitæ die 14. Decembris anno 1737., quod, ut diximus, habetur *Vol. VIII. Thesaur. Resol. S. Congr. p.* 213. sunt.

I. *An liceat Episcopo exequi Laudum diei 8. Julii 1741. super prætensis Juribus Cappellani Curati Ecclesiæ SS. Sebastiani, & Rocchi Glareæ Piceleonis in casu &c.*

II. *An Censuræ latæ contra Jo: Baptistam Borsani, & Carolum Lombardini substineantur in casu &c.*

Dilata, & audiatur novus Episcopus suspensis interim censuris.

Sess. 21. c. 2. de Ref.

LAURETANA PATRIMONIORUM SACRORUM. Cum Ignatius Troili Maceratensis Pompejo Filio Sacrum Patrimonium constituisset in Bonis, quæ ipse possidebat in Territorio Montis Luponis Lauretanæ Diœceseos, Republica Montis Luponis preces obtulit Sacratissimo Principi nostro, quibus significavit Ecclesiasticos, sive terrigenas, sive exteros possidere in Territorio illo Bona, quæ æstimantur sc. 91615. ab oneribus, & pensitationibus omnibus immunia, ideoque nimium quantum excrescere onera Laicorum, in quos distribuuntur, & patiuntur intributiones, & indictiones, a quibus Bona Ecclesiasticorum liberantur. Postulavit igitur ab Optimo Principe, ut cum Ignatius Troili Bona in Territorio Maceratæ possideret, declararetur non licuisse eidem Bona assignare in causam Patrimonii Sacri sita extra Diœcesim Maceratensem. Data fuit postulationis hujus cognitio Amplissimis Patribus, & auditus Episcopus Lauretanus secundum Rempublicam Montis Luponis æquitate ductus respondit. Causa nunc proponitur, & disputat Respublica non substineri assignationem Bononum, quæ sita sunt extra Diœcesim in causam Patrimoniorum Sacrorum, quia jurisdictionem suam Episcopus exerceret in aliena Diœcesi, quæ fuit jurisprudentia, qua ad hanc rem asserendam ductus fuit *Bagnudel. in Biblioth. Jur. Canon. & Civ. vol. 3. §. 13. sub num.* 118. ideoque ad eam fulciendam pluribus in libello suo monstrare nititur Respublica, Episcopum qui ad Saeros Ordines promoveat, aut promovendos censeat eos, quibus assignatum fuit Patrimonium Sacrum ex Bonis sitis extra Diœcesim, Jurisdictionem exercere in aliena Diœcesi, quod jure ei facere non licet, eoque amplius, si assignans Bona habeat intra Diœcesim, ut habet Ignatius Troilus. Duo itaque sunt Causæ Capita ab Eminentissimis Patribus expedienda. A Troilo nondum libellum jurium habuimus.

I. *An Patrimonia Sacra assignata, sive constituta per Promotos ad Sacros Ordines in Bonis sitis in aliena Diœcesi substineatur in casu &c.*

II. *An Patrimonia Sacra assignata per Promotos ad Sacros Ordines in Bonis existentibus in aliena Diœcesi substineantur, quando tempore Ordinationis promoti possidebant bona in propria Diœcesi in casu &c.*

Affirmative ad utrumque, & amplius.

Ss. 22. decr. de Evit. Observin Cel. Miss.

TARVISINA APPLICATIONIS. Testamento, quod condidit die 4. Martii anno 1598. Ciprianus Mocenigo Plebanus Eutici ita dispositum est, uti verbis ipsissimis damus -- „ quanto poi alla mia facoltà de' stabili acquistati del mio, voglio, che siano dati ad un Prete, che dica Messa alla „ mia Chiesa a Godego, qual sia obligato ogni giorno dir Messa al mio Altare de S. Jo: Battista, salvo però giusto impedimento: el qual Prete voglio, „ che sia de 40 anni insuso, altrimente non vaglia l' elezzione, qual debba „ esser fatta per d. Clarissimo Signor Antonio Mocenigo, e dopo di lui dalli „ suoi Figli -- *Addidit inde Testator* -- Ma, perchè sò, che quelli Campi, „ e stabili, che averia questo Prete, sono di valor, però voglio che el medesimo

„ fimo Signor Antonio li poſſa tuor lui, e dar a d. Sacerdoti ducati ottanta
„ moneta all' anno &c. il qual Prete dopo detta Meſſa vadi alla mia Sepoltu-
„ ra, e dica il de Profundis con l' orazione d'un Prete morto -- *Prohibuit,*
„ *ne hic Sacerdos Cappellanus Curatus eſſe Plebani*, e queſto a fine, che il
„ Piovano non ſi ſervi del mio Cappellano per ſuo Cappellan di lui, perchè
„ a queſto modo vi ſarà trè Meſſe, & a quell'altro modo una ſola: *Conſenſum*
„ *præſtitit, ut Sacerdos opem ferret Plebano, adjunxitque demum* -- e ſe
„ queſto Prete ſarà invitato in altra Chieſa per dir Meſſa, voglio che 'l poſſa
„ andar, ma con queſto però, che ſi ricordi di dir l' Orazione ſopradetta con
„ il de Profundis.

Codicillis vero conditis die 8. Martii eodem anno 1598. minuit annuum Sacer-
„ dotis ſtipendium -- Voglio che dove hò detto, che il Cappellano, che ſarà
„ eletto dal mio Commiſſario, abbia Ducati ottanta, ora voglio, che ne ab-
„ bia ſolamente ſeſſanta, & una Caſa con il ſuo Terreno vicina a quella, che
„ habito -- Pervenerunt Bona immobilia Teſtatoris in Antonium Mocenigo, qui ſolvit ſemper Cappellanis annuum ſtipendium Ducatorum octuaginta, cum in hæreditate Teſtatoris non eſſet domus, & ſoli quantitas adnexa: id ipſum geſtum eſt a deſcendentibus, & ſucceſſoribus Antonii; Cappellani autem ab his Patronis electi numquam Sacra applicarunt pro expiatione, remedioque animæ Teſtatoris. Defecit anno 1696. morte Franciſci Mocenigo Linea maſculina Antonii, & latifundium Camporum ſexaginta, quod aſſignatum fuerat pro cautione Cappellanie, juſſu Exmi Magiſtratus *Introitus* deliberatum fuit ob æs alienum Franciſci Mocenigo nobili Viro Franciſco Garzonio, cui nupſerat Maria Mocenigo unica ſuperſtes e Familia Antonii, illudque latifundium Franciſcus Garzonius emit ab haſta Ducatis 1200. cum onere ſolvendi quotannis ſtipendium ducatorum 80. Cappellano Teſtatoris Cappellani autem a Patronis Garzoniæ Gentis, in quam tranſiverat Jus eligendi, nominati numquam & ipſi Sacra pro anima Teſtatoris applicarunt. Defuncto nuper Cappellano, Nobilis Vir Petrus Garzonius Patronus alium elegit, ſed orta dubietate, an Cappellanus teneretur Sacra applicare, idem Vir Nobilis Petrus Garzonius preces obtulit Sacro huic Tribunali, quibus petebat hujus, atque alterius Dubii diſſolutionem. Auditus Epiſcopus reſpondit verius videri, ut Cappellanus ad applicationem non teneatur.

Idem diſputat Garzonius, quod Teſtator Sacra agi juſſerit, non vero Sacra applicari; *dica Meſſa alla mia Chieſa di Godego, qual ſia obligato ogni giorno dir Meſſa al mio Altare di San Jo. Battiſta*: longam eſſe differentiam, ut tradunt uno ore DD., inter celebrationem; & applicationem Sacrorum: Cum de applicatione nihil dixerit, cenſendum eſſe noluiſſe eum hoc onus imponere Cappellano, quæ perpetua eſt Sacri hujus Tribunalis ſententia, ut *in Romana Applicationis* 8. *Februarii* 1710 *in Mantuana Applicationis Sacrificii* 19. *Novembris* 1718. *in Camerinen. Celebrationis Miſſarum* 18. *Aprilis* 1722. *in Novarien.* 22. *Novembris* 1727. *in Ferrarien. Applicationis* 11. *Junii* 1729. atque alibi ſæpiſſime, Eoque amplius, cum adſint conjecturæ voluntatis Teſtatoris, qualis illa eſt educta ex ratione, & cauſa vetandi, ne Sacerdos officium Cappellani Curati Plabani ullo umquam tempore exercere poſſet - *perche a queſto modo vi ſarà tre Meſſe, & a quell' altro modo una ſola* - quibus verbis, & qua ratione dignoſcitur Teſtatorem Eccleſiæ cultum, & commoda Populi præ oculis habuiſſe tantum, non applicationem Sacrificii, ut tradit *Amoſtaz. de Cauſ. Piiſ. lib. 2. cap. 3. n. 46*, & Sacrum hoc Tribunal *in Tricaſtinen. Applicationis Sacrificii* 8. *Auguſti* 1711.; *& in d. Ferrarien.* 11. *Junii* 1729 Id ipſum educi e manifeſta diſcretiva oratione Teſtatoris, qui, ubi voluit applicationem, eam expreſſit aperte alia parte Teſtamenti -- *Alli preti di queſta Terra ſia data la ſua elemoſyna conſueta, facendomi dire delle Meſſe per l' anima mia* -- Ac denique voluntatis Interpretationem haberi tum ex conſuetudine, numquam enim Cappellani Sacra pro anima Teſtatoris applicarunt, tum ex tenuitate ſtipendii, quod non reſpondet tot oneribus a Teſta-

tore datis Cappellano, quæ nos supra retulimus. Quod, si adhuc Amplissimi Patres censerent Sacra a Cappellano esse applicanda, disputat Garzonius non esse damnandum ad ullam solutionem ex causa omissæ hactenus applicationis Sacrorum, tum quia ipse luere pœnam non debet culpæ Cappellanorum, tum quia ipse possidet latinfundium Testatoris, uti tertius emptor ab hasta. Duo itaque sunt Causæ Capita.

I. *An Cappellanus teneatur ad applicationem Sacrificii in casu &c.* Et quatenus Affirmativè,

II. *An pro omissa in præteritum applicatione Orator teneatur ad aliquam solutionem, vel satisfactionem in casu &c.*

Ad I. Affirmativè. Ad II. Provisum in primo.

Sess.24.c.12 de Ref.

MARIANEN, ERECTIONIS COLLEGIATÆ: Preces obtulerunt Clerus, & Populus *Speluncati* Sacratissimo Principi nostro, ut Plebana Ecclesia illius Oppidi, quæ Divo Michaeli Archangelo dicata est, quæque ampla satis, & ædificio decora, suppressa etiam altera ejusdem Oppidi Parochiali Ecclesia inscripta S. Catharinæ, in Collegiatam erigeretur, in qua essent duæ Dignitates, Archipresbyteratus nempe, & Præpositura, octo Canonicatus, & quatuos Beneficia, seu Mansionariæ, idque ex Bonis, annuisque redditibus utriusque Ecclesiæ Plebanæ scilicet, & Parochialis supprimendæ, Ne aliquid tamen detrimenti capiat ex hac Parochialis suppressione Cura animarum, onus additum volverunt Collegiatæ erigendæ retinendi Sacerdotem, qui *sub Curati* munere fungatur, & opem ferat, præstoque sit in exercitio Curæ Animarum Archipresbytero: Addebant Ædituum, sive Sacristam, & Ludimagistrum. Quæ ad Collegiatæ erectionem rebuiruntur præsto sunt omnia: Ipsa Oppidi Universitas Sacra suppellectili novam Collegiatam instruere, si opus sit, & impensas Literarum erectionis sua pecunia exequi parata est: Sacerdotes ii, qui Canonicatus, & Beneficia erigenda sibi dari postulant, Chori & Ecclesiæ servitium promittunt, donec Parochi superstites sint, annuosque redditus novæ Collegiatæ applicandos percipiant; neve interim servitium negligatur, conferunt sc.200. ut, exacto anno, ratione præstiti servitii distribuantur loco distributionum quotidianarum: Redditus utriusque Parochialis satis esse dicunt Collegiatæ erigendæ, nam summam annuam sc. 850 50. eos constituere Periti retulerunt, itaut demptis sc.20. pro Ædituo, sive Sacrista, totidem pro Ludimagistro, qui Pueros Grammaticam doceat, sc.25. pro Subcurato, ac denique sc.30. pro Sacrario, superstint sc.755. 50. quorum sc. 55. 98. singulis Canonicis, sc.27. 99. singulis Beneficiariis, sc. 71. 75. Præposito, & demum sc.111. 98. Archipresbytero assignari possint.

Novæ hujus Collegiatæ erectioni sese contradictorem præstitit Episcopus, qui, datis Literis ad Apostolicam Datariam, plura congessit, quibus Principem optimum ab hac erectione retrahere conabatur, quod *Speluncatum* non sit Oppidum illustre, quod tenuis sit terrigenarum numerus, quod utriusque Parochialis redditus non ii sint, quos Clerus, & Populus asserunt, & ideo tenuem esse dotem futuræ Collegiatæ, quod tenue item sit, quod Subcurao, & Archipresbytero assignatur, stipendium. Addebat a Jure deviam esse eam conditionem, quam adnici postulant in erectione Collegiatæ, ut nempe solis Clericis Speluncato oriundis Dignitates, Canonicatus, Beneficia dentur: hinc esse, ut Sacerdotes vicini Loci, quem dicunt *Le Ville*, huic erectioni resistant, ne vetitus iis sit concursus ad eas Parochiales in casu vacationis. Causæ hujus cognitionem R. P. D. Datarius Sacro huic Tribunali mandavit: Clerus autem, & Populus Libello Jurium, quem dederunt, monstrant, septem, quæ ad erectionem Collegiatæ necessaria sunt, requisita, adesse in hac specie, tum iis respondet, quæ congesta sunt ab Episcopo in Epistolis. Satis consultum

dicunt

dicunt annuo ſtipendio Subcurati ſc. 25. cum in illa Regione ſolitum ſtipendium ſit ſc. 16. redditus annuos Archipresbyteri in ſc. 111. 98. congruam excedere: nihil proponi ab Epiſcopo, unde probetur minores eſſe redditus utriuſque Eccleſiæ ſumma illa, quam ſupradiximus: Peritos exteros eſſe, & integerrimos: quod, ſi etiam minores eſſent redditus, poſſent Canonicatus, aut Beneficia diminui, non vero Collegiatæ erectionem præpediri, cum plures ſint Collegiatæ Sacri hujus Tribunalis auctoritate erectæ, quæ longe minores redditus habent, & ſex tantum Canonicatibus componuntur: Conditionem, quam Epiſcopus exagitat, Juri contrariam non eſſe, & tamen, ut ea adimatur, & ſub cenſura Juris relinquatur, Clerus, & Populus non repugnant: non probari oppoſitionem Sacerdotum vicini Loci *le Ville*, quibus nullum infertur detrimentum, ſi conditio illa deleatur: Cætera nullo numero habenda eſſe, cum, ſi peteretur erectio Collegiatæ *inſignis*, aliquid diceret Epiſcopus, nihil ſunt, quia petitur erectio *ſimplicis* Collegiatæ. Videant itaque Eminentiſſimi Patres, qua juris ratione expediendum ſit Dubium.

An ſit locus erectioni Plebanæ Eccleſiæ Sancti Michaelis Archangeli Terræ Speluncati in Collegiatam in caſu &c.

Affirmativè juxta modum ab Eminentiſſimo Præfecto declarandum.

Die Sabbathi 20. Decemb. 1749.

FANEN. SEU SENOGALLIEN. SPONSALIUM: Cauſa hæc, Ferrio poſtulante, definita non fuit in ultima Congregatione habita die 6. hujus menſis, dilatione indulgente Sacro Tribunali ad hanc Congregationem: Poterunt igitur Emi Patres Folium ultimæ Congregat. iterum conſulere, ut duo, quæ ſequuntur, Capita expediant. *Seſſ. 24. c. 12. de Ref. Matr.*

I. *An ſit locus aſſumptioni Habitus Religioſi, & Profeſſioni reſpectivè?* Et quatenus Affirmativè.

II. *An ſit locus reſtitutioni Munerum in caſu &c.*

Dilata, & ad mentem.

BURGI SANCTI DONNINI PAROCHIALIS. Imperio Ampliſſimorum Patrum hæc Cauſa proponitur, qui in Congregatione habita die 22. tranſacti menſis Novembris reſcripſerunt - *Dilata, & proponatur omnino in prima poſt proximam* - Ad repetendam igitur ejus ſpeciem opportunum erit legere iterum Folium Congregationis habitæ die 13. Septembris, in quo primum data fuit. Unum illius Caput eſt. *Ss. 24. c. 18. de Ref.*

An conſtet de mala relatione Examinatorum, & irrationabili Judicio Epiſcopi in caſu &c.

Negativè.

CEPHALUDEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Species hujus Cauſe data fuit in Folio Congregationis habitæ die 11. Maii ſuperioris anni 1748., quod in lucem hominum editum fuit *Vol. XVII. Theſ. Reſol. Sac. Congreg. pag.* 41. Reſcripſit ea die Sacrum Tribunal - *Dilata, & proponatur Cauſa citatis omnibus intereſſe habentibus ad formam Conſtitutionis Sanctiſſimi Domini Noſtri* - Ut hoc reſcriptum impleret Fr. Salvator a Petralia *Ss. 25. c. 19. de Regul.*

in

in Jus vocavit Vincentium Patrem, & ad augendas probationes metus ab eodem Patre illati alios lex Teſtes adjungit: Poterunt igitur Emi patres, repetita lectione Folii dictæ Congregationis diei 11. Maii 1748., idem Dubium nunc definire.

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Negativè, & ampliùs.

Ss. 22. c. 6. de ref.

IMOLEN. SUBSIDII DOTALIS: Teſtamento, quod condidit anno 1702. Matthæus Bartolaccius Manſionarius Cathedralis Eccleſiæ S. Caſſiani Civitatis Imolæ, hæredem fiduciariam ſcripſit Menſam, & Congregationem Manſionariorum ejuſdem Cathedralis, juſſitque, ut, ſolutis annis Legatis eodem Teſtamento relictis, redditus, qui ſupereſſent, ubi ſummam ſc. 200. complerent, in Æde Sacra ejuſdem Civitatis deponerentur, atque inde, propoſitis Editis, erogarentur „ in Opera pia di un ſuſſidio dotale da darſi ad una „ Zitella da Monacarſi in uno de' Monaſterj, o Conventi di queſta Città „ d' Imola, & anche fuori di eſſa eretti, o da erigerſi, che abbia i requiſiti, „ che più abaſſo ſi diranno, & a quella Zitella, che ne ſarà ſtimata più meri„ tevole dalla detta mia Congregazione, & Eredi fiduciarii. Numeratis „ inde, quas volebat, Puellarum qualitatibus, addidit Teſtator. E detto ſuſ„ ſidio Dotale voglio, che ſi dii in perpetuo, e finche durerà il Mondo, „ ogni qual volta ſolamente però ſarà fatto il cumolo, & effettivo depoſito „ delli ſcudi 200., e che non ſi poſſa antecipare le nomine, ma ſolamente far „ le medeſime nel tempo ſudetto - Epiſcopum denique Imolenſem interpretandæ voluntatis ſuæ Arbitrum, & Operis pii Protectorem elegit, cujus prudentiæ quæſtiones omnes, & controverſias, quæ oriri poſſent, definiendas reliquit.

Codicillis vero conditis anno 1805. Teſtamentariam diſpoſitionem paullum mutavit Teſtator: Ait enim „ intendo, e voglio, che detto ſuſſidio, o li„ moſina dotale ſia di quella quantità neceſſaria, per eſſere accettata detta „ Zitella in qualſivoglia Monaſtero tanto di queſta Città d' Imola, come ſuo„ ri, purche detta limoſina dotale non ecceda la ſomma, e quantità di ſeu„ di 450. &c. e quando ſará fatto il cumulo delli prenominati ſc. 450., ſará „ incombenza di detto Sig. Economo notificare con ſcrittura publica d' affi„ gerſi alli luoghi ſoliti della Città alli Pretendenti del ſuſſidio dotale, che „ qui abbaſſo dirò. Voluit autem inſerius, ut dotale ſubſidium alternis vicibus erogeri deberet in dotem Spiritualem Puellarum primo ex Familiis Ordinis Senatorii Civitatis Imolæ, inde earum, quæ ex honeſtis, & Civicæ conditionis Parentibus ortæ eſſent, atque has inter, eas voluit præferri, quæ „ ſaranno parenti in primo, o in ſecondo grado di conſanguinità di linea „ maſcolina di ciaſcun Manſionario &c. & occorrendo, che le ſudette Zitel„ le Parenti de' Manſionarii, ottenute le nomine per qualbvoglia caſo, ri„ trovaſſero oſtacolo, e difficoltá nell' eſſere accettate in qualſivoglia Mona„ ſtero, intendo, e voglio che poſſino, e debbino avere ſc. 200., che ſervi„ ranno per Dote, preſentandoſi l' occaſione di maritarſi, da conſeguirſi ſo„ lamente „ quando ſaranno ſtate ſpoſate in faciem Eccleſiæ.

Hæc fuit Bartolaccii diſpoſitio: Menſe Januario hujus anni Regina Maria Aſcani filia fratris Gregorii Aſcani Manſionarii Cathedralis preces obtulit Congregationi Manſionariorum, quibus petebat, ut ad Dotale ſubſidium admitteretur - *ad effetto di maritarſi* - truſtraque negante, & proteſtationem emittente Gaſpare Paſchale Marocchio Manſionario, obtinuit, quod petebat omnibus ſuffragiis Manſionariorum. Rem detulit ad Epiſcopum Imolenſem Joannes Baptiſta Marocchi Manſionartorum Decanus, qui ſe adjunxerat Gaſpari

ſpari Paſchali Marocchio, Regina Maria Aſcani confugit ad Sagratiſſimum Principum Noſtrum, precibuſque oblatis, poſtulavit *ſanationem* nominationis, & ab Optimo Principe data fuit poſtulationis hujus cognitio Ampliſſimis Patribus. Datæ fuerunt hac de re litteræ, ut fieri ſolet, ad Epiſcopum, ſed eas retinuit Regina, mutato enim conſilio, ut declinaret judicium Epiſcopi, uſa eſt indulgentia celeberrime *leg. unicæ Cod. Quand. Imper.*, & Cauſa delata fuit ad Tribunal A. C., cujus ſententia definitum eſt nullam fuiſſe Reginæ nominationem. Sententiam hanc Manſionarii acceptarunt; non tamen animo cecidit Regina, rediitque ad primam ſanationis poſtulationem: Reddidit Epiſcopo Litteras Sacri hujus Tribunalis. Reſpondit Epiſcopus, animique ſui ſententiam contra Reginam ſignificavit.

Cauſa nunc proponitur, & ſenationem, quam regina poſtulat ab hoc Sacro Tribunali, non eſſe concedendam diſputant Marocchii, quod oommutationes ultimarum voluntatum nonniſi ex juxta, & neceſſaria cauſa fieri debeant, præſertim, ſi ex commutatione iniqua alteri donditio inferrerut: neceſſariam eſſe commutationem voluntatis Bartolacci, ut ſanationi ſit locus; voluit enim ille, ut dotale ſubſidium præſtaretur Puellis, quæ Monaſterio nomen darent, non quæ nuberent in ſæculo: Conſanguineis vero Manſionariorum, ſi nuberent, præſtare voluit, quando *ritrovaſſero oſtacolo, e difficoltà nell' eſſere accettate in qualſivoglia Monaſtero*: hoc non monſtrari a Regina, quæ poſtulavit ſubſidium, ut nuberet, longam eſſe differentiam inter utrumque caſum, neque legatum relictum in caſu ingreſſus in Monaſterium præſtandum eſſe in caſu nuptiarum carnalium *Duran. de condit, & Mod. impoſſ. cap. 3. n. 40., & ſeqq. Ciarlin. controver. for. cap. 218. n. 52.* atque hanc eſſe perpetuam Sacri hujus Tribunalis ſententiam monuit *Monacell. Formul. Legal. tit. 10. lib. 1. n. 9.* Cum igitur plures ſint Civicæ, honeſtæque conditionis Puellæ, quæ nomen in Religioſis Domibus profiteri cupiunt, nec poſſunt auguſtia rei familiaris, iniquum videri hanc ſanationem in earum detrimentum concedere. A Regina nihil habuimus: Dubium eſt. *Seſſ. 25. c. 19. de Regul.*

An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro ſanatione Nominationis in caſu &c.

Dilata ad primum poſt Reges.

LISBONEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Ut Filiam, quam maximo proſequebantur amore, aſſe toto haberent hæredem Bernardus Pereira de Souſa, & Auguſtina Ferreria Conjuges conſilium injerunt Joannem filium in Monaſterium aliquod adigendi. Primo itaque eum precibus importunis adorti ſunt, ſed, cum nihil proficerent, ad minas venerunt. Filius, ut Parentum conſilia eluderet, militiæ adſcribi curavit, impedimenta tamen ita præſtitit Pater, ut nihil actum fuerit. Edixit inde Filio Pater, vellet nollet Religioſo alicui Ordini nomen daret: detrectantem filium in interiori Domus cubiculo clauſi, ubi modico cibo miſerrimam ageret vitam. Mater etiam utſpecie Pietatis graviorem timorem inferret, filium monuit, ut Patri morem gereret, ſecus in Indias translatus fuiſſet, in quas perditiſſimi quique deportari ſolent. Victus tot malis Joannes Monaſterium ſe ingreſſurum promiſit: ſed eductus e domeſtico carcere ad Conſanguineos ivit, quorum opera matrimonium aliquod inire ſtuduit; id ubi reſcivit Pater, hoc quoque diffugium præcluſit. Cum itaque nulla amplius ſpes eſſet fraudandi conſilia Parentum, Joannes in Monaſterio S. Mariæ Gratiarum Ordinis Calceatorum S. Auguſtini Uliſſipone Veſtes Religioſas accepit, certioribus pridem factis amicis de vi, metuque a Parentibus illato, deque animo reclamandi quocumque poſſet tempore. Anno Probationis, curante Patre, arcta cuſtodia detentus fuit, ut nullus homo eum alloqui poſſet; ſi qui vero eum una cum Matre convenerunt, animum ejus a Statu Monaſtico adverſum, Patriſque minas, vim metumque illatum audiverunt. Exacto Probationis Anno, Profeſſionem emi-

emiſit, ſed eadem die Teſti declaravit ſe aut fugam arrepturum, aut, quo primum poſſet tempore, nihil intactum relicturum, ut Ordinis Veſtes dimitteret: id ipſum pluries inde declaravit, & præſertim die, qua ad Sacerdotium promotus fuit, & primum Sacrum fecit.

Venit demum dies ultima Paternæ vitæ, quo tempore veræ voces ab imo pectore eiciuntur, eripiturque perſona, & tenebræ diffugiunt. Sera Pater ductus pœnitentia veniam peccati petiit a filio, quam Filius Chriſtiane quidem dedit ſed emiſſa proteſtatione, ut quam primum poſſet, querelam nullitatis ſuæ Profeſſionis proponere volebat: quod tamen exequi non potuit, præpeditus a Matre, a Leviro, a Regularibus, qui eum in longinqua, diſſitaque Monaſteria tranſtulerunt, ab inopia demum pecuniæ, ſine qua Cauſa agi non poterat. Tandem Mater morbo tacta, & conſcientia admiſſi criminis ducta reſipuit, & hinc poteſtas facta fuit P. Joanni querelam proponendi. Preces obtulit Sacratiſſimo Principi, ut in Integrum reſtitueretur. Data poſtulationis hujus cognitione Ampliſsimis Patribus, mandata fuit Juriſdictio Eminentiſsimo Patriarchæ, ut Proceſſus Judicialis conficeretur, utque animi ſui ſententiam aperiret. Omnibus impletis, reſpondit Eminentiſsimus Patriarcha, & rationibus, ac probationibus hinc inde allatis cenſet demum *per ſubſequentes actus revalidatam eſſe Profeſſionem, ſi forte aliquid nullitatis habuerit, minimeque locum eſſe reſtitutioni in integrum pro lapſu quinquennii*. Hæc Eminentiſsimus Patriarcha: Cauſa nunc proponitur, & P. Joannes vim, metumque ei illatum pluribus Teſtibus comprobat, rationibus Emi Patriarchæ reſpondet, monſtratque ratihabitam dici non poſſe Profeſsionem tempore, nec purgatum vitium. A *Defenſore Profeſſionis* nondum libellum Jurium habuimus. Cauſæ Caput expediendum eſt.

An ſit locus reſtitutioni in caſu &c.

Negativè, & amplius.

Ss. 22. c.8. de Ref.

ROMANA SEU JANUEN. LEGATI: Obtinuit Franciſcus Juſtiniani Raphaelis Filius ex Juſtinianorum Chienſium Familia editus a Sacratiſſimo Principe noſtro Militare Officium *di Alfiere ſopranumerario nella Piazza, e Preſidio di Civitavecchia*, eique eodem tempore ceſſavit annua præſtatio ſcudi 120., quæ ſtudiorum cauſa accipiebat ex legato Silvani Juſtiniani. Cum igitur ſtipendium militare non recipiat ab ærario Principis, Pater inops ſit, impenſæ neceſſariæ ad omnia paranda, & ſe alere debeat, preces obtulit eidem Sacratiſſimo Principi Noſtro, quibus poſtulabat præſtationem menſtruorum ſc. 25. iis debitam ex Teſtamento, & cognitiſſimo Multiplico Marchionis Vincentii Juſtiniani, qui Sacramentum militare præſtiterunt. Data fuit ab Optimo Principe Emis Patribus de hac poſtulatione cognitio, & die 5. tranſacti menſis Septembris decretum fuit, *ut per modum Proviſionis, & ſine præjudicio Jurium partium aſſignarentur prædicto Franciſco Inſtanti ſc. 5. quolibet menſe incipien. a die 1. Septembris; In reliqui vero remiſſa fuit inſtantia ad Sac. Congregationem*. Cauſa nunc proponitur, & poſtulat Franciſcus menſtruum legatum ſc. 25. ex diſpoſitione Vincentii Juſtiniani, poſtulat ut ab Eminentiſſimis Patribus decernatur aliqua pecuniarum ſubminiſtratio, ut primas, quas facere debet, impenſas ſubire poſsit, poſtulationis fundus eſt in verbis „ Teſtamenti Vincentii -- Pare anche occaſione onorata mantenere Giovani „ robuſti, e coraggioſi nell' eſercizio militare, li quali ſi eſercirano nelle „ Guerre, nelle quali ſi eſercitano atti di oſtilità, a fazzioni contro Eretici, „ & Infedeli tanto in terra, quanto per mare, ma che non ſtiino ſolamente „ in Guarnigione, acciocchè imparino il meſtiere, con darli ſcudi 25. il meſe „ di ajuto di coſta --

Contradictores ſeſe huic præſtant poſtulationi Gubernatores Familiæ Juſtinianæ, qui diſputant nullum ex his verbis Jus eſſe poſſe Franciſco, quia non

ſint

sint dispositiva, sed mere demonstrativa consilii Testatoris, ut patere ajunt ex verbis, quæ paulo post adjecta sunt: „ Io dico solo per ricordo, rimettendo- „ mi alla prudenza delli Signori della Congregazione della Famiglia Giusti- „ niani, li quali secondo la varietà de tempi, e la necessità delle varie occa- „ sioni si potranno governare, e risolvere in sovvenire alle persone più biso- „ gnose della Famiglia, & altro che gli parerà a proposito. Arbitrio vero locum non esse, quia deductis annuis præstationibus aliorum Justinianorum, nihil, aut pene nihil superfit fructuum, qui multiplicari possint, ut ex redditione rationis; Eoque amplius, quia Francisco resistat voluntas Testatoris, qui ait -- *Ma che non stiano solamente in Guarnigione* -- ut fit a Francisco, qui est *Alfiere sopranumerario nella Piazza, e Presidio di Civitavecchia*, & consequenter ad rem non pertinere exemplum neque Clericalis Militiæ, de qua idem Testator, quia Franciscus secularem amplexus est, neque Sebastiani Justiniani, cui menstrua sc. 20. præstantur, quia hic in procinctu semper est, non Stationarius, cum Dux sit cymbæ contra Turcas Piratas instructæ: Satis esse igitur Francisco menstrua scut. 5. ei debita, uti descendenti ex Chiensi Justinianei Generis.

Contra Franciscus: Verba Testamenti licet non dispositiva, sed demonstrativa desiderii, & consilii Testatoris jus dare ex mente, & voluntate, non ex verborum forma, ut eleganter *Gloss. in l. fideicommissa §. hæc Verba ff. de leg. 3. Castrens. in l. cum Pater 79. §. Mando filiæ meæ n. 4. ff. de leg 2. aliisque allatis Peregrin. de fideic. artic. 1. n. 46.* non resistere hoc casu voluntatem Vincentii, quia ipse non sit Stationarius, sed excurrat contra Piratas Turcas, & ideo convenire exemplum Sebastiani Justiniani, cui menstrua sc 20. præstantur, quia stipendium accipit ab ærario. Denique saltem sc. 100 præstanda esse ex causa primarum impensarum, quæ fieri debent. Hæc Franciscus. Onus erit Amplissimorum Patrum, omnibus perpensis, duo Causæ Dubia expedire.

I. An, & *a quo tempore sit locus præstationi Legati scutorum 25. in casu &c.*

II. An, & *quæ summa subministranda sit pro primis expensis in casu &c.*

Ad I. Negativè, Ad II. Provisum in primo.

MELEVITANA CANONICATUS PÆNITENTIARII: Ut Divinum Cultum, & Insignis Collegiatæ Ecclesiæ, quæ in Insula Gaulos est, decus augeret, Populique utilitati prospiceret, pia Mulier Theresia de Bono Canonicatum Pœnitentiarum in eadem Collegiata Ecclesia anno 1737. bonis suis fundavit, ea lege, ut, qui Canonicus Pœnitentiarius nominaretur, actu esset Sacerdos, & Doctor Sacræ Theologiæ, aut Juris Canonici. Jus nominandi dedit Sacerdoti Michaeli Falson Camilleri, eoque defuncto, substituit Canonicum Joannem Stellini, quibus jus dedit nominandi, quem vellent, licet actu Sacerdos non esset, & nominationem contulit in annum duodecimum post mortem ipsius Fundatricis. Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ consensum præstitit, Episcopus fundationem authoritate sua confirmavit; sed hæc Canonicatus Pœnitentiarii fundatio excitavit Canonicum Pœniteutiarum Cathedralis Ecclesiæ Melevitanæ, qui juribus suis aliquid detractum iri reputans erectione hujus Canonicatus, adiit hoc Sacrum Tribunal, dicens erectionem Canonicatus Pœnitentiarii locum dumtaxat habere in Ecclesiis Cathedralibus, non in Collegiatis, ut ab hac Sacra Congregatione definitum fuisse refertur *Garz. de Benef par. 5. cap. 4. n. 110. & seqq. Barbos. ad Concil. Trid. Sess. 24. de Ref. cap. 8. num. 4. Ventrigl. in Prax. Vol. 2. Annot 12. §. 2. n. 2.* Auditus Episcopus contra Canonicum Pœnitentiarum Cathedralis respondit. *Ss. 24. c. 8. de ref.*

Gesta hæc fuerunt anno 1739., neque Causa acta fuit, cum nondum fluxissent anni duodecim a morte piæ Mulieris fundatricis. Cum jam duodecimus annus

immineret, Canonicus Joannes Stellini, ad quem ſpectat jus nominandi, primum Canonicum, ob mortem Sacerdotis Michaelis Falſon Camileri poſtulavit ab Eminentiſſimis Patribus, ut præfigeretur Joſepho Ginneſio Aquilino Canonico Pœnitentiario Cathedralis Eccleſiæ Melevitanæ terminus ad jura ſua deducenda. Iterum auditus fuit Epiſcopus, qui in eadem fuit ſententia, qua fuerat anno 1739., & Benedictum Stellini ad novum Canonicatum Pœnitentiarum nominatum a Canonico Joanne Stellini laudat, & qualitatibus omnibus, quas voluit Fundatrix, præditum dicit. Nunc igitur Cauſa proponitur, & nihil proponi a Canonico Pœnitentiario Cathedralis Eccleſiæ Melevitanæ, cur Canonicatus Pœnitentiarii erectio in Eccleſia Collegiata Inſulæ Gaulos non ſit ſubſtinenda, diſputat Canonicus Stellini, nam, quæ ex diſpoſitione Sac. Concilii, & definitione Sac. hujus Tribunalis dudum obiciebantur, in æquivoco verſari ait: Locum enim iis eſſe, ubi Epiſcopus velit in Collegiata Eccleſia Præbenda primo vacatura juxta Tridentini decretum Canonicatum Pœnitentiarum erigere, longe ſecus eſſe in caſu noſtro, in quo non Epiſcopus Præbenda primo vacatura, ſed pia mulier bonis ſuis Canonicatum Pœnitentiarium fundavit, ſcitum namque, perſpectunque omnibus eſſe, poſſe Fundatores eas leges adiicere, quas velint etiam juri adverſas, dummodo turpes, & bonis moribus non ſint contrariæ. A Canonico Pœnitentiario Cathedralis nihil habuimus: Dubium eſt.

An erectio Canonicatus ſubſtineatur in caſu &c.

Affirmativè.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Profeſſionem emiſiſſe apud Patres Carmelitas Excalceatos, vi, metuque a Patre illato, utque ex Arce Bajana, in qua eum Pater detinebat; evaderet. precibus oblatis narravit Sacratiſſimo Principi Noſtro Fr. Romualdus a S. Joſepho, qui pridem nuncupabatur Nicolaus Athanaſius, & in integrum reſtitui poſtulavit. Mandata fuit ab hoc Sacro Tribunali juriſdictio Eminentiſſimo Archiepiſcopo Neapolis, ut ſervata forma Conſtitutionis Sanctiſſimi Domini Noſtri. Proceſſus Judicialis fieret. Omnibus impletis, cauſa proponitur, & Pater provincialis Ordinis ita rem narrat, Andream Athanaſium tabernæ ſuæ vinariæ Nicolaum filium præpoſuiſſe; peſſimè tamen ab eo adminiſtratam fuiſſe perdita libidinibus pecunia omni, ut pluries lue venerea inquinatus fuerit, & fœminæ cujuſdam cauſa graviter vulneratus: Hinc Patris in eum ira, atque indignatio. Cum filius non reſipiſceret, & fœninam illam, quam deperibat, uxorem ducere vollet, domo eum Pater ejecit. Rerum omnium inops Nicolaus ad Patres Camaldulenſes confugit, ſed brevi paternam domum reviſit. Noluit Pater hujus ingenii filium recipere, ideoque preſſus inopia ivit ad Carmelitas. Veſtibus Ordinis ſuſceptis, cum tempus inſtaret Profeſſionis emittendæ, proteſtationem in actis emiſit, qua declarabat vi, metuque id fieri ab eo, ejuſque animum a ſtatu Religioſo averſum. Profeſſione inter Laicos emiſſa die 23. Januarii anno 1726. nomine tantum, non re, & moribus Regularem fuiſſe, non enim eum puduit mercaturam exercere, vectigalia, & Publicanos fraudare, varii generis merces publice emens, & vedens. Pluries eum corripuerunt Præfecti Monaſterio, officioque Literarii privarunt, ne vagandi facultatem haberet. Egre id tulit Romualdus, & ut priſtinam libertatem reciperet, veniam poſtulavit ab Optimo Principe noſtro permanendi extra Clauſtra valetudinis recuperandæ cauſa. Veniam obtinuit, ſed arbitrio P. Generalis. Timens autem, ne falſa, quæ narraverat, detegerentur, preces obtulit Sac. Congregationi Epiſcoporum, & Regularium a qua audito Nuncio Pon-

Seſ. 25. c. 19 de Ref.

Pontificio, rejectus fuit; Tunc primum cepisse Fr. Romualdum in dubium revocare Professionem suam, nam adactus a P. Provinciali, ut bonorum, pecuniæque, quam congesserat, daret rationes, fuga se subtraxit, & huc illuc vagando preces obtulit, quibus nullam dicebat Professionem. His narratis, disputat P. Provincialis non probari vim metumque a Patre illatum, protestationem falsam esse, neque esse spectandam, si quid vitii inesse potuerit professioni, purgatum inde fuisse, eamque revalidatam. Quid contra Fr. Romualdus proponat ignoramus, libellum enim jurium nondum habuimus. Dubium est.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata, & scribat Defensor Professionis.

NARRNIEN. ERECTIONIS CANONICATUS: Mutato consilio fundandi Cappellaniam: quam voluerat testamento condito die 1. Decembris anno 1741. pia mulier Constantia Metelli Ocriculana die 23. ejusdem mensis, donationem fecit bonorum omnium suorum ad augendum cultum erga S Josephum a Lionissa, voluitque, ut ex fructibus sui Patrimonii Capella, seu Altare in ejus honorem extrueretur „ Della proprietà poi de suoi capitali, e de „ beni dótali se ne debba erigere un Canonicato nell' insigne Collegiata „ d' Otricoli &c. in caso poi che all' infrascritto suo esecutore non paresse sufficiente l' asse ereditario per l' erezzione di d. Canonicato, in tal caso sia a „ suo arbitrio di erigere una Cappellania amovibile ad nutum in d. Cappella „ da erigersi come sopra, al quale effetto da tutta la facoltà, autorità, & arbitrio ad sudetto, & infrascritto esecutore, acciò possa venire all' atto della erezzione, o fondazione del suddetto Canonicato, o Cappellania con quell' „ obligbi, pesi, ed onori, come meglio ad esso parerà, e piacerà, rimettendo il tutto al suo giudizio, arbitrio, e prudenza - Exequutionem nominavit Alexandrum Cephalassi, primumque Canonicum, aut Cappellanum Fulgentium Natalitii. Testamento autem altero voluntatem hanc suam de Canonicatu erigendo, & donationem bonorum confirmavit. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

Morte obita a Testatrice anno 1742., bonorum administrationem accepit Exequtor Cephalassius, qui pluries monitus ab Episcopo, ut administrationis rationem redderet, & voluntatem Constantiæ impleret, tandem rationes edidit, facta tamen præcedenter erectione non Canonicatus, sed Cappellaniæ his verbis „ Appropria tutti li beni ereditarj presenti &c. per erigere come di sua „ volontà ne erigge per le facoltà ad esso concesso una Cappellania laicale ad „ nutum, ed amovibile perpetua - onusque addidit Cappellano quotannis scrorum nonaginta novem. Male tulit Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Cappellaniam, non Canonicatum erectam fuisse ab Exequutore, & hac de re adiit libello Emos Patres, a quibus auditus Episcopus secundum Capitulum respondit. Nunc igitur disputat idem Capitulum de voluntate Constantiæ erigendi Canonicatum dubitari non posse: Arbitrium Exequutori datum pendere a casu, quo *non paresse sufficiente l' asse ereditario per l' erezzione di d. Canonicato*; Redditus autem satis esse, cum ad annua sc. 40. fere ascendant, quæ satis superque sint, cum in ipsa Collegiata, aliisque Narnienſis Diœceseos, alii sint Canonicatus, qui paucioribus etiam redditibus erecti fuerunt, ideoque non potuisse esse locum arbitrio Exequutoris erigendi Cappellaniam. Cephalassius declaravit in Actis non repugnare, ut Canonicatus, aut Cappellania erigatur, sed sua tantum interesse, ut alterutrius Patronatum habeat. Unum Causæ Caput est.

An sit locus erectioni Canonicatus in insigni Collegiata Terræ Ocriculi, seu potius Cappellaniæ amovibilis ad nutum in eadem Collegiata in casu &c.

Affirmativè ad primam partem, & Negativè ad secundam.

INDEX

CONCLUSIONUM OMNIUM, AC RESOLUTIONUM

Quæ sub Cauſis anno 1749. *propoſitis prodierunt.*

A

ABSENS.

SUbſtitutio, ſeu Admiſſio, quæ prætendebatur valida in perſona abſentis, & ignorantis admiſſionem ſuam, quique ignoratur ubi ſit, & an vivat, non ſuſtinetur, ideoque vacaſſe locum Capitularem, & locum aliæ admiſſioni fuiſſe reſcriptum fuit in *Tranen. p.* 63.

ÆTAS.

Diſpenſationem ætatis ad Beneficium Eccleſiaſticum obtinendum Clerico de familia conceſſit Sacr. Congreg., etiamſi jus jam quæſitum ad Beneficium prætenderetur ob præſentationem alterius factam a Patrono ſubingrediente ſub ſpe diſpenſationis defectus Clericatus in *Lucana Beneficii, ſeu Cappellaniæ pag.* 33. *cum ſeq.*

ALIENARE ALIENATIO.

Alienatio horti ad Eccleſiam pertinentis, licet occurreret Cauſa evidentis utilitatis denegata fuit in *Firmana venditionis horti p.* 46. *cum ſeq.*

ALIMENTA.

Alimenta, & ſumptus litis, qui ad indicendam Matrimonii nullitatem prætendebantur, denegavit Sacra Congregatio, confirmavitque decretum ſuperioris anni, ſcilicet ut ſubminiſtrarentur ſcuta mille in cauſam declarandam *Luccorien. Nullitatis Matrimonii ſuper alimentis, & ſumptibus litis* 22. *Mar. pag.* 16.

APPLICATIO.

Inter celebrationem, & applicationem Sacrorum longa eſt differentia; ideoque ſi Teſtator nihil de applicatione dixerit, cenſendum eſt noluiſſe hoc onus Cappellano imponere. *pag.* 672. §. *Idem diſputat.*

His autem non obſtantibus Sac. Congregat. ſtatuit Cappellanum teneri ad applicationem Sacrificii *Tarraſina applicationis p.* 66. *cum ſeq.*

Quibus verbis, & qua ratione dignoſcatur Teſtatorem Eccleſiæ cultum, & commodum populi præ oculis habuiſſe tantum, non applicationem Sacrificii. *Ibid.*

B

BAPTIZARE BAPTISMUS.

COnſuetudo in jure baptizandi non eſt attendenda. §. *Ad omnem pag.* 13.

Contrarium tamen ſtatuit Sacr. Congreg. in *Viterbien fontis Baptiſmalis pag.* 16. ubi reſcripſit, quod infantes, qui naſcerentur in Parochialibus unitis S. Lucæ, & SS. Fauſtini, & Jovitæ baptizandi eſſent cumulative tam in dicta Eccleſia, quam in alia S. Joannis juxta antiquam conſuetudinem, benepiacitumque Apoſtolicum alias conceſſum.

BENEFICIA ECCLESIASTICA IN GENERE.

Beneficia, & Cappellaniæ Eccleſiaſticæ ſub ea lege per Pios Teſtatores ordinatæ, ut ad eas primo admittantur Clerici ſeculares ad titulum Cappellaniarum hujuſmodi ad Sacros Ordines promovendi, & deinde ſuccedant Regulares, ſic tranſire debent ad eoſdem Regulares, ut Cappellanis primo nominatis decedentibus, vel alia quacumque cauſa Cappellanias hujuſmodi non conſequentibus, poſſint per ſe ipſos, non autem per Sacerdotes ſeculares ab eis præſentandos, & a locorum Ordinariis inſtituendos, Miſſas celebrare, aliaque onera adimplere, adminiſtrare illarum bona, omneſque fructus percipere in *Mexicana erectionis Cappellaniarum* 25. *Jan. p.* 1. *cum ſeqq. ad I. Dub.*

Neque ab Ordinibus, neque a Beneficiis Eccleſiaſticis repelli eum, qui ab incunabulis Chriſti Domini fidem profeſſus eſt, licet Pater Judeus fuerit, ideoque locum eſſe Ordinationi, nec obſtare impedimentum allegatum reſponſum fuit in *Majoricen.* 25. *Jan. p.* 6. *cum ſeq.*

Juſpatronatus paſſivum beneficii, poteſt redigi ad familiare, coarctari ſcilicet ad Clericos de familia. licet hæc lex non in limine fundationis, ſed ex inter-

vallo

vallo addiici quæratur. Deficientibus autem Clericis de familia Patroni regimen, & curam beneficii, cum facultate deputandi interim Cappellanum ad nutum amovibilem, non habeant. in *Satrianen.*, *seu Campanien. juriſpatronatus* 23. *Novem.* 1748., quod decretum in eadem cauſa repropoſita in Congreg. habita *die* 1. *Mar.* currentis anni confirmatur *p.* 10.

Beneficium ſimplex Juriſpatronatus laicalis, ad hoc ut poſſit commutari in reſidentiale requiritur Patronorum omnium conſenſus, §. *Data fuit p.* 45.

Talem commutationem Beneficii ſimplicis in reſidentiale denegavit Sac. Congreg. in *Nullius ſeu Farfen. commutationis Benefic i p.* 45. *cum ſeq.*

Epiſcopi etiam accedente Patronorum conſenſu nequeunt ſtatum Beneficii immutare, cum ſolius Pontificis poteſtas ſit defunctorum voluntates commutare, *p.* 49. §. *De his civ. med.*

Ad ſtatum Beneficii mutandum quadragenarium tempus ſatis eſt. *Ibid.*

Sac. autem Congreg. annullavit commutationem beneficii factam inauditis partibus, effectumque per plures annos ſortitam in *Comaclen. p.* 50.

BENEFICIA QUOAD ERECTIONEM.

Erectiones Beneficiorum, & Cappellaniarum ſub expreſſis conditionibus factas, quod nimirum primo ſint Clericorum, & Sacerdotum ſecularium, & deinde Regularium, Superiores locorum, ad quos quomodocumque ſpectat jus approbationis, tenentur omnino approbare, ita ut impedire nequeant quominus Regulares per ſe ipſos Miſſas celebrent, ſuppleant onera, bona adminiſtrent, fructuſque in *Mexicana Erectionis Cappellaniarum* 25. *Jan. p.* 1. *cum ſeqq. ad II. Dub.*

Erectionem Canonicatus Pœnitentiarii factam per Epiſcopum in Eccleſia Cathedrali cum elargitione vocis activæ, & paſſivæ in ſpiritualibus, reſpectu ſcilicet negotiorum Capitularium, quæ concernunt ſtatum, ſeu ſervitium Eccleſiæ, & Sacriſtiæ, ſubſtineri reſcriptum fuit, eiſdemque novum Canonicum gaudere prærogativis, & præeminentiis, quibus, & alii Canonici, juxta legem fundationis, & Decreta Epiſcopi in *Ipporegien. Canonicatus Pœnitentiarii p.* 27. *ad I., & II. Dub.*

C

CANONICUS CANONICI IN GENERE.

Canonici adjuncti habere debent vocem activam, & paſſivam non ſolum in Congregationibus Capitularibus, in quibus agitur de rebus concernentibus Eccleſiam, Sacrarium, Cappellanos, & Infervientes, verum etiam in nominatione Canonicorum, Parochi, Cappellanorum, aliorumque Miniſtrorum Eccleſiæ, quoties hac lege, & conditionibus erecti ſunt, & admiſſi in *Camerinen.*, *ſeu Fabrianen. juris intereſſendi Capitulo* 1. *Mar. p.* 10. *cum ſeq. ad I., & II. Dub.*

Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ Oppidi Jovii denegatum fuit ſumere portionem ex Miſſis celebrandis in ipſa Collegiata Eccleſia, & aſſignare Presbyteris participantibus æqualem portionem ex ceteris tam in dicta Collegiata, quam extra celebrandis, ſed de omnibus Miſſis ratam ſumere coacti fuerunt in *Baren. diſtributionis Miſſarum p.* 57. *cum ſeqq.*

CAPPELLANIA IN GENERE.

Cappellaniam adjudicandam eſſe Sacerdoti habenti qualitates a Fundatore præfixas, nec intrare Epiſcopi arbitrium pro illa aliter conferenda in *Tudertina Cappellaniæ p.* 30. *cum ſeqq.*

In Cappellaniæ erectione cum reſervatione fructuum favore fundatricis cum exquireretur Sac. Tribunal an conſtaret de conventione ſimoniaca, & reſpective de ſubſiſtentia ſuſpenſionis Cappellani nominati tam a celebratione Miſſæ, quam a perceptione fructuum dictæ Cappellaniæ, reſponſum dedit *conſulendum eſſe Sanctiſſimo pro abſolutione, & diſpenſatione ad cautelam* in *Valliſoletana Cappellaniæ* 26. *Aprilis p.* 21.

Cappellaniæ erectionem demandatam ſub conditione, quod poſt obitum primi Cappellani ſecularis nominati, tranſiret ad Regulares, qui poſſent per ſe ipſos Miſſas celebrare, aliaque implere onera, adminiſtrare bona, fructuſque percipere ad formam teſtamentariæ diſpoſitionis, approbavit Sacr Congreg., juſſitque locorum Ordinariis, aliiſque Superioribus ut eas impedire nequirent in *Mexicana erectionis Cappellaniarum* 25. *Jan. pag.* 1. *cum ſeqq. ad II., & III. Dub.*

Com-

Commutationem Cappellaniæ manualis in Canonicatum factam ab Episcopo inaudito Capitulo, effectumque per plures annos fortitam annullavit Sacr. Congreg. in *Comaclen. p.* 50.

CAPPELLANUS.

Inter celebrationem, & applicationem Sacrorum longa est differentia, ideoque si Testator nihil de applicatione dixerit, censendum est noluisse hoc onus Cappellano imponere, *p.* 67. §. *Idem disputat*.

Contrarium placuit S. Congreg. Cappellanumque teneri ad applicationem Sacrificii statuit in *Tarusina applicationis p.* 66. *cum duabus seqq.*

COMMENDATARIUS.

Præpositus Commendatarius coactus fuit pro tertia parte reddituum Commendæ contribuere pro reædificatione Ecclesiæ, & Conventus incendio consumpti, nec non pro suppellectilibus, & aliis ad usum ejusdem Ecclesiæ in *Cracovien. contributionis p.* 22.

Confirmavit Sacr. Congreg. tale decretum sub die 13. *Septembris*, jussitque Judicem Delegatum procedere cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis. *p.* 55.

Et cum denuo d. Causa reproposita fuisset; reconvalidavit decretum, jussitque ut assignaretur ex bonis Commendatarii tenuta quædam per decennium. *p.* 59.

COMMUTARE COMMUTATIO.

Simplex beneficium jurispatronatus laicalis ad hoc ut possit commutari in residentiale requiritur Patronorum omnium consensus §. *Data fuit p.* 45.

Talem commutationem denegavit S. Congreg in *Nullius seu Farfen. commutationis Beneficij p.* 45. *cum seq.*

Episcopus etiamsi accedat Patronorum consensus nequit immutare statum beneficii, cum solius Pontificis potestas sit Defunctorum voluntates commutandi *p.* 49 §. *De his*.

Commutationem Cappellaniæ manualis in Canonicatum factam ab Episcopo inaudito Capitulo, effectumque per plures annos fortitam annullavit S. Tribunal in *Comaclen. p.* 50.

CONCIONATOR.

Ex privilegiis, quæ a Summis Pontificibus concessa sunt tum Ordinibus Mendicantium, cum Ordini Carmelitarum, sacri Oratores in eorumdem Ecclesiis quadragesimali tempore deputati tenentur tantum ad Benedictionem petendam, *p.* 12. §. *Orta*.

Limita procedere talia privilegia quoad illos Concionatores, qui in Ecclesiis Ordinis propriis eo munere funguntur, non vero quando hoc in illis agunt Ecclesiis, quarum administrationem Ordo suscepit, *Ibid.*

Sacra autem Congreg. statuit teneri tantum ad Benedictionem Episcopo petendam in *Aquen. Concionatoris pag. cum seq. ad I. Dub.*

Imo, quoties Episcopus extraordinarios velit Concionatores, vel Missionarios in eorumdem Parochiales Ecclesias mittere, poterit hoc facere certiorato P. Priore Conventus urbanitatis Officio, *Ibid. ad II. Dubium*.

CONFESSIO CONFESSIONES SACRAMENTALES.

In Oratorio patronato per Sacerdotes ab Ordinario approbatos nequeunt excipi Sacramentales fidelium Confessiones quocumque tempore independenter a Paroco in *Comen. functionum p.* 32. *cum seq. ad* 3. *dub.*

CONSENSUS.

Beneficium simplex jurispatronatus laicalis, ad hoc ut possit commutari in residentiale requiritur Patronorum omnium consensus §. *Data fuit p.* 45.

Talem commutationem Beneficii simplicis in residentiale denegavit Sacr. Congreg. in *Nullius, seu Farfen. Commutationis Beneficii p.* 45. *cum seqq.*

Episcopus etiam si accedat Patronorum consensus nequit immutare statum beneficii, cum solius Pontificis potestas sit defunctorum voluntates commutandi *p.* 49. §. *De his*

CONSUETUDO.

Consuetudo optima est interpræs rei cujuslibet obscuræ, & dubiæ *p.* 10. *cum seqq.* §. *Camerinen.*

Consuetudo in jure baptizandi non est attendenda §. *Ad omnem p.* 13.

CONTRIBUERE CONTRIBUTIO.

Præpositus Commendatariibus coactus fuit protertia parte reddituum Commendæ contribuere pro adificatione Ecclesiæ, & Conventus Miechovienſis incendio consumpti, nec non pro suppellectilibus, & aliis ad usum ejusdem Ecclesiæ in *Cracov. Contributionis p.* 13. 55. & 59.

ubi

ubi juſſit ut aſſignaretur tenuta quædam ex bonis Comendatarii.

In Cauſam Seminarii contribuere Mendicantes expreſſe per Tridentini diſpoſitionem excipiuntur *p.* 42. §. *Aſculana*.

Limita, quoties habita ratione alimentorum, fabricæ, & ſimilium, redditus excedant, tunc enim ad contributionem teneri ſuſtinetur *Ibid.*

Contrarium ſtatuti S. Congreg. in *Aſcunana in Apulia p.* 42. *cum ſeq.*

CRUX.

Una in funeris elatione ferenda Crux eſt Eccleſiæ tumulantis *pag.* 24. §. *Melphien.*

D

DECIMÆ.

PAtres Tertii Ordinis S. Franciſci, & alia Loca Pia pro bonis quocumque titulo, & a quocumque tempore quæſitis non tenentur ſolvere Parrochiales decimas in *Tudertina Decimarum pag.* 50. *ad I. Dub.*

Exteris in Territorio Maſſæ poſſidentes teneri eidem Parrochiali Eccleſiæ ſolvere decimas a die captæ poſſeſſionis Parrochiæ ad formam concordiæ decretum fuit in *Tudertina Decimarum p.* 50. *ad II. Dub.*

Bona, quæ remanſerunt per concordiam affecta certo oneri decimarum, an, & vero quando non tranſeant ad alienas manus cum onere ſuo, adeout moderni Poſſeſſores illorum, ſolventes decimas pro bonis antea poſſeſſis, non teneantur pro bonis poſtea quæſitis ad novam Decimarum ſolutionem, pro quantitate ſolvi ſolita ab antiquis illorum reſpective poſſeſſoribus *Tudertina Decimarum* 17. *Jun.* 1747. *ad I. Dub.* & ab hujuſmodi ſolutione eximuntur Clerici pro bonis eiſdem poſt concordiam in Patrimonium Sacrum aſſignatis *Ibid. Dub. II.*

Particulares vero, qui de tempore concordiæ nulla bona poſſidebant, tenentur ad ſolutionem Decimarum ad taxam concordiæ pro bonis poſtea quæſitis etiamſi acquiſitio non eſſet, niſi de rata tantum bonorum, altera remanente penes antiquum poſſeſſorem adhuc ſolventem Decimas in eadem quantitate *Ibid. Dub. III.*

Et dicti Particulares Laici, & Eccleſiaſtici, etiam Regulares, & Loca Pia tenentur Parocho ad ſolutionem Decimarum præteritarum, & non ſolutarum a die motæ litis *Ibid. Dub. IV.*

Quæ omnia confirmata ſuerunt in repropoſitione ejuſdem *Tudertina Decimarum ſub die* 23. *Auguſti hujus anni pag.* 50.

DISMEMBRARE DISMEMBRATIO.

Diſmembratio a Parochiali Eccleſia mille paſſibus tantum diſtante, quæ ob viæ qualitatem periculumque expoſcebatur, denegata fuit, mandatumque fuit Epiſcopo ut provideret juxta modum in *Novarien. diſmembrationis p.* 30.

DISPENSARE DISPENSATIO.

Diſpenſationem ætatis ad Beneficium Patronatum Eccleſiaſticum obtinendum Clerico de familia conceſſit Sacr. Congreg, etiamſi jus jam quæſitum ad Beneficium prætenderetur ob præſentationem alterius factam a Patrono ſubingrediente ſub ſpe diſpenſationis defectus Clericatus in *Lucana Beneficii ſeu Cappellaniæ p.* 33. *cum ſeq.*

E

ECCLESIA IN GENERE.

PRæpoſitus Commendatarius coactus fuit pro tertia parte reddituum Commendæ contribuere pro ædificatione Eccleſiæ, & Conventus incendio conſumpti, nec non pro ſuppellectilibus, & aliis ad uſum ejuſdem Eccleſiæ in *Cracovien. Contributionis p.* 22.

Quod Decretum confirmavit S. Congreg. ſub *die* 13 *Sept. pag.* 55. juſſitque Judicem delegatum procedere cum omnibus facultatibus neceſſariis, & opportunis.

Et cum denuo hæc Cauſa repropoſita fuiſſet, reconvalidavit mecretum, juſſitque ut aſſignaretur ex bonis Commendatarii tenuta quædam per decennium *p.* 59.

ECCLESIA CATHEDRALIS.

Epiſcopus nequit cogere, ſed tantum monere eos Clericos, & Sacerdotes, qui nullum habent beneficium, & onus reſidentiæ, ut ad Cathedralem Eccleſiam veniant, eique inſerviant, cum ſervitium præſtare non teneantur ſi nullum accipiunt compendium *p.* 55. §. *Contra*.

Imo neque ex neceſſitate, aut utilitate Eccleſiæ cogi poſſunt ſimplices Preſbyteri, ut ſine ullo ſtipendio eidem præſtent ſervitium *p.* 57. §. *Ceram*.

Hor-

Hortandos tamen esse sed non cogendos ut intersint Missæ Sacrificio per unũ Canonicum cum expositione Sanctissimi Sacramenti celebrari solito *Segnen. Decretorum p.59. cum seq. ad II. Dub.*

Erectio Canonicatus Pœnitentiarii locum habet dumtaxat in Ecclesiis Cathedralibus non in Collegiatis *p.* 37. §. *Melevitana*.

Contrarium placuit S. huic Tribunal in *Melevitana Canonicatus Pœnitentiarij p. 73. cum seq.*

ECCLESIA COLLEGIATA.

Erectioni Plebanæ Ecclesiæ in Collegiatam, an locus esset, cum requisita ad Collegiatæ erectionem necessaria aderant, dum exquireretur Sacrum Tribunal, respondit *affirmative juxta modum ab Eminentissimo Præfecto declarandum, in Marianen. Erectionis Collegiatæ p.68. cum seq.*

Erectio Canonicatus Pœnitentiarii locum habet dumtaxat in Ecclesiis Cathedralibus, non in Collegiatis *p.* 73. §. *Melevitana*.

Contrarium statuit Sacrum hoc Tribunal in *Melevitana Canonicatus Pœnitentiarii p.* 73. *cum seq.*

EPISCOPUS IN GENERE.

Episcopum per se ipsum non visitantem, bene vero per Delegatum, integram posse exigere procurationem, quoties taliter sit concordatum, rescriptum fuit in *Cassanen. Visitationis p. 34. ad I. Dub. & pag.*

Nec teneri restituere huc usque tali modo exactum *Ibid. ad II. Dub.*

Similiter nec duc. 30. exactos a Presbyteris inservientibus ob non confectam plateam, seu inventarium Ecclesiæm in Visitatione demandatam *Ibid. ad III.*

An Episcopus posset adstringere Presbyteros ad se subjiciendos examini occasione Sacræ Visitationis tam super litteratura, quam super Missarum cæremoniis, cum requireretur Sacr. Congreg., respondit *affirmative & ad mentem Ibid ad VII. Dubium*.

Arbitrium in controversiis Laicorum definiendis Imperatores concesserunt Episcopis *nativa* ut vocant in laicos jurisdictione carentibus *p.* 48. *cum seq.* §. *Desflectit*.

Hoc autem arbitrium Episcopis fuit sublatum *Ibid.*

Et post constitutam Episcopalem Audientiam statutum suis legibus Cæsarum, & Summorum Pontificum ut Actor forum Rei sequeretur *Ibid.*

Episcopi etiamsi accedat Patronorum consensus nequeunt immutare statum beneficii, cum solius Pontificis potestas sit defunctorum voluntates commutandi *p.* 49. §. *De his omnibus*.

Commutationemque Cappellaniæ manualis in Canonicatum factam ab Episcopo inaudito Capitulo, effectumque per plures annos fortitam, reprobavit Sac. Congreg. in *Comaclen. p.* 50.

Episcopus nequit cogere eos Clericos, & Sacerdotes, qui nullum habent beneficium, nullumque onus residentiæ, ut veniam petant discedendi *p.* 56. §. *Contra*.

Contrarium statutum fuit in *Segnen. Decretorum p.59. cum seq. ad I. Dub.*

Sine autem justa causa venia hæc ab Episcopo negari nequit *p.* 56. *d.* §. *Contra & p.* 59. *ad I. Dub.*

Episcopus monere potest, non vero compellere simplices Sacerdotes, ut ad Cathedralem Ecclesiam veniant, eique inserviant, cum servitium præstare non teneantur, si nullum accipiunt compendium. *Ibid. p.* 56.

Imo neque ex necessitate, aut utilitate Ecclesiæ cogi possunt simplices Presbyteri, ut sine ullo stipendio eidem præstent servitium, *p.* 57. §. *Ceram*.

Ideoque hortandos esse, sed non cogendos, ut intersint Missæ Sacrificio per unum Canonicum cum expositione Sanctissimi Sacramenti celebrari solito in *Segnen. Decretorum pag.* 59.

EPISCOPUS IN GENERE.

Missarum lectarum celebratio dum Episcopus Missam pontificaliter celebrat, vel Sacrum solemniter cum expositione Sanctissimi Sacramenti perficitur, permittitur, denegatur tantum campanularum pulsatio in *Segnen. Decretorum pag.* 59.

Non constare de mala relatione Examinatorum, nec de irrationabili judicio Episcopi, si magis idoneum ad Parochialem præelegerint, resolutum fuit in *Burgi Sancti Donnini Parochialis p.*69.

ELIGERE ERFCTIO.

Cappellaniæ erectio demandata sub conditione, quod post obitum primi Cappellani Secularis nominati, transiret ad Regulares, qui possent per se ipsos Missas cele-

celebrare, aliaque implere onera, administrare bona, fructusque percipere ad formam testamentariæ dispositionis, approbavit Sacra Congreg., jussitque locorum Ordinariis, aliisque Judicibus, ut eas impedire nequirent in *Mexicana Erectionis Cappellaniarum 25. Jan. p. 1. cum seq. ad II. & III. Dub.*

Erectionem Canonicatus Pœnitentiarii factam per Episcopum in Ecclesia Cathedrali cum elargitione vocis activæ, & passivæ in spiritualibus, respectu scilicet negotiorum capitularium, quæ concernunt statum, seu servitium Ecclesiæ & Sacristiæ, substineri rescriptum fuit in *Ipporegien. Canonicatus Pœnitentiarii p. 27. ad I. Dub.*

Eisdemque gaudere prærogativis, & præeminentiis, quibus & alii Canonici juxta legem fundationis, & decreta Episcopi; *Ibid. ad II. Dub.*

Erectioni Plebanæ Ecclesiæ in Collegiatam an locus esset dum requisita ad Collegiatæ erectionem necessaria aderant cum exquireretur Sacr. Tribunal, respondit *affirmative juxta modum ab Eminentissimo Præfecto declarandum in Marianen. Erectionis Coll giatæ p. 68. cum seq.*

Erectio Canonicatus Pœnitentiarii locum habet dumtaxat in Ecclesiis Cathedralibus, non in Collegiatis *p. 73. §. Melevitana.*

Contrarium approbavit Sacr. Congreg. erectionemque substineri deffinivit in *Melevitana Canonicatus Pœnitentiarii p. 73. cum seq.*

Erectionem vel Canonicatus vel Cappellaniæ demandatam juxta vires assis hæreditarii nequit Exequutor ad sui libitum facere, sed meliori, honorificientiorique forma, qua potest, defuncti voluntas impleri debet in *Narnien. Erectionis Canonicatus p. 75. cum seq.*

SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM.

In Oratorio patronato extra tempus Paschale independenter a Parocho administrari nequit Ven. Eucharistiæ Sacramentum, præterquam in actu celebrationis Missarum in *Comen. functionum p. 32. cum seq. ad IV. Dub.*

In quo tamen exponi potest Ven. Sacramentum sola impetrata Episcopi licentia, & independenter a Parocho, *Ibid. ad II. Dubium.*

EXAMINATOR.

Non constare de mala relatione Examinatorum, & de irrationabili judicio Episcopi, si magis idoneum ad Parrochialem præelegerint, resolutum fuit in *Burgi Sancti Donnini Parochialis p. 69.*

EXEQUIÆ.

Parocho competit jus peragendi exequias, & officium funebre super Cadaveribus, quæ tumulantur in sepulchro Oratorii patronati, in *Comen. functionum p. 32. cum seq. ad VII. Dub.*

EXEQUUTOR.

Erectionem vel Canonicatus, vel Cappellaniæ, demandatam juxta vires assis hæreditarii nequit Exequutor ad sui libitum convertere, sed meliori, honorificientiorique, qua potest, forma defuncti voluntas impleri debet in *Narnien. Erectionis Canonicatus pag. 75. cum seq.*

EXIMERE EXEMPTIO.

Indultum exemptionis a Parochi jurisdictione, uti defectuosum causa, forma, & Jure ipso, non sustinere rescriptum fuit in *Comen. Jurium Parrochialium, seu Dismembrationis p. 52. cum seq.*

F

FRUCTUS IN GENERE

FRuctus Archipresbyteratus, Canonicatus, aut Beneficiatus, ex consuetudine quæ viget in Ecclesia Collegiata S. Agathæ Proxeudis Ferentinæ Diœceseos post obitum, tales obtinentium dignitates, aut beneficia debentur illorum hæredibus pro rata servitii præstiti in *Ferentina fructuum p. 45.*

I

IGNORANS.

SUbstitutio, seu admissio, quæ prætendebatur valida in persona absentis, & ignorantis admissionem suam, quique ignoratur ubi sit, & an vivat, non sustinetur ideoque vacasse locum capitularem, & locum novæ admissioni fuisse, rescriptum fuit in *Tranen. p. 63.*

L

LEGATUM.

PRæstationem annui legati denegavit S. Tribunal, licet verba testamenti non dispositiva, sed mere demonstrativa desiderii, & consilii Testatoris possent dare jus ex mente & voluntate non

ex verborum forma in *Romana seu Januen. Legati p.* 72. *cum seq.*

M

MATRIMONIUM IN GENERE.

MAtrimonium inter maritum Latinum, & Græcam mulierem coram Parocho Latino contrahitur, *p.* 24. *cum seq.* §. *Cassanen.*

Alias sequeretur ut matrimonium contra formam Pontificiæ legis initum, illicitum quidem dici posset, at firmum, validumque esset *p.* 25. *cum seq.* §. *Contra.*

Et Matrimonium quod contra supradictam formam Pontificiæ legis contractum dicebatur, facto verbo cum Sanctissimo approbavit Sacr. Congreg. quæ cum exposceretur an subsistinerentur censuræ latæ contra contrahentem, rescripsit: *Dilata, & transportentur acta, & interim pro absolutione cum reincidentia ad tres menses.*

MATRIMONIUM QUOAD NULLITATEM.

Perpetua, atque absoluta viri imbecillitas ad actus Matrimoniales, est impedimentum dirimens, ideoque procedi potest ad declarationem nullitatis Matrimonii, *p.* 4. §. *Urbinaten.*

Matrimonii dissolutionem, quæ primum ex viri imbecillitate, deinde ex quo vir cohabitationi triennali demandatæ non pepercerat, expoſcebatur, concessit Sacrum Tribunal in *Januen. Matrimonii pag.* 50.

Alimenta, & sumptus litis, qui ad declarandam Matrimonii nullitatem prætendebantur, denegavit Sacr. Congregat., anuitque tantum ut subministrarentur per virum scuta mille alias decreta in *Luceorien nullitatis Matrimonii super alimentis, & sumptibus litis* 22. *Martii pag.* 16.

Matrimonii nullitas ex capite vis, & metus, animique adversi a sponso semper demonstrati, expetita, fuit denegata in *Luceorien. Matrimonii* 22. *Mar. p.* 16.

MENDICANTES ORDINES.

Vide in verbo *Regulares* ubi plura ad hanc materiam invenies.

MISSA IN GENERE.

In Oratorio patronato occasione Festi Titularis, aliisve festis nequeunt decantari Missæ independenter a Parocho in *Comen. functionum pag.* 32. *cum seq. ad I. Dubium.*

Canonicis denegatum fuit sumere portionem ex Missis celebrandis in ipsa Collegiata Ecclesia, & assignare Presbyteris participantibus æqualem portionem ex ceteris tam in dicta Collegiata, quam extra celebrandis, sed de omnibus Missis ratam sumere coacti fuerunt in *Baren. distributionis Missarum p.* 57. *cum sequent.*

Missarum lectarum celebratio dum Episcopus Missam pontificaliter celebrat, vel Sacrum solemniter cum expositione Sanctissimi Sacramenti perficitur, permittitur, denegatur tantum Campanularum pulsatio in *Segnen. Decretorum p.* 59. *cum seq. ad III. Dub.*

MISSA CONVENTUALIS.

Canonicis, qui habent redditus vix pares congruis alimentis, petentibus; an ipsi celebrare, & applicare teneantur Missas Conventuales in præteritum omissas, & non celebratas seu potius a prædicto onere sint absolvendi, responsum fuit, *Consulendum Sanctissimo pro absolutione quoad præteritum, injuncto onere celebrationis alicujus Missæ solemnis arbitrio Episcopi in Vicen. Missæ Conventualis* 12. *Augu.* 1747.

Quod confirmatum fuit in dicta *Vicen. Missæ &c.* sub die 13. *Septemb.* currentis anni reproposita *p.* 54.

Canonici celebrando Missam lectam in Cappella sub Altari Majori, dum in Choro recitantur Horæ Canonicæ, satisfacere nequeunt oneri Missæ Conventualis, in *Vicen. Missæ Conventualis* 12. *Augusti* 1747. *pag.*, *&* 13. *Septemb. currentis ann. p.* 54.

MONASTERIUM.

Educenda est, atque alio transferenda puella, quæ in illo Monasterio sacras vestes suscipere velle declaraverit, in quo de insidiis, circumventionibusque parentum vereri possit; ut in loco libero ejus voluntas melius exploretur, *p.* 14. §. *Contra.*

Quod rescripto suo confirmavit Sacrum hoc Tribunal in *Fanen. seu Senogallien. sponsalium p.* 13. *cum seq.*

N

NOMINARE NOMINATIO.

OFficiatura habitu tantum Sacerdotalis est, non actu, ideoque nominatio facta Clerici ab beneficium, quod tale onus habebat, valida existimata fuit

fuit in *Urbanien. Officiaturæ p.* 37. *cum ſequen.*

O

OBLATOR, OBLATIO.

PRælationem in venditione bonorum loco pio ſpectantium, quæ prætendeba tur a majori Oblatore in ſorte, quamvis poſt lapſum tempus in Edictis præfinitum talis Oblatio ſequuta fuerit, denegavit Sacr. hoc Tribunal, juſſitque ſtipulandum eſſe inſtrumentum favore primi Oblatoris pro ſumma tamen ab ultimo conventa in *Foroſempronien. Prælationis p.* 5. *cum ſeq.*

OFFICIARE OFFICIUM DIVINUM.

Presbyteri Cleri S. Nicolai Terræ Caſtellucci adſtricti fuerunt diebus feſtis ad pſallendum publice divinum Officium ſub pœna punctaturæ juxta decretum Epiſcopi in *Caſſanen. viſitationis p.* 34. *ad III. Dub.*, *& pag.* 63. *ad II.*, *& III. Dubium*.

OFFICIATURA.

Officiatura habitu tantum Sacerdotalis eſt, non actu, ideoque nominatio facta Clerici ad beneficium, quod tale onus habebat, valida exiſtimata fuit in *Urbanien. Officiaturæ p.* 37. *cum ſeq.*

ORATORIUM.

In feſte Titulari Oratorii patronati, aliiſve feſtis, decantari ibidem Miſſas independenter a Parocho denegatum fuit in *Comen. functionum p.* 32. *cum ſeq. ad I. Dub.*

In quo tamen exponi poſſe Ven. Sacramentum ſola impetrata licentia Epiſcopi, & independenter ab eodem Parocho conceſſum fuit *Ibid. ad II. Dub.*

Ibi autem per Sacerdotes ab Ordinario approbatos non valere excipi quocumque tempore Sacramentales fidelium Confeſſiones independenter a dicto Parocho fuit reſponſum, *Ibid. ad III, Dub.*

Similiter nec extra tempus Paſchale independenter a Parocho adminiſtrari ibidem poſſe Ven. Euchariſtiæ Sacramentum præterquam in actu celebrationis Miſſarum, *Ibid. ad IV. Dub.*

E contra in eodem Oratorio de licentia Epiſcopi, & independenter a Parocho haberi poſſe Panegiricas conciones reſcriptum fuit, ibique etiam Anniverſaria, & Officia pro defunctis ad libitum celebrari poſſe, & Parocho competere jus peragendi Exequias, & Officium funebre ſuper Cadaveribus quæ tumulantur in Sepulchro dictæ Eccleſiæ, *Ibid. ad V. VI. & XII. Dub.*

SACRI ORDINES IN GENERE.

Neque ab Ordinibus, neque a Beneficiis Eccleſiaſticis repelli eum, qui ab incunabulis Chriſti fidem profeſſus eſt, licet pater Judæus fuerit, reſponſum dedit Sacr. Congreg. in *Majoricen. 25. Jan p.* 6. *cum ſeq.*

Diaconus, de quo tam ſuper morum inhoneſtate, quam ſuper litterarum imperitia varia enarrabantur, an eſſet promovendus ad Sacr. Presbyteratus Ordinem cum requireretur Sacra Congreg., reſpondit: *Recurrat humiliter ad Archiepiſcopum in Lucana Ordinationis pag.* 39.

P

PAROCHUS.

PAſchale præceptum in Eccleſia Parochiali qui non implent, quive Parochum domos luſtrantem non recipiunt, pœnis *Can. omnis utriuſque de pœniten. & remiſſ.* ſubjecti ſunt *p.* 20. *cum ſeqq.* §. *Januen.*

Sine authoritate Sedis Apoſtolicæ nequeunt Tertiariæ ab Epiſcopi, & Parochi juriſdictione eximi, *p.* 21. §. *Decretum*.

Adde quod Conſtitutiones Summorum Pontificum, & præſertim *Leonis X.* quibus Tertiariæ exemptionem defendunt, revocatæ fuerunt, *Ibid.*

Et decreto ſuo hoc confirmavit Sacrum Tribunal in *Januen. p.* 22. ubi puellas Tertii Ordinis S. Dominici Civitatis Januæ Tertiarias nuncupatas Parochi Juriſdictioni ſubjectas eſſe reſcripſit.

In Oratorio patronato occaſione feſti Titularis, aliiſve feſtis decantari poſſe Miſſas independenter a Parocho denegatum fuit in *Comen. functionum p.* 32. *cum ſeq. ad I. Dub.*

Independenter tamen a Parocho, & impetrata Epiſcopi licentia exponi ibidem poſſe Ven. Sacramentum fuit conceſſum, *Ibid. ad II. Dub.*

Independenter etiam a Parocho, per Sacerdotes ab Ordinario approbatos ibi valere excipi quocumque tempore Sacramentales fidelium Confeſſiones, *Ibid. ad II. Dub.*

E contra autem extra tempus Paſchale independenter a Parocho adminiſtrari ibidem non poſſe Ven, Euchariſtiæ Sacra-

crementum, præterquam in actu celebrationis Missarum, *Ibid. ad IV. Dub.*

Independenter similiter a Parocho, & de licentia Episcopi haberi in eodem Oratorio posse Panegiricas conciones rescriptum fuit, ibique etiam Anniversaria, & Officia pro Defunctis ad libitum celebrari, *ibidem ad V., & VI. Dub.*

Parocho competere jus peragendi exequias, & Officium funebre super Cadaveribus, quæ tumulantur in sepulchro dictæ Ecclesiæ, *ibid. ad VII. Dub.*

Privationi Parochiæ, quæ sub falsis, fictisque contra Parochum criminibus, exposcebatur non esse locum rescriptum fuit in *Pisauren. Parrochialis p.43. cum seqq.*

A Jure aberrat ut Parochus ad certa quædam Sacramenta Parochus sit, non sit Parochus quoad alia, *p.51. §. Disputat.*

Indultum exemptionis a Parochi jurisdictione uti defectuosum causa, forma, & Jure ipso non sustineri rescriptum fuit in *Comen. Jurium Parochialium, seu dismembrationis pag. 51.*

Parochus de aliquo crimine inquinatus nequit omnibus redditibus privari, sed tertia tantum parte, *pag. 52. §. Auditus.*

PAROCHIA PARROCHIALIS.

Dismembratio a Parrochiali Ecclesia mille passibus tantum distante, quæ ob viæ qualitatem, periculumque exposcebatur denegata fuit, mandatumque fuit Episcopo ut provideret juxta modum in *Novarien. dismembrationis pag. 30.*

Paschale præceptum in Ecclesia Parochiali qui non implent, quive Parochum domos lustrantem non recipiunt, pœnis *Can. omnis utriusq. de pœniten., & remiss.* subjecti sunt, *p.20. cum seq. §. Januen.*

Privationi Parochiæ, quæ ex falsis causis, fictisque contra Parochum criminibus expostulabatur, non esse locum rescriptum fuit in *Pisauren. Parochialis pag. 43. cum seqq.*

Patres Tertii Ordinis S. Francisci, & alia loca Pia pro bonis quocumque titulo, & a quocũque tempore quæsitis non tenentur solvere Parochiali decimas in *Tuder. Decimarum pag. 50.*

Exteros in Territorio Massæ possidentes eidem Parochiali Ecclesiæ solvere decimas a die captæ possessionis Parochiæ ad formam concordiæ decretum fuit, *ibid. ad II. Dub.*

Parochialis Ecclesia dum alicui Regularium Ordini concessa fuit, statim in eorumdem venit dominium, & illico eisdem Ordinis privilegiis decoratur, *pag. 12. §. Orta.*

PASCHALE PRÆCEPTUM.

Paschale præceptum in Ecclesia Parrochiali qui non implent, quive Parochum domos lustrantem non recipiunt pœnis *Canon. omnis utriusq. de pœnit., & remiss.* subjecti sunt *pag. 20. cum seq §. Januen.*

Et schedulæ repertæ sunt ad probandum d. præcepti implementum, *pag. 63. §. Cremonen.*

PATRIMONIUM SACRUM.

Nequit constitui ex bonis, quæ sita sunt extra Diœcesim, quia jurisdictionem suam Episcopus in aliena Diœcesi exerceret *pag. 66. §. Lauretana.*

Contrarium voluit Sacrum Tribunal, additque sustineri talem Patrimonii Sacri assignationem etiamsi de tempore ordinationis promoti possiderent bona in propria Diœcesi in *Lauretana Patrimoniorum Sacrorum pag. 66. ad I., & II. Dubium.*

PRÆCEDERE PRÆCEDENTIA.

Præcedentia, quæ in sacris peragendis functionibus jam pridem anno 1737. ex capite præsuppositæ Collegialitatis concessa fuerat Capitulo Collegiatæ Portus majoris Ravennaten. Diœcesis, prævio recessu a decisis dandam esse Capitulo S. Nicolai Argentæ rescriptum fuit in *Ravennaten. præcedentiæ 22. Martii p. 26.*

PRÆFERRE PRÆLATIO.

Prælationem in venditione bonorum loco pio spectantium, quæ pretendebatur a majori oblatore in forte, licet post lapsum tempus in edictis præstitutum talis oblatio sequuta fuerit, denegavit Sacrum hoc Tribunal, jussitque stipulandum esse instrumentum favore primi oblatoris pro summa tamen ab ultimo conventa in *Forosempronien. Prælationis 25. Jan. pag. 5 cum seq.*

PRÆSENTARE PRÆSENTATIO PRÆSENTATUS.

Præsentatus ad Parochialem de jurepatronatus laicorum, si reprobatus sit in examine, admitti debet ad novum examen, alias presentatio inutilis ei esset, idque bis, terque ut quasi per rem judicatam de ejus imperitia constare dicatur *p. 26. §. Castrimaris.*

Præ-

Præsentatus enim jus quæsitum habet ex præsentatione, quod ei tolli non debet negando novum examen, qua in re si nullus sit contradictor in beneficio, nulli fit injuria nullique detrimentum infertur, *ibid.*

Adde hoc procedere licet Examinatores recte retulerint, quando enim res non est de Parrochiali liberæ collationis, quo casu rejectus in concursu monstrare debet injustam reprobationem ex iisdem actis concursus, sed res est de unico præsentato a Patronis, admitti semper debet ad novum examen quia peritia, vel imperitia unico experimento cognosci tuto non potest *pag.* 26. §. *Placuit*.

Multo magis id locum habet si præsentatus populo acceptissimus sit, & unus ex Patronis; quo casu etiamsi jure destitueretur, æquitas tamen suggerit ut ad novum experimentum admitti debeat, *Ibid.*

Et hoc novum experimentum coram Examinatoribus ab Eminentissimo Urbis Vicario deputandis fieri rescriptum fuit, iniquum enim esset si novum eorum subire judicium cogeretur, a quibus reprobatus sit in *Castrimaris Parochialis pag.* 26. *cum seq.*

Q

QUARTA FUNERALIS.

REgulares Ordines a præstatione quartæ funeratiæ immunes sunt *pag.* 24. §. *Melphien.*

Contrarium deducitur ex Constitutione Benedicti XIII. relata, *Ibid.*

Quod Immunitas, quæ ex contractu venit tali constitutione non fuerit sublata probatur, dum nullum de ea verbum habuit constitutio, & tamen necesse esset, ut de ea immunitate verba fecisset, *Ibid.*

Nec putandum est Summum Pontificem jus alicui quæsitum non ex gratia, sed stipulatione, contractu, & conventione, sine qua Regulares ad conventum illum non veniissent, tollere voluisse, *Ibid.*

Procedit multo magis si pacta immunitatis respectiva sint ad jus Clero datum Crucem scilicet ferendi &c. quod vetari potuisset a Patribus, una enim in funeris elatione ferenda est Crux Ecclesiæ tumulantis, *Ibid.*

Quibus superius enarratis decreto suo robur adjecit Sacrum hoc Tribunal, dum rescripsit Patres Minores Observantes Reformatos vigore conventionis appositæ in limine fundationis habere conventus exemptos a solutione quartæ funeralis pro cadaveribus sepeliendis in eorum Ecclesia in *Melphien. seu Rapollen. quartæ funeralis pag.* 24.

R

REGULARES ORDINES IN GENERE.

REgulares Ordines Immunes sunt a præstatione quartæ funerariæ *p.* 24. §. *Melphien.*

Contrarium deducitur ex Constitutione Benedicti XIII relata, *Ibid.*

Quod immunitas quæ ex contractu venit tali constitutione non fuerit sublata probatur, dum nullum de ea verbum habuit constitutio, & tamen necesse esset ut de ea immunitate verba fecisset, *Ibid.*

Nec putandum est Summum Pontificem Jus alicui quæsitum non ex gratia, sed stipulatione, contractu, & conventione, sine qua Regulares ad Conventum illum non veniissent, tollere voluisse, *Ibid.*

Procedit multo magis si pacta immunitatis respectiva sint ad Jus Clero datum, Crucem scilicet ferendi &c. quod vetari potuisset a Patribus, una enim in funeris elatione ferenda est Crux Ecclesiæ tumulantis, *Ibid.*

Quibus superius enarratis decreto suo robur adjecit Sacrum hoc Tribunal, dum rescripsit Patres Minores Observantes Reformatos vigore conventionis appositæ in limine fundationis habere Conventus exemptos a solutione quartæ funeralis pro Cadaveribus sepeliendis in eorum Ecclesia in *Melphien.*, *seu Rapollen. quartæ funeralis pag.* 24.

Cappellaniæ erectionem demandatam sub conditione, quod post obitum primi Cappellani Secularis nominati, transiret ad Regulares, qui per seipsos Missas celebrare, aliaque onera implere possent ad formam testamentariæ dispositionis approbavit Sac. Congreg., jussitque locorum Ordinariis, aliisque Superioribus ut eas impedire in posterum nequirent in *Mexicana Erectionis Cappellaniarum* 25. *Jan. pag.* 1. *cum seqq. ad II. & III. Dub.*

In causam Seminarii contribuere Mendi-

can-

cantes expreſſe per Tridentini diſpoſitionem excipiuntur *p.42. §. Aſculana*.

Limita, quoties habita ratione alimentorum, fabricæ, & ſimilium redditus excedant, tunc enim ad contributionem teneri ſuſtinetur, *ibid.*

Contrarium ſtatuit Sac. Congreg. in *Aſculana in Apulia pag* 42.

Parochialis Eccleſia dum alicui Regularium Ordini conceſſa fuit, ſtatim in eorumdem venit dominium, & illico iiſdem Ordinis privilegiis decoratur *pag.12. §. Orta*.

Ex privilegiis, quæ a Summis Pontificibus conceſſa ſunt tum Ordinibus Mendicantibus, tum Ordini Carmilitarum, Sacri Oratores in eorumdem Eccleſiis quadrageſimali tempore deputati tenentur tantum ad benedictionem petendam *pag.12. §. Orta*.

Limita procedere talia privilegia quoad illos Concionatores qui in Eccleſiis Ordinis propriis eo munere funguntur, non vero quando hoc in illis agunt Eccleſiis, quarum Parochialem adminiſtrationem proprius Ordo ſuſcepit, *Ibid.*

S autem Congreg ſtatuit teneri tantum ad Benedictionem Epiſcopo petendam in *Aquen. Concionatoris pag.55. ad I. Dub.*

Imo quoties Epiſcopus extraordinarios velit Concionatores, vel Miſſionarios in eorumdem Parochiales Eccleſias mittere, poterit hoc facere certiorato P. Priore Conventus urbanitatis officio, *Ibid. ad II. Dub.*

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Reſtitutionem in integrum adverſus religioſam profeſſionem, quæ vi, metuque emiſſa prætendebatur, denegavit Sacrum Tribunal in *Lisbonen. Reſtitutionis in integrum 25. Jan. pag. 4. cum ſeq. in Xantonen., ſeu Ordinis Cluniacenſis. 25. Jan. pag. 1. in Teleſina reſtitutionis in integrum pag.62. in Cephaluden. &c. pag.69. cum ſeq.*

Reſtitutionem in integrum adverſus lapſum quinquennii in religioſa profeſſione vi, metuque emiſſa non fuit impartita Sacr Congreg. *in Monopolitana ſeu Baren. reſtitutionis in integrum pag. 21., & in Lisbonen. reſtitutionis in integrum pag.71.*

Reſtitutio in integrum, quæ ex duabus cauſis, vitii ſcilicet perpetui, & intercepti anni probationis expetebatur, denegata fuit *in Neapolitana reſtitutionis in integrum pag* 50.

Reſtitutio in integrum ex defectu duorum menſium ad integrum annum profeſſionis denegata fuit *in Roſſanen. reſtitutionis in integrum pag.54.*

S

SEMINARIUM.

SEminarium, quod jam pridem in Ædibus Monaſterii S. Salvatoris Majoris extructum, deinde ex ignota cauſa translatum, unitumque alio Seminario Toffiæ reperiebatur, ex cauſis purioris cœli, optimæque diſciplinæ in juventutem literis, boniſque moribus imbuendo eſſe reſtituendum, eique adjudicanda ſcuta 144., quæ in ſupradicta unione, ſeu translatione Seminario Toffiæ præſtabantur *in Nullius Farfen., & S. Salvatoris Majoris Seminarii 25. Jan.pag. 7. cum ſeq. ad I. & II. Dub.*

Et ad hunc effectum applicandam eſſe Seminario S. Salvatoris medietatem præſtationis annuorum ſcutorum 150. a Seminario Romano diſmembratæ in *d. Nullius ſeu Farfen. p.7. cum ſeq.*

Quas præſtationes decurſas & non ſolutas, pro tempore quo non fuerunt retenti Alumni in d. Seminario Toffiæ eſſe tribuendas, *Ibid. pag.* 8. *ad III. Dub.*

In vim autem cujuſdam teſtamentariæ diſpoſitionis retineri poſſunt tot Alumni de Abbatia S. Salvatoris, quot medietatem ſuppleant juxta vires hæreditatis, *Ibid. pag.* 8. *ad II. Dub.*

In cauſam Seminarii contribuere Mendicantes expreſſe per Tridentini diſpoſitionem excipiuntur *pag.42. §. Aſculana*.

Limita, quoties habita ratione alimentorum, fabricæ, & ſimilium redditus excedant, tunc enim ad contributionem tenentur, *Ibid.*

Contrarium ſtatuit S. Congreg. in *Aſculana in Apulia pag.42.*

SIMONIA.

In Cappellaniæ erectione cum reſervatione fructuum favore fundatoris cum exquireretur Sacri Tribunal an conſtaret de conventione ſymoniaca, & reſpective de ſubſiſtentia ſuſpenſionis Cappellani nominati tam a celebratione Miſſæ, quam a perceptione fructuum dictæ Cappellaniæ, reſponſum dedit *Conſulendum eſſe Sanctiſſimo pro abſolutione, & diſpenſatione ad cautelam*

in

in Vallisoletana Cappellaniæ 26. April. pag.21.

SPONSALIA.

Inhonesti amores, moresque in sponso desuper superventi in causa fuere ut sponsalia, licet valide inita, dissolverentur, & locus esset restitutioni pecuniæ pro dotis parte acceptæ in *Assisien. Sponsalium pag.38. cum seq.*

Sponsalia jam secuta sententia sua declaravit S. Tribunal, quod cum exposceretur an locus esset assumptioni habitus religiosi, & professioni respective, una cum restitutione munerum in talem causam acceptorum, respondit *ad mentem, in Fanen. seu Senogallien. Sponsalium p 42. ad D. b.*

SUBSIDIUM SUBSIDIA DOTALIA.

Applicationi, seu subministrationi subsidiorum dotalium favore descendentium Testatoris, & ex summa illarum inopia, & ægestate locus fuit in summa scutorum biscentum pro qualibet, comprehensis subsidiis eisdem jam distributis in *Veliterna subsidiorum dotalium 1. Martii pag.9. cum seq.*

T

TERTIARIA, SEU TERTII ORDINIS.

Sine authoritate Sedis Apostolicæ nequeunt Tertiariæ ab Episcopi, & Parochi jurisdictione eximi *pag.21. §. Decretum.*

Adde quod Constitutiones Summorum Pontificum, quibus Tertiariæ exemptionem defendunt, revocatæ fuerunt, *ibid.*

Pius V. Collegia harum puellarum, quæ Tertiariæ dicuntur, quæve nec clausuram servant, nec solemnia vota emittunt, prohibuit, & licet nondum tamen fuere probata; tolerantur quidem ita vero, ut Episcoporum subsint jurisdictioni, *Ibid.*

Et decrevit hoc denuo Sacrum Tribunal in *Januen. pag.20.*, ubi puellas Tertii Ordinis S. Dominici Civitatis Januæ Tertiarias nuncupatas Parochi jurisdictioni subjectas esse rescripsit.

TESTAMENTUM.

Verba Testamenti licet non dispositiva, sed demonstrativa desiderii, & consilii Testatoris, jus dant ex mente, & voluntate, non ex verborum forma, *pag.73. §. Contra.*

TONSURA.

Ad Tonsuram obtinendam Tridentini decreto non alia requiruntur, nisi ut promovendus sciat rudimenta fidei, & saltem legere, & scribere lingua materna, & vulgari, *pag.28. §. Ad Tonsuram.*

V

VACARE VACATIO.

Substitutio, seu admissio ad locum Capitularem, quæ prætendebatur valida in persona absentis, & ignorantis admissionem suam, quique ignorabatur ubi esset, & an viveret non substinetur, ideoque vacasse locum Capitularem, & locum factum aliæ admissioni fuisse *in Tranen. pag.62., & 63.*

VISITARE VISITATIO.

Episcopus per se ipsum non visitantem, bene vero per Delegatum, potest exigere integram procurationem, quoties taliter inter ipsum, & Clerum semel sit concordatum in *Cassanen. Visitationis pag 34. ad I. Dub.*

Nec teneri restituere huc usque tali modo exactum, *Ibid. ad II. Dub.*

An Episcopus posset adstringere Presbyteros ad se subiiciendos examini occasione Sacræ Visitationis tam super litteratura, quam super Missarum cæremoniis cum requireretur Sac. Congreg. respondit *Affirmative, & ad mentem, ibid. ad VII. Dub.*

FINIS.

THESAURUS
RESOLUTIONUM
Sacræ Congregationis
CONCILII,

Quæ consentaneè ad Tridentinorum PP. Decreta, aliasque Canonici Juris Sanctiones,

MUNUS

Secretarii ejusdem Sacræ Congregationis

OBEUNTE

R^mo P. D. FURIETTO

PRODIERUNT

In Causis sub annum 1750. propositis,

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus apprimè utilis, & necessarius.

TOMUS XIX.

DUPICI INDICE

Locupletatus.

ROMÆ, MDCCL.

Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi in Platea Agonali

Superiorum facultate, & Privilegio Sanctissimi.

INDEX
TITULORUM
Cauſarum omnium, quæ anno 1750. Sacr. Concilij Congregationi propoſitæ fuerunt.

A

ALbiganen. proceſſionis, & nullitatis interdicti 11. Jul. pag. 35.
Aquinaten. ſuſpenſionis, & cenſurarum 24. Jan p. 7. & 28. Febr. p 10.
Aſculana Cappellaniarum ſuper diſpenſatione 22 Aug. p. 49.
Avenionen. 12. Sep. p 61.

B

BOjanen. Diſpenſationis, & Sponſalium 19. Decemb. pag. 113.
Burgi S. Domini, ſeu Cremonen. Ordinationis 1. Aug. p. 45.

C

CAlaritana contributionis 14. Martij p. 13 & 18. Apr. 20.
Callien. Nullitatis Tranſactionis, & Jurium Parochialium 21. Nov. p. 69. 5. Decemb. p. 72. & 16. Decemb. p 75.
Capuana Maſſæ Communis 19. Decemb. pag. 80.
Caputaquen. Participationis 5. Decemb. p 74. & 19. Decemb. p. 77.
Caſertana Reſtitutionis in integrum 28. Febr. pag. 12.
Comen. diſmembrationis 22. Aug. p. 47. 21. Novemb. p. 69. & 5. Decemb. p. 72.
Comen. diſmembrationis 22. Aug. p. 54. 21. Novemb p. 69. & 5. Decemb. p. 72.
Comen functionum 14. Martii p. 12.
Comen. funerum, & functionum Conventualium 24. Jan. p. 3. 28. Feb. pag 9. 5. Decemb p. 73. & 19. Decemb. p. 108.
Compoſtellana 6. Jun. p. 30.
Cracovien Contributionis 28. Feb. p. 11.

F

FAnen., ſeu Senogallien. Sponſalium 18. Apr. p. 21.
Ferentina Cappellaniæ 13. Aug. p. 55. 5. Decemb. p. 74 & 19. Decemb. p 77.
Forolivien. 11. Jul. p. 42.
Gerunden. admiſſionis 9. Maii p. 27. & 11. Jul. p. 37.

H

HErbipolen. Parochialis Eccleſiæ, & Primiſſariæ 22. Aug. pag. 51. 21. Novemb. p. 69. & 5. Decemb. p. 72.

I

JAnuen 28. Feb. p. 10. 14. Martii p. 12.
Imolen. ſubſidii dotalis 24. Jan. p. 3.

L

LIparen. Exemptionis Hoſpitalis 9. Maii p. 24 6. Jun p. 28. & 11. Jul. pag. 37.
Lisbonen. Matrimonii 24. Jan. p. 3. & 6. Jun. p. 39.
Lucana Miſſæ Conventualis 14. Martii pag. 17.

M

MAjoricen. 18. Apr. p. 21. & 9. Mai pag. 23.
Meſſanen. 12. Sept. p. 63.
Minoren., ſeu Amalphitana cenſurarum 11. Jul. p. 39.

N

NArnien. Matrimonii 14. Martii p. 13. 6. Jun. p. 39. 20. Jun. p. 32. 11 Jul. p. 37. & 1. Auguſti p. 44.
Neapolitana nullitatis Profeſſionis 14. Martii p. 15.
Neapolitana nullitatis Profeſſionis 20. Jun. p. 36. & 1. Aug. p. 44.
Neapolitana reſtitutionis in integrum 24. Jan. p. 4. & 28. Feb. p. 10.
Nepeſina Ordinationis 12. Sep. p. 64., & 21. Novemb p. 67.
Nolana 20. Jul. p. 33.

Nul-

Nullius, ſeu Sublacen. reparationis Eccleſiæ 11. Julii p.40.

P

PErusina reſtitutionis in integrum 20. Junii p.34. & 1. Aug. p. 44.
Piſaur Sponſalium 6. Jun. p. 30. & 20. Jun p 32.
Placentina Nullitatis Profeſſionis 21. Novemb. p.75. 5. Decemb. p. 73., & 19. Decemb. p.75.

R

RAvvennaten., ſeu Faventina juriſdictionis 14. Mart. p.19. & 18. Apr. pag 20.
Recineten. 24. Jan. p 6. & 28. Feb. p.10.
Romana 14.Mart p.14. & 18. Apr. p. 20.
Romana præcedentiæ 12. Sept. p.60.
Romana, ſeu Januen. Aſſignamenti 6. Jun. p.29. 20. Jun. pag.32., & 11. Jul. pag.37.
Romana, ſeu Januen. legati 18. Apr. p. 21. & 9. Maii p.22.

S

SAlernitana Diſpenſationis 19. Decemb. p 77.
Sarnen. 6. Jun. p 31.
Senogalien Cappellaniæ 9. Maii p.24. & 6. Jun. pag.28.
Surentina Taxæ 21. Novemb p 70., & 5. Decemb p.73.
Syracuſana Commutationis Voluntatis 20. Mart. p. 16. 18. Ap. p.14., & 12. Sept. pag. 59.
Syracuſ. indulti 24. Jan. p. 5. & 28. Feb pag. 10.

T

TArentina Contributionis 9. Maii pag. 23.
Tarentina Præeminentiarum 20. Jun. p. 35. 1. Aug. p.43. & 12. Sept. p. 57.
Theleſina reſtitutionis in integrum 24. Jan. p.3. & 9. Maii p.23.
Tranen. Diſtributionum 12. Sep. p.62.
Tranen. juris funerandi, & Proceſſionis 22. Aug p. 52. 12. Sept. p.58., & 21. Nov. p. 67.
Treviren. Dimiſſionis 1. Aug. p.45.
Tullen. reſtitutionis in integrum 18. Apr. p.22. & 9. Maii p 23.

V

VAlliſoletana reſtitutionis in integrum 20. Jun. p.32. & 11. Jul. p.37.
Vercellen. 12. Sept. p.55. & 21. Novemb pag. 67.
Urbanien. Clauſuræ 24. Jan. pag. 4. 28 Feb. p.10 & 18. Apr. p.21.
Urbinaten. erectionis Canonicatus 9. Maii, p.26. & 6. Jun. p.29.

Die Sabbathi 24. *Januarij* 1750.

In Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrancripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

DUÆ, quæ ſequuntur, Cauſæ imperio Eminentiſſimorum Patrum in *hac Congregatione* proponuntur; Utraque enim reſponſum accepit -- *Dilata ad Primam poſt Reges* -- Prima in *Congregatione* habita *die* 6. tranſacti menſis *Decembris*: Altera in *Congregatione* habita *die* 20. ejuſdem menſis: Poterunt itaque Ampliſſimi Patres *Folia* earumdem *Congregationum* iterum legere, ut duo earum Dubia expediant.

LISBONEN. MATRIMONIJ, in qua quæritur.
An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c. *Seſſ. 24. c. 1. de Reform. Matr.*

Previo receſſu à Deciſis non conſtare de nullitate Matrimonii.

IMOLEN. SUBSIDIJ DOTALIS, cujus Caput eſt:
An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro ſanatione nominationis in caſu &c. *Seſſ. 22. c. 6. de Ref.*

Negativè, & amplius, & utatur Jure ſuo.

THELESINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Definita fuit hæc Cauſa in *Congregatione* habita *die* 22. ſuperioris menſis *Novembris*, Dubioque, quod propoſitum fuit -- *An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.* -- Reſpodit Sacrum Tribunal -- *Negative* -- Judicium hoc retractari poſtulat P. Joachim Migri, & ideo nunc Dubium proponitur. *Seſſ. 25. c. 19. de Reg.*
An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

Dilata, & nihil de remiſſoria.

COMEN. FVNERVM, ET FVNCTIONVM CONVENTVALIVM: Data fuit hæc Cauſa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 14. *Junij* anno nuper tranſacto, ſed propoſita non fuit: Propoſita in *ſequenti Congregatione* habita *die* 5. *Julii* reſponſum accepit -- *Dilata, & conjuventur Probationes tam ſuper Collegialitate, quam ſuper conſuetudine in omnibus* -- Impletis Mandatis Sacri Tribunalis, VIII. Dubia, quibus Cauſa univerſa complexa fuit, nunc iterum proponuntur. *Seſſ. 25. cap. 13. de Reg.*

I. *An Archipresbyter, & omnes Presbyter Capituli Cleri Sæcularis Dungi associando Cadavera ad Ecclesiam Patrum Reformatorum teneantur incedere sub illorum Cruce, seu potius iidem Reformati sub Cruce dicti Cleri, vel amba valeant propriam Crucem elevare?*

II. *An in eadem associatione liceat dictis Archipresbytero, & Presbyteris Cleri Sæcularis ingredi dictam Ecclesiam Patrum Reformatorum cum Stola, & Cruce elevata, seu potius teneantur ad ejusdem Ecclesiæ Fores sistere, ibique ultimum vale defuncto dare?*

III. *An eidem associationi debeant invitari tot Presbyteri Sæculares, quot vocantur Regulares, vel potius, invitato tantum Parocho actuali, debeat in reliquis ipsorum Funerum pompa ab hæredum arbitrio pendere?*

IV. *An quotiescumque promiscue invitantur Presbyteri Sæculares, & Regulares, Candela, quæ manualiter gestatur danda Presbyteris Sæcularibus debeat esse major illa, quæ datur Regularibus, vel potius æqualis ponderis, & arbitrio hæredum?*

V. *An Patres Reformati eidem associationi invitati teneantur accedere ad levandum Parochum ab Ecclesia Parochiali, seu potius debeat dictus Parochus pro hujusmodi effectu se conferre privatim ad domum Defuncti juxta prætensam consuetudinem?*

VI. *An Cadavera eligentium sepelliri cum Habitu Sancti Francisci PP. Reformatorum debeant patenter discooperta ad Ecclesiam, & locum sepulturæ deferri, vel potius super iisdem Cadaveribus imponendum sit solitum Pallium, & Tegumentum Mortuorum?*

VII. *An sit solvenda quarta funeralis sepelliendorum in Ecclesia Patrum Reformatorum, & de quibus Candelis.*

VIII. *An Archipresbyter, & Presbyteri Cleri Sæcularis Dunoi prohibere possint Patribus Reformatis celebrare Missas, aliasque Conventuales Functiones etiam cum præventivo campanarum sonitu peragere ante, vel in actu celebrationis Missæ Parochialis in casu &c.*

Non proposita.

Sess. 25. c. 19. de R.g.

NEAPOLITANA RESTITVTIONIS IN INTEGRVM: Reſcriptum fuit ab Eminentiſſimis Patribus -- *Dilata & ſcribat Defenſor Profeſſionis* -- in hac Cauſa, quæ data fuit in *Folio* ultimæ *Congregationis* habitæ *die* 20. tranſacti menſis *Decembris*: Scripſit *Defenſor Profeſſionis*, & idem Dubium proponitur.

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Non proposita.

Sess. 25. c. 5. de R.g.

URBANIEN. CLAVSVRÆ: Monaſterio Patrum Minorum Conventualium Vrbaniæ hæret Eccleſia, cui duplex porta eſt, altera in via publi- altera in Atrio: Quatuor ſunt hujus Atrii Portæ, quæ in illud præſtant Ingreſſum. Prima eſt in publica via, altera eſt, quam diximus, Eccleſiæ, Tertia

tia est Cappellæ, Oratorij, sive Cœmeterij mortuorum: Quarta est Monasterii, & juxta hanc stat Janitor, qui Religiosæ Domus custodiam servat, & ab ea incœpit hactenus ex immemoriali consuetudine Monasterii Clausura. Episcopi omnes, quotquot fuerunt, Urbanienses fiverunt, ut per hoc Atrium ducerentur Pompæ, quas Viri Fœminæque sequuntur, neque unquam ailcui visum est hoc Atrium partem esse Clausuræ; diversum tamen placuit, qui nuper Ecclesiam illam obtinuit, Episcopo; Vetuit enim ne Fœminis ullo unquam tempore in hoc exterius Atrium Monasterij pateret ingressus. Confugerunt Patres ad hoc Sacrum Tribunal, a quo auditus fuit non solum Episcopus, sed etiam Archiepiscopus Urbini, Causa vero nunc proponitur, & Patres disputant immemoriali consuetudine hactenus observatum fuisse, ut Feminæ in illud ingredi possent: Atrium hoc exterius non esse de Clausura patere manifesto ex Janua Monasterii, in qua Janitor est, & a qua incipit Clausura: Pluribus Locis hæc esse Atria externa, & Romæ in Monasterio S Petri in Janiculo, in quod Fœminæ ingrediuntur, id vidisse Episcopos, nec illis venisse in mentem, ut pro parte Monasterij haberent Atrium, & dicerent Clausura comprehensum. Constitutionem SS. D. NOSTR, cujus initium est: *Regularis disciplinæ* cautum quidem fuisse, ut Clausura, ubi hactenus fuit, servaretur, non vero, ut constitueretur, ubi non fuit unquam. Hæc Patres: A Promotore Fiscali nihil habuimus. Dubium est.

An Atrium, de quo agitur, sit extra Clausuram Conventus S. Francisci Civitatis Urbaniæ, itaut servanda sit prætensa consuetudo immemorabilis super illius libertate in casu &c.

Non proposita.

SYRACVSANA INDVLTI: Splendidissima olim Syracusarum Civitas, quæ dudum Populi frequentia inter maximas Civitates numerabatur, nunc temporum injuria magnam passa Incolarum diminutionem, vix inter exiguas censeri posse videtur. Redundat tamen Templorum copia, dum desunt, qui Templa concelebrent: Sola Parochialis Ecclesia S. Martini octo intra Parochiam habet Ecclesias, & quatuor ex his Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum servant, omnesque in illis aguntur Functiones, quæ ad ejusdem Cultum pertinent. Qui tamen eam Parochiam incolunt, pauci sunt, censitis enim capitibus, vix superant mille, demptisque pueris, octingenti tantum homines Sacramenta recipiunt, hique aut agis colendis intenti, aut negociis maritimis a Civitate absunt sæpissime. Hæc Civium infrequentia in causa fuit, ut Syracusani Episcopi hebdomadæ majoris Functiones in iis Ecclesiis agi, in quibus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum non servatur, numquam permiserint: Sodalitium tamen S. Philippi, quod Oratorium habet intra fines Parochiæ S. Joannis Baptistæ, licet in eodem Oratorio Sanctissimum Sacramentum non servetur, obtinuit facultatem majoris hebdomadæ Functiones agendi. Commovit hæc indulgentia animos aliorum Sodalium S. Spiritus, qui Oratorium habent intra fines Parochiæ S. Martini, actique veteribus æmulationibus, quæ sunt inter hæc Sodalitia, postularunt a Vicario Generali facultatem agendi Functiones majoris hebdomadæ: sed obsistente Ambrosio Noto Parocho Ecclesiæ S. Martini, qui Iura sua tuebatur, rejecti fuerunt. *Sess. 23. c. 1. de Reg.*

Quod Vicario Generali obtinere non potuerunt Sodales, impetrarunt a Duce Militum: nacti enim occasionem, qua Ecclesia, quæ in Arce est, reparabatur, curarunt, ut data venia a Vicario Generali Dux cohortium juberet, ut Functiones majoris hebdomadæ anno 1748. in Ecclesia S. Spiritus agerentur. Actæ fuerunt plus etiam, quam opus esset, nam acta fuit Benedictio Fontis Baptismalis, quæ in Ecclesia dilapsa, quæque reparabatur, agi non solebat; actæ vero fuerunt Functiones omnes tanta Populi novitate ducti frequentia, ut nullus esset in vacua Ecclesia Parochiali. Viderunt Sodales S. Spiritus,

restituta Ecclesia Arcis, finem dandum esse Functionibus, ideoque ut perpetuo hoc Iure uti possent, preces obtulerunt Sacratissimo Principi nostro, quibus petebant, ut hoc illis Ius indulgeret. Data postulationis hujus cognitione Amplissimis Patribus, auditus fuit, morte obita ab Episcopo, Vicarius Capitularis, qui *ad pacem servandam* secundum Sodales respondit. Vehementem tamen sese præstat contradictorem Ambrosius Noto Parochus S. Martini, qui disputat non esse hoc Sodalibus indulgendum, tum quia læderentur Iura Parochialia, cum in solis Parochialibus Ecclesiis, vel saltem dignioribus Functiones a Parochis agi debeant, tum quia hac indulgentia nimium inferretur detrimenti Ecclesiæ Parochiali, a qua Populus, qui infrequens in Civitate est, avertitur; tum denique, quia nulla vehemens ratioproponatur, ob quam Indultum concedi debeat: Longe disparem esse rationem Sodalium Sancti Philippi, cum Larochia, intra cujus fines sunt, major sit Parochianorum numero, & longe minor sit numerus Ecclesiarum, quæ sunt intra ambitum illius Parochiæ. Hæc Parochus S. Martini: A Sodalibus S. Spiritus nihil hactenus habuimus; Vnum est Causæ caput.

An sit consulendum Sanctissimo pro concessione Indulti in casu &c.

Non proposita.

Sess. 22. c. 6. de Ref.

RECINETEN.: Post mortem Caroli Mariotti Fratris, & Mariæ Antoniæ Sororis, quos Testamento condito anno 1731. hæredes in usufructu scripserat Sacerdos Hieronymus Mariotti, duas erigi e Bonis suis jussit Cappellanias ad nutum, etiam sine ulla causa amovibiles, certoque Sacrorum numero, quæ singulis hebdomadis agerent Cappellani, constituto. De Iure nominandi Cappellanos his verbis disposuit „ Il Jus poi di nominare li Cappellani pro tempore amovibili ad nutum anche senza causa, o ragione alcuna a „ dette due Cappellanie per una metà spetti al mio Parente più prossimo pro„ veniente dalla descendenza di Carlo Mariotti mio Padre, e se vi fossero „ più Parenti in grado eguale, spetti alli medesimi per ugual porzione in „ stirpes, e non in capita, e per l'altra metà spetti al Priore pro tempore „ della Ven. Confraternita di San Carlo di questa Città, ed in caso questa „ restasse soppressa, il detto Ius sia devoluto al Priore pro tempore della Ven. „ Confraternita del Santissimo Sagramento di S. Agostino di detta Città „ *de Jus vero passivo hæc scripta reliquit* „ Con dichiarazione però, che se fra li „ descendenti di Carlo Mariotti mio Padre vi sarà qualche Chierico capace, di „ buona vita, e costumi debba esser sempre preferito a qualunque estraneo „ Sacerdote, con ordine di conferirseli dette Cappellanie, o alcuna di esse „ sua vita durante, per potersi ordinare in Sacris a titolo di Patrimonio, e „ rispetto alli Estranei debbano sempre conferirsi a Sacerdoti poveri, che non „ possiedono altri Benefizi, o rendite Ecclesiastiche o a Chierici più poveri di „ buona vita, e costumi per promoversi al Sacerdozio come sopra „ Exequutores denique suæ voluntatis elegit.

Defunctis Carolo, & Maria Antonia Hæredibus usufructuariis, ob lites actas a Livia filia Caroli non potuerunt Exequutores Testamentarii voluntatem Hieronymi ad actum perducere erectione duarum Cappellaniarum. Rebus tandem omnibus compositis, preces obtulerunt Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabant, ut, commutata Testatoris voluntate, fundum, & Dotem duarum Cappellaniarum, quæ erigendæ erant, tribueret Congregationi Altaristarum Cathedralis Ecclesiæ Recinetensis, eorumque redditibus earumdem redditus uniret, ea tamen lege, ut onera omnia a Testatore data ferre, atque implere tenerentur, & in eorum numerum, si locus esset, cooptare, atque adlegere deberent Testatoris Consanguineos, qui omnibus essent præferendi, dum tamen eas haberent qualitates, quas vult Synodus Cardinalis

Roma

Roma Episcopi Recinetensis. Data fuit de hac postulatione cognitio Eminentissimis Patribus, a quibus auditus Episcopus secundum Exequutores respondit. Causas commutationis tum Episcopus, cum Exequutores Testamentarii has proponunt: Primam *necessitatis*, ex qua ultimas defunctorum voluntates commutari posse indubium, est, ut *ex Text. in leg. 5. ff. de Administ. Rer. ad Civit. pertinen.*, aliisque Juribus monuit *Monet. de Commut. ult. vol. cap. 3. quæst. 4. num. 92.*; necessitatem vero monstrari ajunt a tenuitate reddituum, quos habent Altaristæ, licet quotidie Choro intersint; ex qua reddituum tenuitate arguunt consulendum potius esse illis, quam incertis Cappellanis, quia longe satius sit cavere, ne opus pium jam perfectum destruatur, quam ut novum opus fiat, ut ex *leg. Pecunia ff. de Oper. public. leg. si quis 37. Cod. de Episc., & Cleric.* differunt *Francisc. Regius in Prolegomen. de Jurepatr. cap. 14. Perez Lara de Anniversar., & Cappellan. lib. 1. cap. 14. numer. 30., & seqq.*

Alteram vero causam ex *utilitate* deducunt, divinique Cultus augumento; Altaristæ enim assiduum Cathedrali Ecclesiæ servitium præstant, & Canonicas Horas quotidie in Choro persoluunt, nude auctis eorum redditibus accessione hæreditatis Testatoris, & augeri poterit eorum numerus, & pluribus Testatoris anima juvabitur suffragiis, & Ecclesiæ Honor, & Divinus Cultus augeri poterit. Addunt hac commutatione pinguius impleri Testatoris voluntatem, perpetuo enim, ut ipse voluit, sacra fient, & fundi hæreditarij, & in dotem constituti perpetuo servari poterunt; cum contra, si Cappellaniæ erigantur, non desint pericula. Amotio enim illa Cappellanorum, quæ etiam sine ulla causa fieri poterit, & mutatio perpetua Prioris Sodalitij, qui tribus tantum mensibus in Officio est, parere potest, ut fundus, & Dotes Cappellaniarum detrimenti aliquid accipiant; nec deerunt lites, jurgia, & dissensiones sive inter Cappellanos, & Patronos ob amotionem, sive inter Patronos ipsos ob nominationes, sive ex interpretatione voluntatis Testoris.

Consanguinei Testatoris jus, quod habent, remiserunt, & transtulerunt in Episcopum publico instrumento: Unus inde mutavit sententiam, accessitque Sodalitio S. Caroli, quod sese præstat contradictorem, & a quo nondum libellum Juris habuimus. Causæ caput est.

An sit consulendum Sanctissimo super applicatione Cappellaniarum favore Congregationis Altaristarum Cathedralis Ecclesiæ Recineten. in casu &c.

AQUINATEN. SUSPENSIONIS, ET CENSURARUM: Synodales Constitutiones nonnisi post annos quatuor ab habita Synodo in lucem hominum edidit Aquinas Episcopus, indixitque Sacerdotibus omnibus, & Clericis universæ Diœceseos pœna suspensionis, & Censurarum, ut codicem quisque emeret carolenis quatuor: novem ex his exemplaribus misit ad Archipresbyterum, & Canonicos Cathedralis Aquini. At ubi Constitutiones legerunt Canonici, continuo agnoverunt plurimum iis illatum fuisse detrimenti Iuribus Cathedralis, plurimumque a via Iuris, & Iustitiæ aberratum fuisse. Coacto igitur Capitul, uno omnium consensu visum est exemplaria, ad Curiam Episcopalem esse remittenda, quod factum est errores, & menda, quæ irrepserant, corrigere, & tollere primum promisit Vicarius Generalis: mutato inde ab Episcopo consilio, ut cogeret Capitulum ad accipienda, & emenda exemplaria, petente Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis, decrevit Vicarius Generalis, ut contra Capitulum *rigorosa caperetur informatio*. Id ubi rescivit Capitulum, declaravit in actis damna, quæ ex Synodalium Constitutionum impresso Codice Juribus Cathedralis Ecclesiæ Aquini, nisi purgaretur, & emendaretur, inferebantur; Appellavitque a quacumque coactione ab Episcopo inferenda. Movit hæc res animum Vicarii. & die sequenti, quæ erat 28. Aprilis, decrevit, ut exemplaria ad Capitulum remitterentur, adjecta pœna suspensionis *ipso facto* incurrendæ, si renueret, mandatoque adjecit, ut caperetur informatio, expediretur citatio ad Testes pro examine, ut-

Sess. 25. c. 3. de Ref.

utque sub eadem pœna suspensionis *ipso facto* tenerentur Capitulum die Festo Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi edere in Actis librum Actorum Capitularium.

Expedita fuit die 30. Aprilis citatio contra Canonicos ad dicendum Testimonium veritatis *si per nonnullis arduis causis mentem Visi, & nostram digne moventibus*, & præsertim super spretu Capituli, a quo Codices novem remissi fuerant. Capitulum die 1. mensis Maii declaravit in Actis non posse recipere exemplaria Synodi non emendata, neque teneri ad edenda Acta Capitularia, & secundo appellavit. Spreta tamen appellatione, Vicarius Generalis die 2. ejusdem mensis relaxavit Monitorium ad dicendum intra triduum causam, quare Capitulares omnes non deberent declarari incursi in suspensionem a Divinis, & Cedulones affigi expressis in monitione Causis „ Ex eo, „ quia ausi sunt d. exemplar trasmittere ad hanc Episcopalem Curiam, & ex „ eo quia exhibere, & producere Librum Actorum Capitularium recusarunt in „ termino præfixo „ atque intra hoc triduum tracti fuerunt ad Curiam duo Canonici, & duo Beneficiarii, & formiter examinati, atque ita omnia, quæ voluit, ab his rescivit Curia Episcopalis. Die 4. mensis Maii tertio appellavit Capitulum, frustra, nam Vicarius Generalis duo tulit Decreta alterum die 8. ejusdem Mensis, quibus Archipresbyter & Canonici declarantur incursi in suspensionem a Divinis, & mandatur, ut Cedulones affigantur. Die 9. repetita fuit, & publicata suspensio, & Cedulones affixi. Appellavit quarto Capitulum, & postulavit declarari, an appel atio in suspensivo, vel in devolutivo esset admittenda; Vicarius Generalis facile pronunciavit appellationem in devolutivo tantum esse servandam, & Capitulum quinto appellavit.

Re ad hoc Sacrum Tribunal delata, disputat Capitulum suspensionem, & Censuras nullas esse, & injustas: nullas quidem, quia latæ fuerint post interpositas tot appellationes ad Sanctam Sedem, quæ servari debebant in suspensivo, tum quia Judex cum Causæ cognitione processit, tum quia res non erat, aut est de Synodo, & observatione eorum, quæ in Synodo constituta fuerunt, quo casu in devolutivo tantum servari debet appellatio, sed agebatur, & agitur de materialis exemplaris Synodi emptione, & venditione, neque unquam venit in mentem Sanctissimis Patribus, qui Sacros Canones condiderunt, ut cogerent invitos emere Codices Synodalium Constitutionum pœna suspenpensionis, & Censurarum, & appellantes ab hoc decreto coercere alia pœna, ut appellatio in devolutivo tantum admittatur. Accedit ad nullitatem defectus trinæ monitionis; Accedit præceps Judicium, quod incæptum, & absolutum fuit intra paucorum dierum circulum, cum saltem duorum Mensium terminus præfigi debuisset Capitulo, quibus posset ad examen revocare easdem Constitutiones, & si quid in iis offendisset, quod emendatione egere videretur, vel ipsum adire Episcopum, vel Summum Pontificem, ut definitum fuisse ab hoc Sacro Tribunali refert *Nicol. in Flosc. Verbo Synodus n.* 4.

Injustas etiam Censuras esse contendit Capitulum, quia ex nullo crimine inflictæ fuerint: Iure siquidem potuit Capitulum recusare emptionem novem exemplarium Synodi, eaque ad ultroneum venditorem remittere; nemo enim cogitur invitus emere, vel vendere, ut est in *leg. dudum Cod. de Contrah. empt.*, & debere Episcopos cavere, ne pœna Censurarum cogant Clericos Diœcesanos ad emenda exemplaria Synodi, cum omnis quæstus suspicio ab iis debeat abesse, docuit hoc Sacrum Tribunal in Causa *Larinen. decretorum Synodalium* 30. *Augusti* 1732. *Thes. Resol. Sac. Congreg. illius anni pag.* 387., *& seq.*, & SANCTISSIMVS DOMINVS NOSTER in fine Operis absolutissimi *de Synod. Diœces.* Eoque amplius, quod pluribus erroribus jura Cathedralis Ecclesiæ lædentibus scateret Codex, ideoque non culpa Capituli, a quo recipi non debebat, ne eos probasse, & agnovisse videretur, sed Episcopi factum est, ne reciperetur, qui debuerat menda tollere: Capitulum actorum editionem nec

peti

peti potuiſſe ab Epiſcopo, cui jus non eſt *ſumendi arma de domo rei*, ut eſt in adagio legali, neque dari debuiſſe, quia jam probe noviſſet Epiſcopus ex Canonicorum, & Beneficiariorum examine, quid actum fuerit in Capitulo, ut diſputant Canonici, quorum libellus excurrit denique ad monſtrandum nimia facilitate, & extra Caſus a Iure permiſſos Epiſcopum in his Conſtitutionibus Synodalibus ductum fuiſſe ad ſuſpenſionum, & Cenſurarum pœnas infligendas: poſtulatque, ut authoritate S. Tribunalis Codex ille a mendis, vitiiſque, quibus ſcatet, detergatur, & emendetur. A Promotore Fiſcali nihil habuimus. Dubium eſt.

An Cenſuræ, ſeu ſuſpenſio ſubſtineantur in caſu &c.

Non propoſita.

Die Sabbathi 28. Februarii 1750.

SEX primæ, quas ordine ſuo ſubijcimus, Cauſæ in ultima Ampliſſimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 24. tranſacti menſis *Januarij* proponi non potuerunt: Rogantur itaque Eminentiſſimi Patres, ut repetita lectione *Folij* ejuſdem *Congregationis*, eas, ut Iuris eſſe cenſuerint, definiant.

COMEN. FVNERVM, ET FVNCTIONVM CONVENTVALIVM, in qua VIII. Dubia diſputantur. *Seſſ. 22. c. 13. de Regul.*

I. *An Archipresbyter, & omnes Presbyteri Capituli Cleri Sæcularis Dungi aſſociando Cadavera ad Eccleſiam Patrum Reformatorum teneantur incedere ſub illorum Cruce, ſeu potius iidem Reformati ſub Cruce dicti Cleri, vel ambo valeant propriam Crucem elevare?*

II. *An in eadem aſſociatione liceat dictis Archipresbytero, & Presbyteris Cleri Sæcularis ingredi dictam Eccleſiam Patrum Reformatorum cum Stola, & Cruce elevata, ſeu potius teneantur ad ejuſdem Eccleſiæ Fores ſiſtere, ibique ultimum vale defuncto dare?*

III. *An eidem aſſociationi debeant invitari tot Presbyteri Sæculares, quot vocantur Regulares, vel potius, invitato tantum Parocho actuali, debeat in reliquis ipſorum Funerum pompa ab hæredum arbitrio pendere?*

IV. *An quotieſcumque promiſcue invitantur Presbyteri Sæculares, & Regulares, Candela, quæ manualiter geſtatur danda Presbyteris Sæcularibus debeat eſſe major illa, quæ datur Regularibus, vel potius æqualis ponderis, & arbitrio hæredum?*

V. *An Patres Reformati eidem aſſociationi invitati teneantur accedere ad levandum Parochum ab Eccleſia Parochiali, ſeu potius debeat dictus Parochus pro hujuſmodi effectu ſe conferre privatim ad domum Defuncti juxta prætenſam conſuetudinem?*

VI. *An Cadavera eligentium ſepelliri cum Habitu Sancti Franciſci PP. Reformatorum debeant patenter diſcooperta ad Eccleſiam, & locum ſepulturæ deferri, vel potius ſuper iiſdem Cadaveribus imponendum ſit ſolitum Pallium, & Tegumentum Mortuorum?*

VII. *An ſit ſolvenda quarta funeralis ſepelliendorum in Eccleſia Patrum Refor-*

Reformat orum, & de quibus Candelis.

VIII. *An Archipresbyter, & Presbyteri Cleri Sæcularis Dungi prohibere possint Patribus Reformatis celebrare Missas, aliasque Conventuales Functiones etiam cum præventivo campanarum sonitu peragere ante, vel in actu celebrationis Missæ Parochialis in casu &c.*

Dilata in omnibus, & coadjuventur probationes juxta Instructionem.

Sess. 25. c. 19. de Regul. NEAPOLITANA RESTITVTIONIS IN INTEGRVM, cujus unum Caput est.
An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative.

Sess. 25. c. 5. de Regul. URBANIEN. CLAVSVRÆ, cujus unum Caput est.
An Atrium, de quo agitur, sit extra Clausuram Conventus S. Francisci Civitatis Urbaniæ, itaut servanda sit prætensa consuetudo immemorabilis super illius libertate in casu &c.

Dilata, & proponatur, citato Procuratore Fiscali Curiæ Episcopalis.

Sess. 23. c. 1. de Refor. SYRACVSANA INDVLTI, in qua quæritur.
An sit consulendum Sanctissimo pro concessione Indulti in casu &c.

Dilata & scribatur Episcopo pro Informatione, & voto, auditis Partibus.

Sess. 22. c. 6. de Refor. RECINETEN., cujus Caput est.
An sit consulendum Sanctissimo super applicatione Cappellaniarum favore Congregationis Altaristarum Cathedralis Ecclesiæ Recineten. in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 25. cap. 3. de Ref. AQVINATEN. SVSPENSIONIS, ET CENSVRARVM, cujus Dubium est.
An Censuræ, seu suspensio subsistineantur in casu &c.

Negative.

Sess. 23. c. 11. de Ref. JANVEN Data fuit hæc Causa *in Folio Congregationis* habitæ *die* 22. *Martii* superioris *anni* 1749: sed proposita non fuit: Proposita itaque *in Congregatione* habita *die* 26. *Aprilis* ejusdem anni Dubio, quod erat,, An Puellæ

Ter-

„ Tertii Ordinis S. Dominici Civitatis Januæ nuncupatæ *Tertiariæ* ſubjectæ ſint „ Juriſdictioni Parochi in caſu &c. „ Reſponſum accepit „ *Affirmative* „ Ut hanc definitionem Parochus confirmaret, Literas Apoſtolicas a Sacratiſſimo Principe noſtro impetravit. Certiores hac de re factæ Sorores Tertii Ordinis; cum in literis adjecta eſſet clauſula *ſalva tamen in præmiſſis authoritate memoratæ Congregationis*, poſtularunt audiri adverſus contumacialem illam definitionem Sacri hujus Tribunalis, & obtinuerunt quod poſtulabant, *non retardata tamen executione Brevis*. Nunc itaque retractari Judicium illud poſtulant, & ex facto minus vera narraſſe Parochum referunt, cum non duæ, ſed una ſit Genuæ domus, quam ſua pecunia emptam incolunt hæ Sorores Tertii Ordinis S. Dominici, cui hæret earum Eccleſia publica: ipſas Profeſſionem emittere, & vota ſimplicia Caſtitatis, Obedientiæ, & Perſeverantiæ in Collegio Clauſuram ſemper rigidiſſime, & ſervaſſe, & ſervare, neque huc illuc vagari, ut Parochus narrabat: Cautum fuiſſe apertiſſimis Summorum Pontificum Conſtitutionibus, ut a Juribus Parochialibus, & Epiſcoporum Juriſdictione exemptæ eſſent, & liberæ: ita ſemper ſervatum fuiſſe, ita definitum a Cardinali Laurentio Fliſchio Genuæ Archiepiſcopo; idem eſſe ſervandum authoritate Sacri hujus Tribunalis, Sacræ Rotæ, & communis Doctorum ſententiæ diſputant. Cetera agnoſcent Eminentiſſimi Patres lectione libelli ab iis dati. Dubium, quod proponitur eſt.

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

CRACOVIEN. CONTRIBVTIONIS: Primum Cauſæ hujus Dubium, quod erat „ An Præpoſitus Commendatarius teneatur contribuere pro ædificatione Eccleſiæ, & Conventus Miechovienſis incendio conſumptæ, nec „ non pro ſupellectilibus, & aliis ad uſum ejuſdem Eccleſiæ, & in qua ſumma „ in caſu &c „ Definitum fuit ab Amplitſimis Patribus in *Congregatione* habita *die* 26. *Aprilis* ſuperiore *anno* 1749. Reſponſo „ *Affirmative pro tertia parte reddituum Commendæ*. Abſoluta fuit hujus Dubii diſputatio in *Congregatione* habita *die* 22. *Novembris eodem anno*, in qua propoſito Dubio „ *An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis* „ Reſponderunt Eminentiſſimi „ Patres „ *In deciſis, & amplius* „ Acceſſerunt poſt primam definitionem „ Tria Dubia, quorum „ Primum erat. An Tertia Pars adſignanda ſit in quota Bonorum? *ſecundum*, An, & pro qua rata expenſarum fieri debeat per „ Abbatem Commendatarium contributio? *Tertium*, An nova Eccleſiæ reædificatio, ſeu reparatio fieri debeat juxta antiquam ſtructuram, ſine in aliam „ ampliorem, & elegantiorem formam Canonicis beneviſam in caſu &c. „ Hiſce propoſitis dubiis in eadem *Congregatione diei* 22. *Novembris*, reſpondit Sacrum Tribunal eorum Primo -- *Affirmative juxta modum, & modus eſt, quod aſſignetur Tenuta Miechovienſis per Decennium* Cæteris autem reſpondit „ *Dilata, & ad mentem* „ Cum itaque nunc Abbas Commendatarius ad novum examen revocet Sacri hujus Tribunalis definitionem, quæ tria reſpicit Dubia, quæ acceſſerunt, hæc, quæ ſubiicimus, Capita ab Eminentiſſimis Patribus erunt expedienda. *Seſſ. 25 cap. 21. de Regul.*

I. *An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis die* 22. *Novembris* 1749.?

II. *An, & pro qua rata expenſarum fieri debeat per Abbatem Commendatarium contributio?*

III. *An nova Eccleſiæ reædificatio, ſeu reparatio fieri debeat juxta antiquam ſtructuram, ſive in aliam ampliorem, & elegantiorem formam Canonicis beneviſam in caſu &c.*

Ad I. in decisis, & amplius. Ad II. provisum in resolutione capta die 26. Aprilis 1749. Ad III. scribatur Nuncio Apostolico juxta instructionem.

Sess. 25. cap. 19. de Regul.

CASERTANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Ut Antonium Filium ad vestes alicujus Regularis Ordinis suscipiendas adigeret Franciscus Pella minis, verberibus, & alimentorum denegatione usus est, metuque illato eum adscribendi Millitiæ. Fractus animo Juvenis vestes Ordinis Cappuccinorum suscepit, emissa tamen ante protestatione in actis, qua declaravit vim, metumque illatum a Patre, animumque suum a Regulari disciplina, & a quacumque ratihabitione aversum. Exacto probationis anno, quo currente, pluries de vi metuque illato conquestus est, emissique Professione, iterum in actis protestatus est, ut fecerat pridem. Post annos fere viginti-quatuor ab emissa Professione postulavit in integrum restitui, causatus pertinacem, obstinatumque animum Patris, qui nondum conscientiæ stimulis agitatus, neque a minis perpetuo inferendis abstinuerit, neque opem, & pecunias ad hanc causam agendam præstare voluerit: Resipuisse tandem Patrem, qui vim, metumque filio illatum publice in actis fassus est. Mandata fuit ab Eminentissimis Patribus Jurisdictio Episcopo Casertano, ut, impleta saluberrima Constitutione Sacratissimi Principis nostri, processum Judicialem conficeret. Auditus fuit Pater, auditi plures Testes, atque ipse P Joannes a Magdalono, qui in sæculo nuncupabatur Antonius Pella, auditus longo scripto P. Guadianus Cappuccinorum. Episcopus secundum P. Joannem respondit: Causa nunc proponitur, & ab Eminentissimis Patribus definiendum est.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative.

Die Sabbathi 14. Martii 1750.

Sess. 23. c. 14. de Ref.

JANUEN. Dilata fuit Causæ hujus Propositio in *Congregatione* ultima Amplissimi hujus Ordinis habita *die* 28. transacti mensis *Februarii*, Parocho id postulante: Poterunt itaque nunc Eminentissimi Patres, repetita lectione utriusque *Folii*, primi dati *in Congregatione diei* 22. *Martii anno* 1749., & alterius dati in *ultima Congregatione*, Dubium, quod proponitur, expedire.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata, & scribatur Archiepiscopo juxta instructionem, & interim per Parochum nil innovetur.

Sess. 14. c. 18. de Ref.

COMEN. FUNCTIONUM: Data fuit Causæ hæc VII. collecta Capitibus in *Folio Congregationis* habitæ *die* 17. *Maii* superiore anno 1749.: Primum Caput erat „ An in festo titulari Ecclesiæ, de qua agitur, aliisve Festis Mis„ sæ decantari valeant independenter a Parocho? II. An Ven. Sacramentum „ exponi posset in dicta Ecclesia, sola impetrata licentia Episcopi, & indepen-

denter

„ denter ab eodem Parocho? III. An in ſupradicta Eccleſia per Sacerdotes ab „ Ordinario approbatos expici valeant quocumque tempore Sacrametales Fide- „ lium Confeſſiones independenter a dicto Parocho? IV. An independenter a „ Parocho extra tempus Paſchale adminiſtrari poſſit in eadem Eccleſia Ven. „ Euchariſtiæ Sacramentum? V. An ibidem de licentia Epiſcopi, & indepen- „ denter a Parocho haberi poſſint Panegyricæ Conciones? VI. An Anniver- „ ſaria, & Officia pro Defunctis ad libitum celebrari valeant independenter a „ Parocho in eadem Eccleſia? VII. An, & cui competat jus peragendi Exe- „ quias, & Officium funebre ſuper Cadaveribus, quæ tumulantur in ſepulcro „ dictæ Eccleſiæ? *Reſpondit Sacrum Tribunal*: Ad I. Negative. Ad II. Affir- „ mative. Ad III. Negative. Ad IV. Negative, præter quam in actu cele- „ brationis Miſſarum. Ad V., & VI. Affirmative. Ad VII. Competere Pa- „ rocho. „ Omnia hæc Capita ad novum examen nunc revocantur, & reſ- pondendum eſt ab Eminentiſſimis Patribus.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis in omnibus, & amplius.

NARNIEN. MATRIMONII: Species hujus Cauſæ data fuit in *Folio Congregationis* habitæ *die* 27. *Auguſti anno* 1746., quod publici Juris factum eſt *Vol. XV. Theſ. Reſol. Sac. Congr pag.* 85 Reſpondit ea die Sacrum Tribunal -- *Eſſe locum cohabitationi triennali* -- Facto igitur hoc triennali periculo, Lavinia Cardol. adhuc ſe Virginem, atque integram ſentiens, repetitis probationibus imbecillitatis Viri, quas propoſuerat in Judicio acto anno illo 1746., additiſque novis Viri confeſſionibus, poſtulat ab Eminentiſſimis Patribus, ut infelix connubium ſolvatur, & ad omnem amovendam difficultatem offert ſe novo periculo, ut obſtetrices, Sacri hujus Tribunalis authoritate, ventrem inſpiciant. Pertinet itaque ad prudentiam, & doctrinam Ampliſſimorum Patrum, ut dicant, qua Juris ratione expediendum ſit Dubium. *Seſſ. 24. cap. 1. de Reform. Matr.*

An ſit locus diſſolutioni Matrimonii in caſu &c.

Fiat recognitio corporis mulieris per obſtetrices deputandas ab Epiſcopo.

CALARITANA CONTRIBUTIONIS: Teſtamento Joannis Coppolæ hæres ſcriptum fuit Antonius Filius, cui onus annuum his verbis adjectum eſt „ Voglio, e laſcio, che delli miei Beni ſi abbiano da dare tutti gl' „ anni ſcudi trenta per aggiunta della Feſta, che tutti gl' anni ſi celebra nella „ Chieſa di Santa Roſalia in onore di detta Santa, ma però reſtando il Go- „ verno di detta Chieſa per la Nazione Siciliana come oggi, e perché ſempre, „ e quando per qualche accidente detta Nazione non aveſſe il maneggio, ed „ amminiſtrazione, come oggi hà, voglio, ed è l'eſpreſſa mia volontà, che „ li miei eredi non ſiano obligati a coteſta contribuzione. „ Paruit quotannis voluntati Patris Antonius; At cum anno 1740. Natio Sicula Eccleſiam ceſſiſſet Patribus Minoribus Obſervantibus Ordinis Sancti Franciſci, data etiam iiſdem poteſtate ædificandi Monaſterium, uti factum eſt, & Eccleſia ampliata fuerit, & novum Oratorium conſtructum, ideo Antonius Coppola putans factum eſſe locum ademptioni Legati in Jus vocavit Nationem Siculam, quæ ceſſa licet Eccleſia, ex pacto tamen in contractu appoſito, ejuſdem adminiſtrationem retinebat, ut Judex declararet ceſſaſſe Legatum. *Seſſ. 22. cap. 8. de Ref.*

Poſſeſſorio Judicio victus fuit Antonius, vicit petitorio, lata ab A. C. ſententia anno 1747., qua abſolutus fuit a præſtatione hujus Legati. Natio Sicula impetravit a Sacratiſſimo Principe noſtro, ut Sacrum hoc Tribunal de

hac causa cognoscceret. Proponitur nunc, & urget Coppola venisse casum ademptionis Legati mutatione status facta ab Ecclesia, neque in dubium revocari posse licere Testatori legata dare sub conditione, eaque adimere, ut diserte respondit Ulpianus in *l. si quis ita §. fin. de adimen & transf. leg. t.* Neque, etiam ambigendum esse de mutatione status Ecclesiæ, cum illa, quæ sæcularis erat, authoritate Episcopi facta fuerit Regularis, quod fieri posse ab Episcopo explorati Juris est ex decreto Concilii Toletani *in can. si Episcopus 67. causa 12. quæst. 2.*, & est in *cap. ad audientiam de Eccles. ædif. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 11. num 331., & seqq.* Solamque cessionem Ecclesiæ Patribus Franciscanæ Familiæ factam a Natione Sicula satis esse, ut ademptum dicatur Legatum, cum Testator voluerit, ut eadem ratione, eodemque modo Ecclesia esset penes Nationem Siculam, quo erat tempore scripti Legati, *come oggi*: nullam habendam esse rationem de pacto retinendi administrationem Ecclesiæ, cum sit in fraudem ademptionis, & ad eam vitandam; opponitur enim hoc pactum cessioni, ex qua Jus, & ut ita dicamus, dominium Ecclesiæ translatum fuit in Patres, itaut pactis hisce contrahentium deterior fieri non potuerit conditio hæredis, qui apertam habet Testatoris voluntatem, animumque adimendi legatum, si casus evenerit.

Hinc disputat Antonius Nationem Siculam non posse in integrum restitui, uti postulat, adversus pacta conventa in cessione facta Patribus Franciscanis, cum desit causa, quæ in lesione esse debet, cum cessio, & translatio Ecclesiæ non evenerit ex facto alieno, vel Principis, cui parere necesse sit, sed ex consilio, & libera voluntate Nationis Siculæ, quæ cum veniat contra factum proprium, non jure postulat, ut in integrum restituatur *Innocent. in cap. sæpe num. 57. ibique Ripa num. 27. de restit. spoliat. Soccien. in l. rem quæ nobis num. 8. ff. de acquir. Possess.* Hæc atque alia Antonius Coppola: a Natione, sive Sodalitio Nationis Siculæ nihil hactenus habuimus: Duo sunt Causæ Capita.

I. *An attenta receptione PP. Minorum Observantium in Ecclesia Sanctæ Rosaliæ debeatur præstatio annua Legati, de quo agitur in casu &c.*, & quatenus Negative.

II. *An Societati Nationali Siculorum in d. Ecclesia sit concedenda restitutio in integrum adversus pacta occasione dictæ receptionis conventa in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 21. c. 2. de Ref.

ROMANA: Authoritate Pauli V. Summi Pontificis anno 1618. a clar. mem Odoardo Carditali Farnesio erectum fuit in insigni Collegiata Ecclesia S. Mariæ in Via-Lata Collegium septem Beneficiariorum, totidemque Clericorum Beneficiariorum; His autem singulis singulorum Canonicatuum, quorum ea tempestate redditus annui erant scutorum 450., septimam partem pro Dote tribuit, itaut Clericis Beneficiariis constitutus fuerit ex hac attributione annuus redditus scutorum circiter *septuaginta quinque*, quibus satis consultum videbatur, ut vitam honeste ducerent. Statuit, etiam idem Cardinalis Farnesius, ut quisque horum Beneficiariorum intra annum Sacerdos fieret, adjecta pœna his verbis, quæ *cap. 5. Constitutionum* habentur -- *Quod si eorum quilibet in promoveri se faciendo ex quavis Causa defecerit, quarta parte privetur Sacristiæ applicanda, donec efficiatur idoneus.* Bona universa hujus Ecclesiæ administrarunt semper, & nunc administrant Canonici; Redditus autem ita decreverunt, ut neque Canonicatus, neque Beneficia eamdem præstent summam, sed longe minorem, itaut Clerici Beneficiarii, qui sæculi hujus initio, diminutis redditibus, percipiebant annua scut. 55., nunc vix percipiant, detractis oneribus, annua scut. 40.

Obti-

Obtinuit Clericatum Beneficiarium in hac Eccleſia Jo: Bernardus Venſtreip, qui, cum de Sacerdotio cogitaret, ut Conſtitutiones impleret, tituli defectu non potuit voluntatem ſuam explere, cum Beneficium, quod unum habet, non præſtet annua ſcut 60., quot præſtare neceſſe eſſet, ut poſſet ad Sacros Ordines promori. Expectabat igitur, ut aliud Beneficium ei daretur Optimi Principi Beneficientia: At Canonici cenſuerunt ſubjiciendum eum eſſe pœnæ privationis quarte partis fructuum, ut jubent Conſtitutiones. Confugit ille ad hoc Sacrum Tribunal, poſtulavitque, precibus oblatis, inducias ſibi dari ad Sacros Ordines ſuſcipiendos, utque ei poteſtas eſſet integros Beneficii fructus percipiendi. Auditus fuit, vacante eo tempore illius Eccleſiæ Titulo, Eminentiſſimus S. R. E. Cardinalis Vicarius Urbis, qui cenſuit ſecundum Jo: Bernardum Vanſtreip eſſe reſpondendum: Idem viſum eſt Eminentiſſimo Alexandro Albano S. R. E. Cardinali Ampliſſimo, qui inde Titulum illum obtinuit. Obſtitere tamen Canonici, qui non negantes tenuitatem reddituum Beneficii dicebant teneri eum *ſupplere aliis redditibus Eccleſiaſticis, vel prophanis*. Nunc itaque Cauſa proponitur, & diſputat Jo: Bernardus, Tridentini decreto cautum fuiſſe, *ne quis deinceps Clericus ſæcularis ad Sacros Ordines promoveatur, niſi prius legitime conſtet eum Beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſte ſufficiat, pacifice poſſidere*.

Cum igitur Beneficium, quod habet, ſibi ad victum honeſte non ſufficiat, quia non præſtat annua ſcut. 60., quæ neceſſaria ſunt, ut Romæ Clericus ſæcularis ad ſacros Ordines promoveatur, conſequens eſſe, ut excuſandus ſit a pœna Conſtitutionum, quæ poterat habere locum eo tempore, quo Beneficium præſtabat annua ſcut. 75.; non vero poteſt habere locum hoc tempore, quo præſtat annua ſcut. 40., cum ei imputari non poſſit, ſi non promoveatur, ſed legi jubenti, ut Beneficium poſſideat, quod ſibi ad victum honeſte ſufficiat, itaut ad effectum pœnæ, & privationis Conſtitutio habenda ſit pro impleta, dum culpæ Beneficiarii tribui non poteſt, ne impleatur, & ideo non excuſandus tantum ſit a pœna, ſed etiam integros Beneficii ſui fructus accipere debeat, ut habet *Gloſſ. in cap. commiſſa verbo Faſto impedimento de Elect. in 6. & in Clement. Ut ſi verb. Impedimento de ætat. & qualit. Barboſ. de Canonic. cap. 16. num. 11.* Addit Jo: Bernardus conſuetudinem, cum idem ſervatum fuerit in aliis Beneficiariis; Addit diſpoſitionem Conſtitutionis veniſſe ad eum caſum, a quo incipere non poterat ob mutationem ſtatus, & redditutum Beneficiorum, & conſequenter, & onus, & pœnam ab eadem Conſtitutione data, tollenda eſſe, cum, licet initio utiliter conſtituta fuerint, mutatione tamen ſtatus rei mutari quoque debeant: Alia addit Bernardus, quæ in ejus libello legent Eminentiſſimi Patres. A Canonicis nondum aliquid habuimus. Dubium Cauſæ eſt.

An ſit locus pœnæ privationis quartæ partis fructuum ob non promotionem ad Sacros Ordines in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

NEAPOLITANA NULLITATIS PROFESSIONIS: Licet Sacro Diaconatus Ordine honeſtatus eſſet Joſeph Gargiulo Nicolai filius, de pluribus tamen apud Curiam Archiepiſcopalem accuſatus criminibus, numquam impetrare potuit, ut ad Sacerdotium promoveretur. Cum vero jam attingeret quadrageſimum annum, neque Eminentiſſimus Archiepiſcopus flecteretur; Nicolaus filio ſuaſit, ut alicui Regulari Ordini nomen daret; negavit Joſeph; inſtabat Pater, pernegabat filius: eo denique ventum eſt, ut Pater mortem filio indixerit veneno inferendam; ſed neque his minis fractus eſt animus filii. Pater itaque eum domo expulit, inde eum accuſavit in Curia Archiepiſcopali, quod ab obſequio defeciſſet, & hac cauſa in Carceres conjectus fuit. Dum in vinculis detinebatur, audivit a familiaribus Patris, nul- *Seſſ. 25. cap. 19. de Regul.*

lum

lum inde exitum esse, nisi ut Monasterium ingrederetur; addidit Pater deceptionem curaturum se, ne exploraretur a Vicario Generali: ita enim facillime posse Vestes Ordinis abjicere, & in pristinam sese liberratem recipere, postquam Sacerdotio honestatus fuisset. Quartus jam labebatur mensis, & adhuc in vinculis detinebatur Joseph, qui hac vita pertæsus, apud PP. Ordinis Discalceatorum S. Mariæ Mercedis in Conventu nuncupato *della Graziella* die 29. Octobris anno 1745. Vestes suscepit, animo eas abjiciendi, ubi Sacerdotium assequutus fuisset; ante tamen in actis protestationem emisit se *viribus Præturæ compulsum, & per vim, & metum* ingredi Monasterium.

Nondum transactis sex mensibus, rescivit Pater filium cogitare de fuga; curavit igitur, ut Professionem maturrime emitteret, & ut opus perficeretur dispensationem obtinuit, ideoque filius nondum semestri probationis exacto, Professus est suscepto nomine Josephi Mariæ a Sancto Nicolao. Post emissam Professionem Sacerdos factus est; quia vero in ipso Professionis actu adversum animum a Regulari disciplina monstraverat, curavit Pater, ut extra Regnum Neapolitanum traduceretur. Jussus itaque Pater Joseph Maria venit in Ditionem Pontificiam Cisternæ Neronis, ubi Monasterium Ordinis est. Non diu tamen moram in illo traxit, arrepta enim fuga Neapolim revisit, & judicium nullitatis suæ Professionis post quinque ab illa emissa menses instruxit. Processus Judicialis factus est in Curia Episcopali, auditi fuerunt sex Testes, & ipse Nicolaus Pater, auditus fuit Procurator Patrum Discalceatorum, Defensor Professionis, & Promotor Fiscalis: Demum lata fuit sententia a Vicario Generali, & a P. Priore PP. Discalceatorum, qua nulla, atque irrita Professio declarata fuit. Appellavit Promotor Fiscalis ad hoc Sacrum Tribunal, & nunc Eminentissimis Patribus Dubium expediendum proponitur.

An constet de nullitate Professionis in casu &c.

Negative, & amplius,

Sess. 22. cap. 6. de Ref.

SYRACUSANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS: Congregationem Sacerdotum Oratorii S. Philippi Nerii Syracusis instituit anno 1652, pia Mulier Margarita Grandi, variis adjectis conditionibus, aliisque adjiciendis a Joanne Francisco ejus filio, ut scilicet quotidie tria Sacra agerentur, & quotannis duo Anniversaria: Ut sine ulla impensa in Congregationem admitterentur Sacerdotes consanguinei ex certis designatis stipitibus descendentes, si tamen essent idonei: ut, si vel unus in Congregatione esset Sacerdos, vel laicus adjutor, redditus omnes in Ecclesiæ servitium erogare posset, & Sacerdotes illos, qui Congregationi nomen dare vellent, recipere. Nihil intactum omisit Jo: Franciscus Margaritæ filius, ut Sacerdotes alliceret ad hanc Congregationem, sed ortis dissidiis inter Sacerdotes, ita Collegium decrevit, ut aliquando duo tantum integram componerent Congregationem. Opem omnem suam contulit, qui tunc Ecclesiæ illi præerat, Episcopus de Marimis, ut res componerentur, accitis etiam exteris Sacerdotibus, sed videns omnia in irritum cedere, postulavit ab Optimo Principe Benedicto XIII., ut, commutata Margaritæ voluntate, ex redditibus, & Bonis hujus Congregationis erigerentur Præbendæ Theologalis, & Pœnitentiaria, utque ex reliquis redditibus erigerentur Cappellaniæ quædam pro Ecclesiæ servitio, honestæque Puellæ in domo Oratorii alerentur.

Annuit Pontifex prudentissimus, sed Episcopus morte occupatus opus perficere non potuit. Omnia igitur ab eo tempore in deterius abierunt, & Ædes Oratorii vacuæ sunt ab anno 1741. Mala hæc videns, qui nunc Ecclesiæ illi præest, Episcopus, precibus oblatis Sacratissimo Principi nostro, postulavit, ut, mutata Margaritæ voluntate, ex redditibus inanis hujus Congregationis

nis augerentur annua scut. 250. Canonicis suæ Cathedralis distributionum nomine, & ex iis, qui supereſſent, inſtitueretur in eadem domo Oratorii Collegium ad inſtar Oblatorum, qui Mediolani ſunt, inſtituti a D. Carolo Borromeo, eodem tamen manente Titulo S. Pgilippi Nerii, in quod Collegium cooptarentur pro modo redditum Eccleſiaſtici, qui Sac. Scripturæ, Conciliorum, & Liturgiæ ſtudiis operam navarent, & Sacrorum onera implerent; utque ad mitterentur ſine ullo ſtipendio Clerici, vel Sacerdotes conſanguinei Fundatricis, & alii Juvenes alimenta ſolventes, & denique ad Sacros Ordines promovendi per ſex menſes in eo Collegio moram traherent. Data fuit poſtulationis hujus cognitio Ampliſſimis Patribus; nunc Epiſcopus fuſe differit juſtam adeſſe, & neceſſariam commutationis hujus cauſam. Contradicunt conſanguinei, quorum tamen libellum nondum habuimus. Unum eſt Cauſæ caput.

An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro commutatione voluntatis in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

LUCANA MISSÆ CONVENTUALIS; Antiquiſſima Cathedralis Eccleſia Lucenſis a S. Paulino Antiocheno ſuam jactat originem. Primis Eccleſiæ temporibus, & hæreditatibus, & Donationibus, & Largitionibus Principum aucta fuit, quarum tamen nomina edacit temporis dente delata ſunt. Norunt eruditi omnes morem fuiſſe ea tempeſtate hæc nomina ſacris Diptycis inſcribendi, ſed variata diſciplina, mutatiſque moribus, Summi Pontifices conſtituerunt, ut Sacrum Conventuale ageretur *pro Benefactoribus in genere*. Hæc Sanctiſſimorum Pontificum providentia tranſiit demum in legem univerſalem cognitiſſima Conſtitutione Honorii III. *in cap. cum Creatura de celebrat. Miſſar.* Pridem tamen Alexander II. Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Lucenſis, qui neque ſpeciatim, neque in genere pro iis, quorum liberalitate redditus, & Bona nullis oneribus pravata poſſidebant, preces fundere conſuerunt, Conſtitutione ſua, quam refert *Ughel. in Ital. Sac. in Epiſcop. Lucenſ. vol. 1. num. 48. conſtit. 2.* indixit anno 1070., ut *omni die una ſolemnis Miſſa cum Diacono, & Subdiacono hora tertia cum Canonicis horis, ſicuti conſuetudo depoſcit Matricis Eccleſiæ*, celebraretur. *Seſſ. 22. decr. de Lcit., & Obſcr. in Cel. Miſ.*

Sæculo XIV. inſtitui primum in ea Cathedrali Eccleſia cæperunt Beneficia, ſeu Cappellaniæ, earumque Fundatores, ut mos illius ætatis ferebat, certis ſacrorum adjectis oneribus, animæ ſuæ conſulerunt. Cum autem tenues eſſent earumdem Cappellaniarum redditus, & ob id ſervitium negligeretur Eccleſiæ, Eugenius IV. Sereniſſimæ Reipublicæ precibus ductus Cappellaniis univit Monaſterium S. Pantaleonis, dato onere celebrandi quotannis Feſtum, & ſolemne Sacrum agendi in ejus honorem. Redditibus hujus Monaſterii conſtituta fuit Maſſa diſtributionum quotidianarum, quibus Cappellani ad præſtandum Eccleſiæ ſervitium allicerentur; Aucto inde Cappellanorum numero, aucti quoque fuerunt redditus, nam Innocentius III. univit Collegium Cappellanorum Civitatis, data Cappellanis Eccleſiæ obligatione implendi onera, quibus Collegium illud Cappellanorum Civitatis obſtrictum erat. Hac pariter obligatione Cappellaniis Eccleſiæ Cathedralis unitæ inde fuerunt plures Eccleſiæ Parochiales, itaut Bona omnia, quæ poſſident Cappellani, ſive a Fundatoribus aſſignata, ſive ex Unionibus quæſita particularibus oneribus ſint affecta. Cum denique numerus Cappellanorum excreviſſet, omneſque, nulla prætermiſſa die, tenerentur Choro, Divinisque Officiis intereſſe, anno 1533. a Canonicis impetrarunt, ut *per Tertiarium ſingulis denis diebus abſolvendam intereſſe eiſdem liceret*; ſatis namque hac ratione decori, & dignitati Eccleſiæ conſultum videbatur.

Poſt Canonicorum decretum cæperunt Cappellani onus celebrationis Sacri Conventualis, non vero applicationis ſubire. Summo labore facta fuit anno 1601.

Tab-

Tabbella, qua ita Sacri Conventualis celebratio distributa fuit Cappellanis, ut eadem die illud agere quilibet eorum teneretur, qua, ut propriis oneribus satisfaceret, sacrum agere, & applicare pro Cappellaniæ suæ Fundatore tenebatur; Et si aliquando propriis non detineretur oneribus, ea die stipendium pro Sacro acciperet ab Ædituo, illudque applicare teneretur *per sodisfare alle Messe manuali della Sagrestia*, ut constat ex apertissima Canonicorum confessione emissa in libello oblato Sacræ Rituum Congregationi anno 1699., & ex testificatione Æditui ipsius Cathedralis Ecclesiæ. Res ita sese habuerunt ad annum usque 1744., quo anno Sacratissimus Princeps noster BENEDICTUS XIV. Literis Encyclicis, quas nos publici Juris fieri curavimus in fine *Vol. XIII. Thes. Resol. Sac. Congreg. pag.* 221. jussit, ut in Ecclesiis omnibus Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis applicaretur diebus singulis *Missa Conventualis pro Benefactoribus in genere*. Hoc onus applicationis Canonici Cathedralis Ecclesiæ Lucensis in Beneficiatos, sive Cappellanos rejicere tentarunt: Obstiterunt Cappellani, & res ad hoc Sacrum Tribunal dilata est.

Auditus fuit Archiepiscopus, & Causa omnis IV. Capitibus collecta est Promotor Fiscalis petiit, ut, lite pendente, provideretur, & decretum fuit, ut *per modum provisionis, & sine præjudicio jurium Cappellanorum Missæ applicarentur per Cappellanos, reservatis quoad eleemosynam eorum juribus usque ad exitum Causæ*. Difficultas omnis sedet in primo controversiæ capite; D sputant enim Cappellani onus hoc applicationis Missæ Conventualis pro Benefactoribus in genere, tum ex antiqua Ecclesiæ consuetudine, tum ex speciali Alexandri II. Constitutione ad solos Canonicos, spectare, cum ipsi solum possideant ea bona, quæ collata in Ecclesiam fuerunt a piis hominibus, quorum fuga temporis periit memoria, quique ea bona dederunt nullis oneribus adjectis; nam, quæ ipsi possident Cappellani, Bona, sive a Fundatoribus data sint pro dote Cappellaniarum, sive ex Unionibus Pontificia authoritate factis in Massam coaluerint, hoc onus respuunt, cum quæque oneribus suis certis obnoxia sint. Neque enim Sacrum Conventuale applicare tenentur Cappellani pro iis Benefactoribus, qui, certo numero Sacrorum constituto in fundatione Cappellaniæ, animæ suæ consuluerunt, ut tradunt *Monacell. Form. l. legal. in supplement. ad tom.* 1. *num.* 238. *pag.* 25. *Fargna de Jurepatron. par.* 2. *can.* 27. *cas.* 12. *num.* 10., ubi ita definitum refert ab hoc Sacro Tribunali in *Squillacen. Missæ Conventualis* 24. *Septembris anno* 1712.

Longe immunus hoc onus contraxisse dicunt Cappellani ex Unionibus factis authoritate Pontificum, cum ex iis non alia subire teneantur onera, quam ea, quibus res unitæ gravabantur; Ideoque, cum nec Monachi Monasterii S. Pantaleonis, nec Collegium Cappellanorum Civitatis, nec Parochialium Ecclesiarum Parochi ad applicationem Sacri Conventualis tenerentur, ut de his distincte tradunt *Pasqualig. de Sacrif. nov. Leg. tom* 2. *quæst.* 885. *num.* 1. *& seq. Ursaya discept. Eccles. tom.* 2. *par.* 1. *discept.* 32. *per tot.* & Sacrum hoc Tribunal *in Montis Flasconen.* 12. *Februarii* 1718., quod responsum refert Sanctissimus Dominus Noster in Opere doctissimo *delle Feste de Santi, e del S. Sagrificio della Messa par* 2. *Sess.* 2. *num.* 60 *tom.* 2., sequatur inde, ut, ne Cappellani quidem teneantur. Alia addunt Cappellani, neque enim animus est omnia excerpere, quæ habent in eorum libello. Canonici nondum libellum Jurium suorum dederunt. Hæc sunt Causæ Capita.

I. *An Cappellani Beneficiati, seu Mansionarii Ecclesiæ Cathedralis Lucanæ teneantur applicare pro Benefactoribus in genere Missas Conventuales, quas celebrant per Turnum in casu &c.*, & quatenus Affirmative.

II. *An iidem Beneficiati, seu Mansionarii teneantur, etiam pro non applicatis in casu &c.*

III. *An*

III. *An ipſis Beneficiatis, ſeu Manſionariis, ultra diſtributiones aſſignatas omnibus de Choro ad ſtantibus eiſdem Miſſis Conventualibus, debeat eleemoſyna pro dictarum Miſſarum Conventualium applicatione*, & quatenus Affirmative.

IV. *An hæc eleemoſyna ſit detrahenda ex Maſſa communi, & propria dictorum Beneficiatorum, ſeu Manſionariorum, ſeu potius ex diſtincta Maſſa Canonicorum in caſu &c.*

Ad I. affirmative, & amplius. Ad II. ad D. Secretarium cum Sanctiſſimo. Ad III. affirmative, & amplius. Ad IV. affirmative ad primam partem, negative ad ſecundam.

RAVENNATEN., SEU FAVENTINA JURISDICTIONIS: Convenerunt Archiepiſcopus Ravennas, & Epiſcopus Faventiæ, ut controverſiæ inter eorum Curias ortæ ab hoc Sacro Tribunali definientur. Controverſiæ Capita hæc ſunt: negat Epiſcopus Jus eſſe Archiepiſcopo Ravennati Metropolitæ ſuo conſtituendi Tabellionem in Civitate Faventiæ, qui appellationes ad Archiepiſcopalem Audientiam interpoſitas recipiat; Negat Miniſtros ſive laicos, ſive Eccleſiaſticos exigendis redditibus conſtitutos ab Archiepiſcopo exemptos eſſe, atque immunes ab Ordinaria Juriſdictione: negat demum Jus eſſe Archiepiſcopo deputandi Miniſtros, & Commiſſarios cum Familia armata, qui Proceſſus conficiant, & Juriſdictionem exerceant in Civitate, & Diœceſi Faventina. Contra Archiepiſcopus hæc ſibi Jura aſſerit; Collecta itaque Cauſa tribus Capitibus proponitur Ampliſſimis Patribus definienda. A Promotore Fiſcali Curiæ Metropolitanæ nondum libellum Jurium habuimus. Epiſcopus totus eſt in libelle ſuo, ut monſtret Archiepiſcopum conſuetudine hæc omnia agendi niti non poſſe. Quid conſilii capiendum ſit viderint Eminentiſſimi Patres. Capita controverſiæ ſunt. *Seſſ. 22. c. 7. de Ref.*

I. *An liceat Curiæ Archiepiſcopali Ravennæ deputare in Civitate, & Diœceſi Faventina Notarium ad recipiendas appellationes, aliosque Miniſtros pro exercitio ſuæ Juriſdictionis?*

II. *An Miniſtri, ſive mere Laici, ſive Eccleſiaſtici deputati ab eadem Curia pro exactione reddituum Menſæ Archiepiſcopalis ſint exempti a Juriſdictione Ordinarii?* & quatenus Affirmative.

III. *An Curia Archiepiſcopali poſſit pro ſui libito eoſdem Miniſtros deputare, & quoad eos ita Juriſdictionem exercere, ut valeat tranſmittere Commiſſarios, ac Familiam armatam, fabricare Proceſſus, & ſimilia in Civitate, & Diœceſi Faventina, itaut Proceſſus ultimo loco conſtructus contra Barbettum ſuſtineatur in caſu &c.*

Dilata ad ſequentem.

Die Sabbathi 18. Aprilis 1750.

QUatuor primæ, quas ſubiicimus, Cauſæ *in ultima Congregatione* habita *die* 14. tranſacti menſis *Martii* definitæ non fuerunt, indulta ad hanc *Congregationem* dilatione: Rogamus itaque Eminentiſſimos Patres, ut ad eas definiendas *Folium* ejuſdem *Congregationis* iterum conſulant.

Seſſ. 22. c. 8. de ref.

CALARITANA CONTRIBUTIONIS, cujus duo ſunt Capita.

I. *An attenta receptione PP. Minorum Obſervantium in Eccleſia Sanctæ Roſaliæ debeatur præſtatio annua Legati, de quo agitur in caſu &c.*, & quatenus negative.

II. *An Societati Nationali Siculorum in d. Eccleſia ſit concedenda reſtitutio in integrum adverſus pacta occaſione d. receptionis conventa in caſu &c.*

Dilata, & ſcribatur Archiepiſcopo juxta mentem, & proponatur citatis Partibus obſervantibus.

Seſſ. 21. cap. 2. de Ref.

ROMANA, in qua quæritur.

An ſit locus pœnæ privationis quarte partis fructuum ob non promotionem ad Sacros Ordines in caſu &c.

Affirmative.

Seſſ. 22. cap. 6. de ref.

SYRACVSANA COMMVTATIONIS VOLVNTATIS, cujus unum Caput eſt.

An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro commutatione voluntatis in caſu &c.

Negative.

Seſſ. 22. c. 7. de refor.

RAVENNATEN, SEV FAVENTINA JVRISDICTIONIS, in qua tria Dubia diſputantur.

I. *An liceat Curiæ Archiepiſcopali Ravennæ deputare in Civitate, & Diœceſi Faventina Notarium ad recipiendas appellationes, aliosque Miniſtros pro exercitio ſuæ Juriſdictionis?*

II. *An Miniſtri, ſive mere Laici, ſive Eccleſiaſtici deputati ab eadem Curia pro exactione reddituum Menſæ Archiepiſcopalis ſint exempti a Juriſdictione Ordinarii?* & quatenus Affirmative.

III. *An Curia Archiepiſcopalis poſſit pro ſui libito eoſdem Miniſtros deputare, & quoad eos ita Juriſdictionem exercere, ut valeat tranſmittere Commiſſarios, ac Familiam armatam, fabricare Proceſſus, & ſimilia in Civitate, & Diœceſi Faventina, ita ut Proceſſus ultimo loco conſtructus contra Barbettum ſuſtineatur in caſu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Negative. Ad III. Proviſum in ſecundo.

Majo-

MAIORICEN. Dedimus Cauſæ ſpeciem, & rationes in *Folio Congregationis* habitæ *die* 25. *Januarii* ſuperiore *anno* 1749 Dubium illius erat -- *An ſit locus Ordinationi Joannis Joſephi, ſive potius obſtet impedimentum ab Epiſcopo allegatum* -- Reſponderunt Eminentiſſimi Patres -- *Affirmative ad primam partem, negative ad ſecundam*. Hæc definitio ad novum examen nunc revocatur, & reſpondendum eſt. *Sess. 23. c. 4. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

FANEN., SEU SENOGALLIEN. SPONSALIVM: Placuit Sacro Tribunali in *Congregatione* habita *die* 20. *Decembris* ſuperiore anno 1749. reſcribere in hac Cauſa -- *Dilata, & ad mentem* -- Mens autem fuit, ut Anaſtaſia Archangeli in Urbem veniret, ut libera ejus voluntas exploraretur. Mens hæc impleta fuit, voluntas explorata eſt, & duo nunc Dubia Cauſæ, quæ definita non fuerunt, proponuntur. *Sess. 24. c. 1. de Ref. Mart.*

I. *An ſit locus aſſumptioni Habitus Religioſi, & Profeſſioni reſpective?* & quatenus Affirmative.

II. *An ſit locus reſtitutione munerum in caſu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Affirmative poſt emiſſam profeſſionem, & quoad expenſas itineris tantum teneri Joſephum Ferri juxta liquidationem faciendam coram D. Secretario.

URBANIEN. CLAUSURÆ: Reſcripſit Sacrum Tribunal in hac Cauſa *die* 28. ſuperioris menſis *Februarii* -- *Dilata, & proponatur citato Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis*. Impletis itaque Mandatis Eminentiſſimorum Patrum, Cauſa proponitur, & ad eam expediendam opportunum erit iterum conſulere *Folium Congregationis* habitæ *die* 24. menſis *Januarii*, in quo primum data fuit. Unum ejus Caput eſt. *Sess. 25. cap. 5. de Regul.*

An Atrium, de quo agitur, ſit extra Clauſuram Conventus S. Franciſci Civitatis Urbaniæ, ita ut ſervanda ſit prætenſa conſuetudo immemorabilis ſuper illius libertate in caſu &c.

Negative, & ampliùs.

ROMANA, SEV JANUEN LEGATI: Definita fuit hæc Cauſa in *Congregatione* habita *die* 20. *Decembris* tranſacto anno 1749. Duo erant ejus Capita I. *An, & a quo tempore ſit locus præſtationi ſoldorum* 25. *in caſu &c.* II. *An, & quæ ſumma ſubminiſtranda ſit pro primis expenſis in caſu &c.* Reſpondit Sacrum Tribunal -- *Ad I. Negative pro nunc. Ad* II. *proviſum in primo*. Redit nunc ad novum Eminentiſſimorum Patrum Judicium Franciſcus Juſtiniani, iterumque poſtulat præſtationem Legati; Poterunt igitur Ampliſſimi Patres, repetita lectione *folii ejuſdem Congregationis diei* 20 *Decembris*, reſpondere. *Sess. 22. cap. 8. de ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Reliquæ non propoſitæ.

Seſſ. 25. cap. 19. de Reg.

TULLEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM : Profeſſionem emiſit invita Carlotta Thiery aſſumpto nomine *Sororis S. Auguſtini* in Monaſterio Monialium Urſulinarum Commeren Diœceſos Tullenſis *die* 30 *Maii anno* 1737. Sævus Pater Bellicas tantum doctus aries, Patriam Poteſtatem, etiam in electione ſtatus filiorum locum habere putabat. Minis, & imperio Paterno reſiſtere non valens Carlotta Monaſterium ingreſſa eſt, ſed averſum animum non lacrymis tantum, & verbis, ſed etiam factis tum ante, tum poſt emiſſam Profeſſionem aperuit. Poſt duos menſes probationis Nonaſterium deſervit, & in domum cognatæ fœminæ ſe recepit; Quia vero minaces a Patres literas accepit, quibus etiam ejus honorem, atque æſtimationem vulgo læſam dicebat, Monaſterium reviſit, ut, quam in ore populi amiſerat, pudicitiam recuperaret. Fabula tamen hæc erat, & commentum Patris, ut filiam induceret ad repetendum Monaſterium. Anno probationis curiente, omnem collavit operam, ut eiiceretur; nec deſuit id a Matre exquirere, quæ tamen eam decepit violando fidem, quam dederat; timebat enim Carlotta a Monialibus, & ideo ſimulabat cum iis. Profeſſionis ſolemnia verba emiſit voce tremenbunda, atque ita ut, qui aderant, cognoſcerent animum a Regulari diciplina alienum; unaque in Civitate eſſet omnium ſententia, Puellam invitam coactam fuiſſe a Parentibus, ut Ordini nomen daret. Poſt emiſſam Profeſſionem nullus elapſus eſt annus, quo cum amicis, & familiaribus querelas non funderet: Fugam tentavit, ſed fugere non potuit, niſi jam tranſacto quinquennio: deprehenſa, & revocata ab Epiſcopo, in alio Monaſterio. Ordinis S. Dominici depoſita fuit. Hic primum reſcivit adverſus Profeſſionem dici poſſe, ignorabat enim pridem omnia: hic preces obtulit Sacratiſſimo Principi noſtro, a quo cauſæ cognitio Ampliſſimis Patribus data fuit Epiſcopus, cui ab hoc Sacro Tribunali mandata fuit juriſdictio, proceſſum judicialem fecit: Plures auditi fuerunt Teſtes, audita ipſa Monialis: Epiſcopus cenſet in integrum eſſe reſtituendam. Hæc ex libello Monialis accepimus, nam ab Ordine, aut *Defenſore profeſſionis* nondum aliquid habuimus: Dubium eſt.

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Die Sabbathi 9. Maii 1750.

PRiores duæ, quas ſubjicimus, Cauſæ in ultima Ampliſſimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 18. tranſacti menſis *Aprilis* proponi non potuerunt: Tertia vero ad hanc *Congregationem* dilata fuit. Poterunt igitur Eminentiſſimi Patres *Folium illius Congregationis* iterum conſulere, ut eas expediant.

Seſſ. 22. cap. 8. de Ref.

ROMANA, SEU JANUEN. LEGATI., qua quæritur.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Recedendum à Deciſis juxta modum, & modus eſt, quod durante curſu Tryremium ſubminiſtrentur ſcuta quindecim menſtrua, ultra ſcuta quinque, & quoad primas expenſas -- Nihil.

TUL-

TULLEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM, cujus Dubium eſt. *An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.* *Seſſ. 25. cap. 19. de Regul.*

Negative,

MAJORICEN., cujus Caput eſt.
An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Seſſ. 23. c. 4. de Ref.

Non obſtare Impedimentum ab Epiſcopo allegatum.

TARENTINA CONTRIBUTIONIS: Species hujus Cauſæ repetenda eſt ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 18. *Martii anno* 1747., quod publici Juris factum eſt *Vol. XVI. Theſ. Reſol. Sac. Congreg. pag* 25., dilata fuit ea die Dubii definitio, ſed *die* 12. *Auguſti eodem anno* 1747 iterum propoſita Cauſa, Dubio, quod erat -- *An, & in qua ſumma debeatur contributio Ven. Seminario Tarentino ab Ignatio Marreſe pro Beneficio, ſeu Abbatia SS. Petri, & Andreæ in caſu &c.* Reſponderunt Ampliſſimi Patres -- *deberi pro rata bonorum dumtaxat poſſeſſorum per Abbatem Ignatium Marreſe*, ut in *dicto Vol. XVI. Theſ. Reſol. Sac. Congregat. pag* 58. Reddiit Cauſa ad novum Judicium anno 1748., vocato in Jus R. P. D. Puoti, atque altero adjecto Dubio: *An & in qua ſumma debeatur contributio a R. P. D. Puoti Ven Seminario Tarentino in caſu &c.*, & Sacrum Tribunal in *Congregatione* habita *die* 27 *Januarii eodem anno* 1748. reſpondit -- *Dilata, & exhibeantur Literæ Apoſtolicæ proviſionis utriuſque Partis*, ut in *Theſ. Reſol. Vol XVII. p g.* 7 Exhibitis itaque Literis Apoſtolicis, Cauſa repropoſita fuit *die* 27 *Aprilis* eodem *anno* 1748., & Primo Dubio, in quo agebatur de contributione debita ab Abbate Ignatio Marreſe reſponſum fuit: *In deciſis & amplius*: Alteri Dubio, in quo agebatur de R. P. D. Puoti, reſponſum fuit *deberi pro rata bonorum*, ut in eodem *Theſ. Reſolut. Vol. XVII. pag.* 35. Retractari Judicium hoc poſtulat R. P D. Puoti, & ideo nunc reſpondendum erit. *Seſſ. 23. c. 17. de ref.*
An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

THELESINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Data fuit hæc Cauſa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 22. *Novembris* tranſacti *anno* 1749. Dubioque, quod propoſitum fuit: *An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu*: reſpondit Sacrum Tribunal *Negative*. P. Joachim Magri Remiſſoriam poſtulavit in *Congregatione* habita *die* 24. *ſuperioris menſis Januarii*, ſed Eminentiſſimi Patres eam poſtulationem rejecerunt reſcribentes *Dilata, & nihil de remiſſoria*. Nunc itaque de ſola reſtitutione in integrum agendum eſt, & reſpondendum. *Seſſ. 25. c. 19. de Regul.*
An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

LIPA-

Seſſ. 22. c. 8. & 9. de Ref.

LIPAREN. EXEMPTIONIS HOSPITALIS: Teſtamento juſit Bartolomeus Rutilius Liparenſis, ut poſt obitum Ædes ſuæ in Hoſpitale verterentur: Commiſſarios, atque Exequutores, & Adminiſtratores hujus Pii Operis elegit, iiſque facultatem dedit alios ſucceſſive nominandi, voluitque „ che non „ ſiino tenuit detti miei Fideicommiſſarj dar conto a niuna Perſona di quello „ amminiſtreranno etiam de negligentiis commiſſis, & male adminiſtratis, o „ per altra coſa quommocumque, & qualitercumque etiam, che ſarebbono richieſti a dar conto dal medeſimo Prelato. „ Morte obita a Teſtatore factum fuit Hoſpitale, nulla, ut dicitur, authoritate Epiſcopi interveniente, ſine Altari, ſine Cappella, ſine ære tinnulo, ſine beneficio Immunitatis. Hoc Hoſpitalem numquam ab Epiſcopis viſitatum fuit, numquam Epiſcopi ab Adminiſtratoribus rationes exegerunt. Qui tamen nunc Eccleſiæ illi præpeſt Epiſcopus, & Hoſpitale viſitare voluit, & rationes ab Adminiſtratoribus vult exigere. Obſtiterunt illi, & re ad hoc Sacrum Tribunal delata, auditus fuit Epiſcopus, & nunc Cauſa proponitur, diſputantibus Exequutoribus Teſtamentariis, atque Adminiſtratoribus Hoſpitalis, non poſſe Epiſcopum rationes adminiſtrationis exigere, quia in ipſo limine fundationis Epiſcopus expreſſe excludatur, quæ una limitatio eſt ex duabus, quæ communiter dari ſolent diſpoſitioni Tridentini, ut apud *Barboſ. de Jur. Eccleſ. Univ. lib. 2. cap. 11. num. 50. & ad Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 9. num. 9.* Sacra hæc Congregatio in reſponſo apud *de Marinis Reſol. jur. lib. 1. cap. 39. num. 8, & in Pientina 15. Februarii 1607., & in Derthuſen. 27. Maii 1634.* Viſitationi etiam locum non eſſe diſputant iidem Exequutores Teſtamentarii, quia res ſit de Opere Pio mere Laico, neque Eccleſiaſtica Immunitate potiatur; Addunique demum factum negativum omnium retro Epiſcoporum, qui Hoſpitale numquam viſitarunt, & numquam rationes ab Adminiſtratoribus exegerunt. A Promotore Fiſcali nihil hactenus habuimus: Duo ſunt Cauſæ Capita.

I. *An Hoſpitale S. Bartholomæi Liparen ſit omnino exemptum a Viſitatione Epiſcopi?* Et quatenus affirmative.

II. *An Acta facta a Curia Epiſcopali Liparenſi ſuper Viſitatione d. Hoſpitalis ſint delenda?*

Reliquæ non propoſitæ.

Seſſ. 25. c. 9. de ref.

SENOGALLIEN. CAPPELLANIÆ; Poſtquam in Cathedrali Eccleſia Senogalliæ Armam Sanctiſſimo Crucifixo, & Divis Dominico, ac Franciſco pecunia ſua extruxerat Dominicus de Benedictis, ſtatuit in ea Cappellaniam fundare, & ob id die 18 Novembris anno 1677. Preces obtulit Epiſcopo, quibus conditiones legeſque hujus fundationis proponebat, ut eas Epiſcopus probaret. Sex erant leges hæ, & conditiones, quas ſuis verbis hic damus. Prima erat, ut bona in dotem Cappellaniæ aſſignanda, ſeu ut ipſe ait: „ „ Patronato ſia immune da qualſivoglia Peſo, Gabella, Impoſizione Camerale, Decime, o altre Impoſte, e da imporſi, & anco da ſpogli, perchè in „ coſa contrario intende, che li ſopradetti Beni s' intendano incorporati con „ gl' altri ſuoi Beni liberi, come ſe detto Juſpatronato non feſſe ſtato eretto, „ e ricadino liberamente a ſuoi figli, e diſcendenti col peſo di celebrare, o „ far celebrare le qui ſotto notate Meſſe: *Secunda continebat reſervationem Juriſpatronatus*; E di preſente al medeſimo Juſpatronato nomina, „ e preſenta D. Stefano ſuo figlio, e dopo la morte di detto D. Stephano ſuo „ figlio vuole, che la nominazione, e preſentazione appartenghi a sé medeſimo, durante la ſua vita, e dopo la ſua morte a ſuoi figli, e dopo queſti a „ ſuoi diſcendenti in infinito: *Tertia diſpoſuit de Jure Patronatus paſſivo*: „ quali però ſempre debbano nominare, e preſentare uno de ſuoi diſcendenti, „ cioè quello, che ſarà di maggiore età, e che unitamente voglia Clericare,

„ e coſa

„ e cosa che non volesse Clericare, debbano nominare, e presentare l' altro, o „ altri gradatamente, volendo, che si possano presentare anche gl' Infanti d' „ età approvata da Sagri Canoni, quando non vi fossero altri più abili, che „ volessero Clericare.

Quarta egit de oneribus Cappellanorum „ con dichiarazione, che tanto D Ste- „ fano, quanto altri, che si presentassero dopo la di lui morte nati però di le- „ gitimo patrimonio possino per se stessi, o per altri celebrare, o far celebra- „ re le qui sottonotate Messe con dichiarazione, che non siano obligati a reci- „ tare l' Offizio Divino, se non quando toccheranno l' anno vigesimo dell' età „ loro: *Quinta, in qua est nodus hujus Causæ, fuit*: e quando succedesse il „ caso, che restasse un solo della sua discendenza, o che anco vi restassero al- „ tri, che non volessero Clericare, vuole che quello, il quole restasse solo, o „ quelli che non volessero Clericare, godino l' entrate de sopradetti Beni con „ far celebrare le Messe da un Cappellano amovibite ad nutum da eleggersi „ da suoi figli, e discendenti, con la provisione, e carità di un pavolo per „ Messa. „ Sexta denique explicavit quantitatem Sacrorum, & Officiorum agendorum, ac locum, quæ, cum ad rem præsentem non pertineant, referre omittimus. Omnes has leges, & conditiones probavit Episcopus, adjecta decreto solita clausula: *quatenus Sacris Canonibus, & Apostolicis Constitutionibus non adversentur*, Cappellaniam prævia dotis assignatione obtinuit Stephanus primus præsentatus, eoque defuncto, cum nulli alli essent descendentes a Testatore, nisi ejusdem filia Barbara nupta Philippo Forastieri, presentatus ab ea fuit filius Franciscus Maria Forastieri, qui institutionem obtinuit ab Episcopo: Dimisit Franciscus Maria Cappellaniam, & Barbara mater præsentavit alterum filium natu minorem Lælium Forastieri, qui pariter ab Episcopo institutus fuit.

Lælius hic, mutata nunc sententia, Clericali Veste, Tonsuraque dimissa ad statum Laicorum reversus est, contenditque juxta quintam legem, & conditionem a Fundatore adjectam, & ab Episcopo probatam fructus Bonorum Cappellaniæ percipere, & ad Horas Canonicas non teneri, licet viginti annorum ætatem excesserit, cum nulli alli sint a Fundatore descendentes, cum Franciscus natu major Cappellaniam dimiserit, & nullus Clericari velit. Barbara Lælii mater, ut suæ, filiique conscientiæ consuleret, oblatis precibus Sacro huic Tribunali horum dubiorum definitionem postulavit. Audito Episcopo, dubia nunc proponuntur, & disputat Lælius rem esse de Beneficio mixto, licitam esse conditionem illam *quintam* a Fundatore adjectam, cum Beneficii Ecclesiastici redditus percipi possint a Laico, non jure, & titulo Beneficii, quod equidem vecavit dimissione vestium, & Tonsuræ Clericalis facta a Lælio, sed Jure, & titulo sæculari administrationis, donec aliquis veniat, qui capax sit *Lotter de re Benef. lib. 1. quæst. 32. num. 35. Graz. de Benef. par. 1. cap. 2. num. 30. Corral. in Prax. dispens. lib. 4. num. 27. Alphons. de Leo de off. Cappell. quæst. 4. par. 6. num. 3.*, & Sacra hæc Congregatio in *Dertonen. 15. Augusti* 1730. Quod si licita hæc conditio fuit, obesse clausulam ab Episcopo adjectam, *quatenus Sacris Canonibus, & Apostolicis Constitutionibus non adversentur*: disputat etiam ad Horas Canonices non teneri, quia hoc onus Beneficiis Ecclesiasticis, non simplicibus Legatis Piis injungitur, & illud fundator dare voluit iis, qui uti Clerici, & Cappellani Beneficium obtinerent, non iis, qui uti Patroni, & hæredes sanguinis redditus perciperent, si Clerici esse nollent, & nullus alius capax esset: Hec summa est rationum Barbaræ, & Lælii. Dubia sunt.

I. *An erectio Juispatronatus, de quo agitur, sit verum Beneficium, vel potius juxta reservationes a fundatore appositas sit merum Legatum Pium Laicale, ita ut Lælius, qui Clericare non vult, suos facere possit fructus ejusdem Juispatronatus cum onere tantum per alium celebrandi Missas a Fundatore præscriptas?* & quatenus negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam.

II. *An*

II. *An Lælius nolens Clericare perventus ad ætatem viginti annorum possit percipere fructus Pii relicti, de quo agitur absque eo, quod teneatur ad recitationem Divini Officii in casu &c.*

Sess. 24. c. 12. de ref.

URBINATEN. ERECTIONIS CANONICATUS: Testamento, quo decessit anno 1683. Comes Giudus Ubaldus Paciotti Urbinas hæredem scripsit Carolum Emanuelem Fratris filium, eique substituit filios masculos in infinitum, fœminis semper exclusis: Linea vero masculina defecta, substituit Sodalitium Sanctæ Mariæ Misericordiæ Plani Mercatus Urbini, his tamen adjectis oneribus „ Che i Signori Rettori debbano in quel tempo far eriggere „ un Canonicato, che sia di Massa del Rev. Capitolo d' Urbino, dandoli quel „ Capitale, o entrata, che concorderanno, e che l' elezzione d' esso Canoni„ cato spetti a medesimi Signori Rettori della Confraternita &c. Di più vo„ glio, che li medesimi elegghino un Mansionario per detta Cattedrale con„ darli la Provisione, che hanno altri, ed appoggiarli il peso, ed obligo, che „ averanno gl' altri Mansionarj &c. Voglio anche faccino un Chiericato nell' „ istesso Arcivescovado, che pare a me farà il quinto, al quale venga assegna„ ta tanta provisione, quanta hanno gl' altri, che tiene il Rev. Capitolo. „ Defecit anno 1744. linea masculina Caroli Emanuelis hæredis scripti, ideoque, cum evenerit casus substitutionis, hæreditas Com. Guidi Ubaldi delata fuit ad Sodalitium substitutum, dispunctisque a Peritis rationibus hæreditariis, compertum est eam esse scut. 22630. 31. Ducalium Urbini *nullis prorsus subjectam debitis*, ut his verbis refert Archiepiscopus. Omnia igitur parata videbantur, ut fierent erectiones, quas voluit Testator, sed renuente, & moras nectente Capitulo, Sodalitium satius duxit ad hoc Sacrum venire Tribunal, auditoque, ut moris est, Archiepiscopo, qui secundum Sodalitium respondit, Causa proponitur.

Exceptiones Capituli sunt, quod bona, quæ in dotem tradi debent, pluribus hypothecis obnoxia sint, cum neque æs alienum scutor. 2586. 66. monetæ Urbini, quo gravatur hæreditas, expunctum sit, neque factum fuerit multiplicum, quod ex molendini redditibus faciendum statuerat Testator. Firmandum itaque prius esse legitime statum hæreditarium, inde erigendum esse Canonicatum, quem tamen erigi vetat, nisi hæ, quæ sequuntur leges, & conditiones in ipso erectionis actu adjiciantur. *Prima* est, ut novus Canonicus oneribus omnibus, sive personalibus, sive realibus subjectus sit: *Secunda*, ut ad Decanatus dignitatem pervenire numquam possit: *Tertia*, ut admitti nequeat ad annuam Pensionem scut. 50., quam Clemens XI. Optimus, Maximusque Princeps quindecim Canonicis, qui *Antianitatis* prærogativa præstant, largitur est: *Quarta*, ut Sodalitium sese obligatum velit ad dotem Canonicatus augendam, quoties legata Massæ relicta, quorum bona jure usufructus ab aliis detinentur, cum eadem Massa consolidentur, idemque, ubi futuro tempore legata relinquantur, esse servandum. Censuit Archiepiscopus, cujus rationes libello suo substinet Sodalitium, statum hæreditatis optime constitutum fuisse: Æs alienum scut. 2586. 66. non esse hæreditatis Guidi Ubaldi, sed Friderici, & Caroli Emanuelis primi hæredis: Multiplicum non fuisse injunctum Sodalitio adeunti hæreditatem Testatoris, idque colligi, quia multiplicum cedere debebat in utilitatem priorum hæredum, qui necessario defecti supponuntur, cum ad Sodalitium hæreditas ex substitutione defertur: neque culpæ Sodalitii adscribendum esse, quod factum non fuerit, cum Carolus Emanuel primus hæres Apostolicum beneplacitum impetraverit, ut cum Sodalitio transigere posset, atque in ea transactione se, hæredes, bona obligata voluerit ad æs alienum expungendum, & multiplicum præstandum.

De conditionibus, quas Capitulum in ipso erectionis actu apponi vult, ita censuit Archiepiscopus: novum Canonicum onera personalia subire omnino teneri, realia vero, quanti fundorum assignandorum conservatio fructuumque

exa-

exactio æstimabitur, ut Missa Capitularis neque detrimenti aliquid capiat, neque utilitatis: non posse novum Canonicum Juribus, quæ Canonicatui adnexa sunt, renunciare, quale illud est optionis ad Decanatum, quæ Dignitas Canonico, qui tempore cæteris præstat, debetur; De Pensione a Clemente XI. elargita plures proponit conjecturas, quibus probetur Summum Pontificem noluisse ab ea repelli novos erigendos Canonicatus, fierique posse erectionem, *reservatis hinc inde juribus*: De quarta conditione augumenti dotis censet *rationem habendam esse pro relictis Massæ Capitulari factis, non vero faciendis*. Hec latius exequitur Sodalitii libellus, ut monstret Capitulum nulla ratione dissentire, &, hoc dissensu nequicquam obstante, Canonicatum esse erigendum, dotemque assignandam esse, quæ respondeat dotibus cæterorum Canonicatuum, Mansionariorum, & Clericorum; Paratos esse Sodalitii Rectores eam sive in specie, sive in quantitate tradere, uti magis lubeat Capitulo. A Canonicis nihil hactenus habuimus. Dubium est.

An sit locus erectioni Canonicatus, Mansionariatus, & Clericatus ad formam testamenti Guidi Ubaldi Paciotti, & quæ dos respective sit assignanda in casu &c.

GERVNDEN. ADMISSIONIS: Diuturno usu, & longa consuetudine observatum fuit, ut in Parochiali Ecclesia Turricellæ a Montegrino Diœceseos Gerundensis, Communitas Beneficiariorum componeretur iis tantum, qui Sacerdotes essent, hinc ad participationem emolumentorum ex Anniversariis, aliisque Officiis Sacerdotes tantum admissi fuerunt, Clericis exclusis; Jus tamen interessendi, & participandi sibi vindicant Clerici, quorum jura sustinet Magistratus, ad quem nominationes pertinent. Re ad hoc Sacrum Tribunal delata, auditus fuit, ut fieri solet, Episcopus, qui secundum Beneficiarios Clericos respondit. Censet enim eam consuetudinem incæpisse sæculi hujus initio, cum Bellorum causa deminutis redditibus, ut congrua Sacerdotibus integra esset, Clerici excludi debuerunt: spectandam itaque hanc consuetudinem hoc tempore non esse, que redditus Beneficiariis Clericis sufficere possunt: Dispositione *c. unic. de Cle. non resident. in VI.* Jus interessendi, & participandi de his redditibus simplicibus Clericis competere, idque agnovisse ipsam Communitatem, cum Taxam, quam Berengatius Episcopus anno 1499. ab absentibus solvendam statuit, exegit tam a Beneficiariis Sacerdotibus, quam a Clericis: Addit anno 1731. constitutum fuisse, ut *Fallentiæ Punctaturæ* ab iis solvendæ, qui Divinis Officiis non interessent, in arca communi retinerentur, & verterentur in augumentum distributionum, annoque 1735. constitutam fuisse a Vicario Generali certam quantitatem distribuendam singulis ex 30. Residentibus ob præsentiam tum Anniversariis, tum aliis Ecclesiæ functionibus, & sequenti anno 1735. eumdem Vicarium Generalem, ut Sedis Apostolicæ Delegatum, cum redditus oneribus impares essent, raduxisse onera, habita ratione quantitatis distribuendæ in singulos ex 30. Residentibus: hinc colligit Episcopus Beneficiarios Clericos non esse excludendos, ne redditus; & distributiones in alios usus convertantur, nam Clericis exclusis, illud sequeretur, ut exacto anno, supereffent non solum *Punctaturæ*, sed etiam distributiones, a quibus Clerici excluduntur, licet in numero 30. Residentium comprehendantur. Hæc Episcopus. *Sess. 25. c. 4. de ref.*

Contra Communitas Sacerdotum consuetudinem illam etiam ante Bella sæculi hujus initio gesta, servatam in hac Ecclesia demonstrat: disputat triplicis generis esse Anniversaria, & Suffragia, quæ in hac Ecclesia agi debent: Alia enim a Testatoribus relicta fuisse, nullis designatis Personis, a quibus agi deberent: Alia, ut agerentur juxta Ecclesiæ consuetudinem: Alia, ut agenda sint a Sacerdotibus ejusdem Ecclesiæ: Ab his omnibus, eorumque emolumentis Clericos excludendos esse: A prima specie excludi, quia Anniversaria Ecclesiæ relicta censentur, ut a dignioribus agantur, quales sunt Sacer-

dotes: Accedente præſertim tacita Teſtatorem voluntate, qui ea agi voluiſſe cenſentur a Sacerdotibus potius, quam a Clericis, eoque amplius, quod inter hæc plurima ſint, quæ ſolum a Sacerdotibus agi poſſunt. De ſecunda ſpecie dubitari non poſſe ait Communitas, quia conſuetudo Eccleſiæ, ad quam ſeſe Teſtatores retulerunt, ſolos Sacerdotes admittat: Idem de tertia ſpecie Judicium eſſe, cum Teſtatores diſerte Sacerdotes nominaverint. Hæc Communitas, a Beneficiariis Clericis nondum libellus Jurium datus fuit. Vnum eſt Cauſæ caput.

An, & in quibus Anniverſariis, & Functionibus admittendi ſunt ad intereſſendum, & participandum de omnibus emolumentis Beneficiati Eccleſiæ Turricellæ a Montegrino adhuc ſimplices Clerici ad inſtar Presbyterorum in caſu &c.

Dilata ad primam Julii.

Die Sabbathi 6. Junij 1750.

EX *Folio* ultimæ *Congregationis* habitæ *die* 9. tranſacti Menſis *Maij* tres, quas primo ſubiicimus, Cauſæ expediendæ ſuper ſunt. Rogamus itaque Eminentiſſimos Patres, ut idem *Folium* conſulant, quo ſpecies, rationeſque, quæ in Cauſis illis proponuntur, ad memoriam revocare poſſint.

Seſſ.22. c. 8. & 9. de Ref.

LIPAREN., cujus duo ſunt Capita.

I. *An Hoſpitale S. Bartholomæi Liparen ſit omnino exemptum à Viſitatione Epiſcopi?* Et quatenus affirmativè.

II. *An facta a Curia Epiſcopali Liparenſi ſuper Viſitatione dicti Hoſpitalis ſint delenda?*

Hoſpitale non eſſe exemptum à juriſdictione Epiſcopi quoad redditionem rationis. Ad II. Proviſum in primo.

Seſſ. 25. c. 9. de Ref.

SENOGALLIEN. CAPPELLANIÆ, cujus pariter duo ſunt Capita.

I. *An erectio Juriſpatronatus, de quo agitur, ſit verum Beneficium, vel potius juxta reſervationes a fundatore appoſitas ſit merum Legatum Pium Laicale, ita ut Lælius, qui Clericare non vult, ſuos facere poſſit fructus ejuſdem Juriſpatronatus cum onere tantum per alium perlebrandi Miſſas a Fundatore præſcriptes?* & quatenus negative quoad primam partem, & affirmative quoad ſecundam.

II. *An Lælius nolens Clericare perventus ad ætatem viginti annorum poſſit percipere fructus Pii relicti, de quo agitur abſque eo, quod teneatur ad recitationem Divini Officij in caſu &c.*

Ad I. Affirmativè ad primam partem, quo vero ad ſecundam partem, facta per Lelium renunciatione Beneficii, & Clericatus Affirmativè. Ad II. Proviſum in primo.

URBI-

URBINATEN. ERECTIONIS CANONICATUS, in qua quæritur. *An ſit locus erectioni Canonicatus, Munſionariatus, & Clericatus ad formam teſtamenti Guidi Ubaldi Paciotti, & quæ dos reſpective ſit aſſignanda in caſu &c.* *Seſſ. 24. c. 12. de Ref.*

Affirmativè & dotem eſſe ſolvendam in pecunia numerata, ad effectum inveſtiendi in tot Locis Montium Cam. non vacabilium liberè juxtà legem fundationis, & Archiepiſcopus incumbat executioni.

LIBONEN. MATRIMONIIS: Duo ſunt in hac Cauſa contraria Sacris hujus Tribunalis Reſponſa; Propoſito in *Congregatione* habita *die* 14. *Decembris anni* 1748. Dubio -- *An conſtet de nullitate Matrimonii in caſu &c.* - Reſponſum fuit - *Affirmative* - In *Congregatione* vero, quæ habita fuit *die* 24. *Januarij hujus anni*, Dubio - *An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.* - Reſponſum fuit - *prævio receſſu a Deciſis non conſtare de nullitate Matrimonij* - In hac igitur reſponſorum varietate reſpondendum nunc eſt. *Seſſ. 24. c. 1. de Ref. Matr.*

An ſit ſtandum in primo, vel ſecundo loco deciſis in caſu &c.

In ſecundo loco deciſis, & amplius.

NARNIEN. MATRIMONII: Poſtquam Sacrum Tribunal in *Congregatione* habita *die* 27. *Auguſti anno* 1746. reſpondit in hac Cauſa - *eſſe locum Cohabitationi triennali* - Exacto triennio, iterumque propoſita Cauſa in *Congregatione* habita *die* 14. ſuperioris *Menſis Martij* reſponſum fuit - *Fiat recognitio corporis Mulieris per obſtetrices deputandas ab Epiſcopo* -- Inſpecto ab obſtetricibus ventre Laviniæ, renunciarunt illæ integram eam eſſe, atque inviolatam a Viro; Poſtulat itaque Lavinia, ut Eminentiſſimi Patres Dubium toties propoſitum expediant. *Seſſ. 24. c. 1. de Ref. Matr.*

An ſit locus diſſolutioni Matrimonii in Caſu &c.

Non propoſita.

ROMANA, SEU JANUEN. ASSIGNAMENTI: Species omnis hujus Cauſæ habetur in *Folio Congregationis* habitæ *die* 5. *Maii anno* 1742, quod in lucem Hominum editum fuit *Vol. XI. Theſaur. Reſol. Sac. Congregat. pag.* 96 Propoſito ea die Dubio - *An aſſignamentum factum Paulo Juſtiniano ſit conſignandum in caſu &c.* - Reſpondit Sacrum Tribunal - *Negative, & amplius* - ut in eodem *Vol.* XI. *Theſaur. Reſol. pag.* 78. Audiri contra hanc Definitionem poſtularunt Heredes Archiepiſcopi Chriſtophori Battelli emptoris annuæ præſtationis debitæ Paulo Juſtiniano, & obtinuerunt. Nunc Cauſa proponitur, & ex rationibus, quas dant in L bello Jurium, poſtulant, ut decernatur conſignatio annuarum præſtationum, quæ Paulo debebantur ad diem uſque 25. Januarii anno 1743., qua die Paulus obiit; Reſpondendum igitur eſt. *Seſſ. 22. c. 4. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Seſſ. 24. c. 1. de Ref. Matr. PISAUREN. SPONSALIUM: A Dote Puellæ Claræ Magni Patris, Patruique hæredis venerunt ſagittæ, unde plures nobiles Juvenes Conjugem eam optaverunt. Hos inter Joſeph Armellinius Nobilis Urbinas felicior viſus eſt, nam ejus Mater res compoſuit cum Matre Claræ, & tabulas nuptiales ſignarunt, inſcia prorſus eadem Clara. At, ubi Puella certior hac de re facta fuit, in Matrem indignata primo poſtulavit a Judice ut a cura Mater removeretur, inde judicio egit, ut declararetur nullitas Sponſalium, ſe abſente, atque ignorante, contractorum cum Joſepho Armellinio, & poſt longas moras ſententiam obtinuit a Vicario Generali Piſaurenſi. Provocavit Joſeph ad Judicium Metropolitani, ſed Decreto R. P. D. Auditoris Sanctiſſimi res delata eſt ad Ampliſſimos Patres. Duo ſunt, quæ a Clara proponuntur: Primum eſt Sponſalia nulla eſſe, quod ſine ejus ſcientia, conſenſu, & præſentia contracta fuerint a Matribus, nam ſi Sponſalia ſunt mutuæ repromiſſiones futurarum nuptiarum, neceſſe eſt nulla eſſe, cum Clara abſens, & ignara futuras nuptias neque promiſerit, neque repromiſerit; Ubi vero ea reſcivit, ratihabere noluerit: Ratihabitionem enim non concludere ſermones, menſam piſtolas, in quibus nullum verbum eſt de Sponſalibus. Alterum eſt, quod, etſi valida dici poſſent Sponſalia a Matribus contracta, diſſolvenda tamen ſint, nec cogendam eſſe ad matrimonium contrahendum; Res enim eſt de Fœmina, non de Viro: levem quamcumque Cauſam ſatis eſſe, ut Fœmina a Sponſalibus non juratis recedere poſſit, & reſilire: Cauſam hic eſſe vehementem, quod Clara ignoraverit Joſepum omnia bona ſua Fratri donaſſe intuitu matrimonii, quod contraxit, quod, ſi ante reſciſſet Mater Filiam bene nummatam, non ſponſiſſet Viro nobili, ſed pauperrimo, cum alii eſſent æquè nobiles, ſed ditiores, qui has nuptias appeterent; Coactioni igitur non eſſe locum in Fœmina juxta conſtantem Sacri hujus Tribunalis ſententiam deductam ex *cap. Requiſivit de Sponſal.* Addit explorationi locum non eſſe, cum ipſa per ſe poſitionibus a Joſepho datis coram Vicario Generali, remotis arbitris, reſponderit. Hæc Clara: a Joſepho nihil hactenus habuimus. Dubium eſt.

An Sponſalia, de quibus agitur, ſint exequenda in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Seſſ. 25. c. 4. de Ref. CONPOSTELLANA: Teſtamento, quo deceſſit Petrus Penales Compoſtellanus Parochiæ S. Mariæ *del Camino*, poſt plura relicta Legata Dominicæ Sorori, ejuſque Filiis ita inquit „ In reliquis meis bonis, juribus, & „ actionibus relinquo, & inſtituo in hæredem Animam meam, ut pro ea, & „ pro Animabus illis, quibus teneor, ea omnia diſtribuantur, & pro eodem „ effectu illa vendantur a meis Executoribus, vel ſub licitatione, vel ſine „ ea, modo ſupra expreſſo „ Non ſatis fuerunt Dominicæ Legata eidem, ejuſque Filiis relicta, obtinuit etiam ab hoc Sacro Tribunali annuam præſtationem ducatorum 40. ad decennium ex redditibus Fraternæ hæreditatis. Poſtulat nunc, ut hæreditariis iis Bonis, quæ ſuperſunt ex ingenti viginti millem Sacrorum numero, quæ hactenus acta ſunt, fundetur Cappellania, quæ conferri perpetuo debeat uni ex ſuis filiis, & deſcendentibus, datis Cappellano certis, & perpetuis Sacrorum oneribus arbitrio Eminentiſſimorum Patrum. Intercedit tamen Rector Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ *del Camino*, a qua Sacramenta per annos 30. ad obitum uſque accæpit Teſtator, vetatque hanc Cappellaniæ Fundationem; diſputat enim Bona hæreditaria, quæ ſuperſunt, vendenda eſſe, & pretium erogandum in reparationem Eccleſiæ Parochialis, quæ ruinam minatur, nec redditus habet, quibus reparatio fieri poſſit: Parochianos portionem, ratamque, quam præſtare tenentur, jam contuliſſe, Parocho vero ne congrua quidem ſalva ſit. Intentio Parochi eſt in diſpoſitione Juris, ex qua in his diſpoſitionibus Teſtamentariis, Anima Teſtato-

ſtatoris hæredè relicta, Jus ſucceſſionis ad Eccleſiam Parochialem ſpectare ex *Text. in l. quoniam* 16. *Cod. de Sacroſ. Eccleſ. & in* §. *Si quis in nomine. Authen. de Eccleſ. Tituli* diſputant *Padill. in l. cum quidam* 24. *num.* 9. *ff. de Legat.* 2. *Mantic. de conject. ult. vol. lib.* 8. *tit.* 6. *nu.* 1. *Leoncill. de Privileg. Pauper. par.* 1. *privileg.* 99. *num.* 4. *Thoro de Privileg. Cauſ. Piar. privileg.* 254. *fol.* 154. *Cancer. Var. Reſol. part.* 3. *cap.* 20. *num.* 222., *& ſeqq. Amoſtaz de Cauſ. Piis lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 1. *&* 2.

Præſumptus enim erga Parochialem Eccleſiam Teſtatoris affectus, & labor Parochi, qui per annos 30 Sacramenta ei miniſtravit, hanc voluntatis conjecturam præſtant, ut diſſerunt *Mantica de conject. d. tit.* 6. *num.* 14. *Rubeus de Teſtamen. cap.* 68. *n.* 91. *Ventrigl. in Prax. par.* 2. *tit.* 28. *num.* 34. *Amoſtaz de Cauſ. Piis lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 22. unde æquum videtur, id, quod ſupereſt ex Bonis hæreditariis, tribui Eccleſiæ Parochiali pauperi, ut in Fabricam erogetur *Piton. diſcept. Eccleſ.* 148. *num.* 33.; *& ſeqq.* Hinc reiciendam eſſe Dominicam poſtulantem, ut fundetur Cappellania, diſputat Parochus, quia voluntas Teſtatoris tacita contraria ſit, quod colligitur, tum quia juſſit, ut bona ſua venderentur, pretiumque diſtribueretur, tum quia pium, quod voluit, opus, Anniverſarium nempe perpetuum, ipſe vivens fundavit in Eccleſia S. Chriſtophori. Hæc Parochus, eadem habet Archiepiſcopus Compoſtellanus, ut fieri ſolet, auditus ab hoc Sacro Tribunali. A Dominica nihil habuimus. Dubium eſt.

An, & cui ſint diſtribuendi redditus, & bona hæreditaria quondam Petri Penales, ſive potius ſit locus erectioni Cappellaniæ in caſu &c.

Arbitrio Archiepiſcopi juxtà mentem.

SARNEN.: Diſtat Cathedralis Eccleſia Sarnenſis a Civitate fere duobus milibus paſſum: ſita eſt in Sylvis, via aſpera, & invia: hyeme Boreales venti, æſtate flagrantiſſimi ſolis radii, & incommodum augent viæ, & gravibus morbis afficiunt Dignitates & Canonicos ejuſdem Cathedralis, qui duodecim numero ſingulis diebus Choro adeſſe tenentur: Hinc conſequens eſt, ut contractis morbis, aut eorumdem periculo deterritis Canonicis, ſervitium Eccleſiæ negligatur. Ad hæc mala tollenda optimum Capitulo viſum eſt, ut erigerentur octo Loca Hebdomadariorum, & duobus ex iis dotem aſſignavit Epiſcopus duarum Cappellaniarum, quarum Jus præſentandi ad eum pertinet; reliquis ſex aſſignavit Capitulum annuam quantitatem ducatorum 60. ex decimis prædialibus, & partem quintam omnium Emolumentorum, & Jurium Parochialium. Mens Capituli eſt, ut aucto Miniſtrorum Eccleſiæ numero, levetur labor ſingulorum, nam omnes Feſtis, & communibus diebus ſervitium Eccleſiæ præſtare poterunt, aliis vero diebus per *hebdomadam*, ſive *alternativam*, atque ita, ſublata diuturna ſervitii aſſiduitate, facilius Canonici Choro, atque Horis intererunt, & Eccleſia cunctis diebus a decem Perſonis ſervitium accipiet. His compoſitis, Preces Sacratiſſimo Principi noſtro obtulit Capitulum, quibus poſtulabat, ut hæc Pontificia authoritate confirmarentur. Data hæc cognitio fuit Amplifſimis Patribus: Auditus Epiſcopus ſecundum Capitulum reſpondit. Decernendum nunc eſt ab Eminentiſſimis Patribus. *Seſſ.* 24. *c.* 2. *de Ref.*

An ſit deferendum Oratorum precibus in caſu &c.

Affirmativè cum ſolitis clauſulis.

Die

Die Sabbathi 20. Junii 1750.

PRima ex tribus, quas ſubjicimus, Cauſis in *ultima Congregatione* habita *die 6. hujus Menſis* Propoſita non fuit: Duabus aliis indulta fuit Dilatio *ad hanc Congregationem*: Poterunt itaque Eminentiſſimi Patres ejuſdem *Congregationis Folium* iterum conſulere ad eas expediendas.

Seſſ. 24. cap. 1. de Refor. Matrim.

NARNIEN. MATRIMONIJ, cujus eſt unum Caput.
An ſit locus diſſolutioni Matrimonij in caſu &c.

Affirmativè.

Seſſ. 22. c. 4. de Ref.

ROMANA SEU JANUEN. ASSIGNAMENTI, qua quæritur.
An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Seſſ. 24. cap. 1. de Refor. Matrim.

PISAUREN. SPONSALIUM, cujus Dubium eſt.
An Sponſalia, de quibus agitur, ſint exequenda in caſu &c.

Negativè, & amplius.

Seſſ. 25 cap. 19. de Reg.

VALLISOLETANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Vidua Matris cub cularem Puellam Auguſtinam Arenillas data Matrimonij fide, compreſſit FranciſcusSerrano, & ex ea Filiam ſuſtulit: Mater inde Franciſci ad ſecundas venit nuptias cum Balthaxarre Barba, feri homine ingenij, quique omnibus aſpera, ferocique natura metum incutiebat. Hic, ubi Franciſci amores, & datam Connubii fidem reſcivit, graviter iratus, inhil intactum reliquit, ut eum a propoſito dimoveret: Vitrici iram diu ferre non potuit Franciſcus, & ut aut mortem, quam minabatur, aut ſtatum Religioſum, quem ei indicebat, effugeret, domo abiit, & varia in loca conceſſit, ſed media hyeme, ſine nummis Patriam repetere coactus fuit; domum tamen non revi ſit, ſed ivit ad Cognatam: Advenit Vitricus enſe diſtricto. Franciſcus mortem fugiens e feneſtra ſeſe præcipitem dedit non levis altitudinis, ſed quam caſu mortem evaſit, vix fugit ab enſe, quem perditus ille in eum jecit e feneſtra. Fugit Franciſcus in domum Joſephi Gonzalez, eumque perſecutus Vitricus morti dediſſet, niſi Joſeph obſtitiſſet impavide. Fractus animo Franciſcus, acceptis a Matre literis, ipſoque Joſepho ſuadente, Valliſoletum conceſſit ad Monaſterium PP. Carmelitarum Excalceatorum; invitus ibi, & reluctans licet, veſtes tamen Ordinis ſuſcipere debuit. Id ubi reſcivit Auguſtina Arenillas, quæ judicio egerat, ut ſponſalia obſervarentur, & datam fidem Franciſcus impleret, continuò Valliſoletum petiit; rejecta a Priore Monaſterii, qui Vitrici Avunculus erat, in ipſa Eccleſia, dum Sacra ſolemnia agebantur clamoribus, & maledictis P. Franciſcum increpuit, ruptam exprobrans fidem; Sacra turbata ſunt, Populi, qui adſtabat, motus ingens, reductus in Cellam P. Franciſcus, pulſa Eccleſia Fœmina. Expelli Monaſterio optabat P. Franciſcus, qui leges omnes, quibus obſtricti

ſunt

ſunt Tyrones, rumpebat, ut eiiceretur: Averſum a Religioſa vita animum, & datam Matrimonii fidem Præfectis Monaſterio, & Contyronibus ſuis declaravit, vim, metumque a Vitrico illatum aperuit, veſtes ſuas repetiit; fruſtra omnia. Dies Profeſsionis advenit: Mater ad Monaſterium acceſsit bona filii inhians renunciatione, quam petebat; negavit Filius, & renunciationem, & Profeſſionem ſeſe emiſſurum; hinc iterum ortæ in ipſa Eccleſiâ turbæ. Advenere Patres, ſed nihil obtinuerunt, licet nihil omiſerint, ut, & renunciationem, & Profeſſionem emitteret P. Franciſcus. Advocatus fuit Vitricus; ejus præſentia, & metu, qui ab eo erat in P. Franciſco, compoſitæ res fuerunt; & P. Franciſcus anno 1728. Profeſſionem emiſit, licet ad ætatem, quæ ex Ordinis illius Conſtitutionibus requiritur nondum perveniſſet. Validâ cenſuit Profeſſionem ſuam ignorantia Juris P. Franciſcus, ut ipſe faſſus eſt, nec ante annum 1738. reſiliri ab ea poſſe ſcivit, cum Theologiæ, quæ ad mores pertinet, operam daret, & in quæſtionem incidiſſet. Anno ſolum 1744., quo in Regnum Murciæ ivit ad Patris Conſanguineos, opibus, & conſilio juvari potuit, & querelam nullitatis ſuæ Profeſſionis proponere, dato libello, precibuſque oblatis Sacratiſſimo Principi noſtro, a quo data poſtulationis hujus cognitione Ampliſſimis Patribus, confectus fuit Judicialis Proceſſus, & auditi plurimi Teſtes hinc inde adducti, atque ipſe P. Franciſcus, e quibus, quæ hactenus narranuimus excepta fuerunt.

Contra Ordo, & *Defenſor Profeſſionis* Teſtes urgent, qui dicunt P. Franciſcum ultro, & ſponte ſua Veſtes ſuſcepiſſe, lætum, ſingularique obſervantia legum, expleviſſe annum Probationis, & ſi quid eo anno in leges peccavit, nullius fuiſſe momenti: Pari jucunditate animi, Vitrico abſente, Profeſſionem emiſiſſe, averſum a Religioſa Vita animum ſuum, & repugnantem voluntatem numquam monſtraſſe: Matri quidem, quæ bona filii appetebat, repugnaſſe, non quia Profeſſionem nollet emittere, ſed quia Auguſtinæ bona cedere vellet: Negant omnes vim, metumque a Vitrico illatum, & ſi aliquando Franciſcum Vitricus corripuit, id ab eo factum fuiſſe dicunt, ut Privignum ad bonam frugem, honeſtoſque mores revocaret. *Addit. Profeſſionis Defenſor* ignorantiam Juris, quam P. Franciſcus allegat, non eſſe ſpectandam; Profeſſionem, ætiamſi nulla fuiſſet ob vim metumque illatum, ratihabitam fuiſſe longo 19 annorum tempore, quo P. Franciſcus in Ordine fuit, Sacros Ordines ſuſcepit, & Vota ſingulis annis iteravit: Sponſalia quæ ab eo contracta dicuntur, non facere, ut nulla ſit Profeſſio, quam inde emiſit: Conſtitutiones Ordinis irritam non reddere Profeſſionem ante 17. annum emiſſam, ſed prohibere ſolum, ne quis ante hos annos recipiatur nullitatis non adjecta Sanctione. In hac facti, & rationum varietate decernere debent Eminentiſſimi Patres.

An ſit locus reſtitutioni in Integrum in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

NOLANA: Archipresbyteralem, & Parochialem Eccleſiam *S. Petri ad Scafatum*, quæ nullius Diœceſis eſt, omnes retroactis temporibus viſitarunt Nolani Epiſcopi: Ægre tamen id ferre nunc cæpit Thomas Antonius Cortone Archipresbyter, & Parochus illius Eccleſiæ, quia, ut ait Epiſcopus in Viſitatione anni 1748. correptus fuerit, quod Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ea, qua decebat, obſervatione non retineret. Viſitatores itaque ab Epiſcopo juſtis ex cauſis impedito delegatos repulit ſequenti anno 1749., Sacramque Viſitationem fieri prohibuit. Excommunicarunt illum Viſitatores, eique vetarunt, ne deinceps auderet Mitra, Baculo, Cruce, Throno aliiſque Epiſcopalibus Inſigniis uti, Populo ſive in Eccleſia, ſive in Oppido benedicere, Confeſſarios approbare, facultatem dare concionandi, publicare indulgentias,

Seſſ. 7. cap. 8. de Ref. Seſſ. 21. c. 8. de Ref. Seſſ. 24. c. 9. de Ref. Seſſ. 23. c. 15. de Ref. Seſſ. 25. c. 11. de Reg.

tia. Literas dimissoriales dare ad Episcopos, aliaque agere, quæ vel Episcopi dignitatem, vel Jura eorum, qui Territoria separata habent, solum respiciunt. Excommunicatione tamen, & inhibitione spreta, non solum Sacra egit, sed Visitatores ferram reciprocando uti reos turbatæ, violatæque Jurisdictionis excommunicavit. Certiores fecit de his Amplissimus Patres Nolanus Episcopus, & rogatus fuit Eminentissimus Neapolitanus Archiepiscopus, ut, audito Parocho, animi sui sententiam aperiret: Preces Archipresbyter, & Parochus obtulit, quibus petebat absolvi saltem cum reincidentia, rescriptumque fuit, ut expectarentur Literæ Eminentissimi Archiepiscopi. Venerunt autem plenæ Juris doctrina, quibus Episcopi Nolani, & Archipresbyteri rationes diligentissime exposuit. Multa, & gravia sunt Jura, quæ Archipresbyter edidit, ut Ecclesiam suam a quacumque Episcoporum, & præsertim Nolani Jurisdictione liberam, & S. Sedi Apostolicæ immediate subjectam assereret: His respondit Episcopus luculento libello, quo urget Juris dispositionem, & reiicit Jura, quæ ab Archipresbytero proposita fuerunt Eminentissimo Archiepiscopo. Causa nunc proponitur VI. Capitibus collecta: ab Archipresbytero nondum libellum habuimus: Dubia sunt.

I. *An Episcopus Nolanus sive per se, sive eo impedito per Convisitatores sit manutenendus in possessione Visitandi Parochum, & Ecclesiam Parochialem Terræ S. Petri ad Scafatum in casu &c.* ? & quatenus affirmative.

II. *An subsistineatur excommunicatio a Convisitatoribus Episcopi Nolani fulminata contra Parochum Thomam Antonium de Cortone in casu &c.* Et quatenus affirmative.

III. *An dictus Parochus incurrerit Irregularitatem in casu &c.*

IV. *An Parochus dictæ Ecclesiæ possit uti Insignibus Episcopalibus, Populum per eamdem Ecclesiam, & Terram benedicere, ac Thronum in dicta Ecclesia retinere in casu &c.*

V. *An idem Parochus possit Confessarios approbare, licentias Concionandi concedere, & Indulgentias publicare, sive potius prædicta spectent ad Episcopum Nolanum in casu &c.*

VI. *An dictus Parochus possit concedere Literas dimissoriales, sive potius ab Episcopo Nolano teneantur Scholares dictæ Terræ prima Clericali Tonsura initiari, & Clericos tam ad minores quam ad Sacros Ordines promoveri in casu &c.*

Ad I. II., & III. Affirmativè. In reliquis dilata.

Sess. 25. c. 15. de R. g.

PERUSINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Nullam dixit Professionem, quam *die 28. Octobris anno 1726.* in Monasterio S. Petri Ordinis S. Benedicti Civitatis Perusiæ emisit D. Seraphinus Guazzesius, quia, nondum impleto decimosexto ætatis anno, eam emiserit. Auditus fuit ab hoc Sacro Tribunali Episcopus Perusinus, eique mandata fuit Jurisdictio, ut Processus Judicialis fieret, servata forma saluberrimæ Constitutionis Sacratissimi Principis nostri. Constat itaque ex Fide Baptismatis Octavium Guazzesium, qui nunc in Ordine D. Seraphinus nuncupatur, natum fuisse *die 28. Octobris hora sexta noctis anno 1710.*; convenit eum Fide Baptismatis Liber Paternus, qui Aretii est in domo Guazzesia, nisi quod adnotatio Patris habet *horam sextam noctis cum quadrante*, quod tamen ad rem parum pertinet, colligitur enim facta temporis diligenti computatione defuisse fere dimidiam diei partem ad implendum annum decimum sextum: hinc nullam esse Professionem, ex aperte Tridentini Sanctione, disputat Guazzesius, neque

que dici posse eam ratihabitam fuisse, aut tempore 23. annorum, quibus in Ordine est, aut muneribus gestis, aut Sacerdotio: Ratihabitio enim supplere potest defectum consensus in actu Professionis, non defectum ætatis, quæ ex forma legis requiritur: Ab Ordine, & Professionis *Defensore* nihil habuimus: Dubium est. *An sit locus restitutioni in Integrum in casu &c.*

Dilata, & scribat Defensor Professionis.

TARENTINA PRÆEMINENTIARUM: Pluribus ortis controversiis anno 1746. in Capitulo Tarentino inter Archidiaconum Joannem Villegas & Canonicum Pœnitentiarium, cui adhæsit Canonicus Horatius Sebastius, scissoque studia in contraria Capitulo, Canonicus Sebastius Preces obtulit Sacro huic Tribunali, quibus expressit Capita Præminentiarum, de quibus controversia orta erat, & eorumdem definitionem petebat. Rescriptum fuit - *Archiepiscopo in Curia pro Informatione, & Voto audito Archidiacono* - Placuit inde Partibus, ut idem, qui tunc Ecclesiæ illi præerat, Archiepiscopus de his controversiis in actu S. Visitationis extrajudicialiter cognosceret. Suscepit arbitrium Archiepiscopus, & sequenti anno 1747 die 5. Augusti legem tulit Edictalem, qua controversias omnes præcidit. Contra hanc Legem decrevit Capitulum, ut Lis ageretur adversus Archidiaconum; Adito igitur Tribunali Signaturæ Justitiæ, circumscripta fuerunt Decreta ab Archiepiscopo lata in sua Lege Edictali, & Causæ cognitio ad hoc Sacrum Tribunal remissa fuit. Omnis itaque controversia IX., quæ sequuntur Capitibus, collecta nunc proponitur ab Eminentissimis Patribus definienda. *Sess. 24. c. 1 2. de Ref.*

I. *An in Electionibus Officialium quotannis in Congregatione generali sub diebus 27., & 28. Junij fieri consuetis per Schedulas, spectet ad Archidiaconum eligere Scrutatores Schedularum ex Urnis, ubi nomina Vocalium sunt inscripta, seu potius id spectet ad Capitulum, & Clerum pro ejus arbitrio in casu &c.*

II. *An urgente necessitate eligendi infra annum unum, aut plures Officiales sive Deputatos rerum Capitularium, aut subrogandi aliquem in locum Officialium infra Annum decedentium, nominatio unius vel plurium privative spectet ad solum Archidiaconum, seu potius ad quem, & quomodo in casu &c.*

III. *An in electionibus nominatorum ab Archidiacono, de quibus in secundo dubio, necessario adhiberi debeant Scrutatores ad instar electionum, quæ fiunt in Congregatione generali, seu potius relinquendum sit arbitrio Capituli in casu &c.*

IV. *An Urnæ pro excipiendis suffragiis in omnibus Congregationibus Capitularibus sint per Archidiaconum circumducendæ ad Sedes singulorum Vocalium. seu potius retinendæ sint per ipsum in sua Sede manentem, vel potius collocandæ sint in medio Aulæ Capitularis, & ad quem pertineat Jus numerandi suffragia in casu &c.*

V. *An, & quomodo liceat Archidiacono efformare Tabulam seu Elenchum Dignitatum, Canonicorum, & Præsbyterorum pro celebrandis Divinis Officiis in Festis primæ, & secundæ Classis in casu &c.*

VI. *An, & quis locus in Choro debeatur Dignitatibus sive Canonicis, sive Præsbyteris munus celebrantis explentibus tam in matutino, quam in cæteris Horis Canonicis in casu &c.*

VII. *An, & quale jus spectet Archidiacono, vel primo in Ordine Canonico in examine faciendo in pleno Capitulo Clericorum admit-*

tendorum ad servitia, & participationem Ecclesiæ in casu &c.

VIII. *An, & a quibus dirigi, & demandari debent ea, quæ urgente necessitate non facile possint a Capitulo expediri, sive ad Actus Ecclesiasticos, sive ad Oeconomiam, sive tandem ad commune commodum, vel decentiam spectent in casu &c.*

IX. *An Dignitates, & Canonici sedentes ex parte Archidiaconi possint ingredi, & egredi ex suis respective Stallis transeundo ante Stallum Archidiaconi, quatenus ex ea parte proximior pateat egressus, & ingressus ad eadem Stalla Canonicorum, & Dignitatum in casu &c.*

Dilata ad primam post proximam:

Sess. 25. c. 19. de Ref.

NEAPOLITANA NULLITATIS PROFESSIONIS: Post annos triginta, quibus in Ordine fuit, & ad Sacerdotium promotus, & Prioris Officio bis functus est Thomas Malatesta Ordinis S. Joannis de Deo, validitatem Professionis, quam emisit, in dubium revocat, quod non sponte, & ex animi sui sententia Ordini nomen dederit, & ut falsi pœnam, quo crimine Reus a Fisco peragebatur, effugeret. Prima criminis origo Mater fuit, eamque pariter fuisse dicit, quæ ad Regularem vitam suscipiendam filium impulit: nam cum Legibus annariis Neapoli cautum sit, ne quis ante 22. ætatis annum Tabellio sit, ope, consilio Matris, quæ falsos Testes suppositi, factus fuit Tabellio, licet decimum sextum ætatis annum ageret. Comperta falsitate, coactus fuit Asylum in Ecclesia quærere: Hinc mater, ut filium in Religiosam Domum impelleret, auxit pœnam verbis, & suggestionibus amicorum, qui evadi furcam non posse dicebant, nisi aut fuga, aut vestibus Regularibus susceptis; Coactum igitur metu capitis Ordini nomen dedisse, & emisisse Professionem, anno tamen Probationis intercepto per noctes diesque decem valetudinis causa, ob quam domo Probationis egressus est. Omnia impleta fuerunt, quæ juxta saluberrimam in his Causis Constitutionem Sacratissimi nostri Principis implenda sunt, & P. Provincialis, ac *Defensor Professionis* validam eam tuentur, tum quia metus hic directus non fuerit ad emittendam Professionem, sed ad tuendam vitam, tum quia fugæ consilium accipere potuisset, tum quia longo tempore, Sacerdotio, & muneribus Ordins purgatus fuerit metus, & revalidata Professio, etiamsi metu nulla fuisset: Probationis annum integre expletum fuisse, protractione ejusdem anni ad alios decem dies, quibus in probatione: Causam valetudinis legitimam fuisse, ut e loco Probationis educeretur, in eodem tamen Monasterio retentur, ut fieri solilum est cum Tyrones ægrotant. A Malatesta nihil habuimus. Dubium est.

An sit locus restitutioni in integrum in &c.

Negativè.

Die Sabbathi 11. Julij 1570.

IN *ultima* Amplissimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 20. transacti Mensis *Junij*, quæ sequuntur, duæ Causæ dilationem habuerunt *ad hanc Congregationem*: Rogamus itaque Eminentissimos Patres, ut ad eas definiendas *Folium* ejusdem *Congregationis* iterum consulant.

RO-

ROMANA SEU JANUEN. ASSIGNAMENTI, qua quæritur. *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.* *Seſſ. 22. c. 4. de Ref.*

In deciſis, & ampliùs.

VALLISOLETANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM, cujus Caput eſt. *Seſs. 25. c. 9. de reg.*

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Negative, & ampliùs.

LIPAREN. EXEMPTIONIS HOSPITALIS: Data fuit hæc Cauſa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 9. ſuperioris menſis *Maij* ſed propoſita non fuit: Iterum data in *Folio Congregationis* habitæ *die* 6. tranſacti menſis *Junij* duobus dubiis, quorum primum erat *An Hoſpitale S. Bartolomæi Liparen. ſit omnino exemptum a viſitatione Epiſcopi?* Alterum vero, *An acta facta a Curia Epiſcopali Liparenſi ſuper Viſitatione dicti Hoſpitalis ſint delenda?* Reſponſum accepit: *Ad I. non eſſe exemptum a Juriſdictione Epiſcopi quoad redditionem rationis: Ad II. Proviſum in primo.* Non placuit hæc definito Adminiſtratoribus Hoſpitalis, ideoque nunc Dubium proponitur. *Seſſ. 22. c 8. & 9. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

GERUNDEN. ADMISSIONIS: Imperio Sacri Tribunalis hæc Cauſa nunc proponitur, cum enim data fuerit *in Folio Congregationis* habitæ *die* 9. ſuperioris *menſis Maii* reſcripſerunt Eminentiſſimi Patres -- *Dilata ad primam Julii* -- Poterunt itaque *Folium illius Congregationis* iterum legere, ut Dubium Cauſæ hujus expediant. *Seſſ. 25. c. 4. de Ref.*

An, & in quibus Anniverſariis, & Functionibus admittendi ſint ad intereſſendum, & participandum de omnibus emolumentis Beneficiati Eccleſiæ Turricellæ a Montegrino adhuc ſimplices Clerici ad inſtar Presbyterorum in caſu &c.

Negativè.

NARNIEN MATRIMONII: Definita fuit hæc Cauſa in ultima Ampliſſimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 20. tranſacti menſis *Junii*, dubioque *An ſit locus diſſolutioni Matrimonii in caſu &c.* -- Reſponderunt Eminentiſſimi Patres -- *Affirmative* -- Ad implendam cognitiſſimam Sacratiſſimi Principis noſtri Conſtitutionem, quæ de Matrimoniis eſt, Cauſa nunc iterum proponitur, & Ampliſſimi Patres reſpondere debent. *Seſſ. 24. c. 2. de R. form. Matr.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

Dilata ad primam omnino, & ſcribat Defenſor matrimonii.

Seſſ. 25. de Reg. c. 13.

ALBINGANEN. PROCESSIONIS, ET NULLITATIS INTERDICTI: Advenienti novo Epiſcopo Albinganenſi Viſitationis cauſa Terram Tabiæ ſolemni Pompæ, ſeu ut dicunt Proceſſione occurrit Clerus: Defuere PP. Dominicani, & Cappuccini: Epiſcopus eorum Eccleſias interdicto ſuppoſuit: Confugerunt PP. ad hoc Sacrum Tribunal: Epiſcopus auditus fuit, Cauſa duobus collecta Capitibus nunc proponitur. Injuſtas, nullaſque cenſuras dicunt Patres; Injuſtas quidem, quia nequeant Regulares cogi ad interveniendum Proceſſionibus, niſi publicis, juxta decreta a Congregatione particulari juſſu Vrbani VIII. Pontificis Maximi, de qua *Mattheucc. in offic. Cur. Eccleſ. cap.* 40. *num.* 2., neque has inter recenſeri eam, quæ ſit occaſione primi ingreſſus, ſive Viſitationis Epiſcopi; Eſt enim non in honorem Dei, non in publicam utilitatem hæc Proceſſio directa, ſed in honorem, & reverentiam ſolius Epiſcopo, qui honor, & reverentia præſtari debet hac ratione a ſubjectis, non vero ab exemptis, quales ſunt Regulares. Numerantur itaque hæ Proceſſiones inter inſolitas, & extraordinarias, quibus Regulares intereſſe non tenentur, ut ex *Textu in cap. nimis prava 2. de exceſſib. Prælator.* tradunt *Abb. num.* 3. *Ancharan. num.* 4. aliique ibidem Interpretes *Peyrin. de privileg. minim. in Addit ad Conſtitit Sixti IV. cap.* 2. *num.* 29., *& ad Conſtit. 7. Pii V. §.* 29. *num.* 25. *Novar. in Lucern. Regular. Verb. Proceſſianes num.* 5. *Vrſaya diſcept. Eccleſ. tom.* 9. *par.* 2. *diſcept.* 24. *num.* 88. *Mattheucc. d. cap.* 40. *num.* 4. *Lantuſch. Theat. Regular. Verb. Proceſſiones n.* 4. *Latalan. in Comment. Cæremon., Epiſc. cap.* 2. *§.* 8. *num.* 2. *tom.* 1. *Panimoll. deciſ.* 84. *adnot.* 1. *num.* 48. *par.* 3., ubi refert definitionem Sacri hujus Tribunalis in *Anagnina Proceſſionis* 9. *Decembris* 1662.

Diſpoſitioni Juris addunt PP. conſuetudinem, addunt loci diſtantiam: Conſuetudinem quidem, quæ non ſolum non favet Epiſcopo contra Jus, ſed favet Patribus ſecundum Jes, probant plures Teſtes, qui negant eoſdem PP. affuiſſe quatuor Proceſſionibus, quæ actæ fuerunt occaſione ingreſſus quatuor prædeceſſorum Epiſcoporum. Diſtantiam vero loci, quæ probatur menſuratione facta a Peritis, legitimam eſſe cauſam, ob quam Regulares non ab his inſolitis, & extraordinariis dumtaxat, ſed etiam a publicis, atque univerſalibus Proceſſionibus excuſentur, tradiderunt *Ventrigl. in Prax. adnot.* 12. *tit. de Proceſſion. §. unic. num.* 8. *Vgolin. de poteſt. Epiſcop. par.* 1. *cap.* 20. *§.* 2. *num.* 5. *Cokier. de Juriſdict. in exempt. par.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 109. *Piaſec. in Prax. Epiſcop. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 47. *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſc. par.* 3. *allegat.* 78. *num.* 21. *Ricc. reſolut.* 308. *num.* 2.; Nullas vero eſſe cenſuras diſputant PP., quia neque monitio, neque interpellatio præceſſerit, ſine qua notari, & puniri non potuerint ob inobedientiam, & contumaciam, quæ ſane monitio neceſſe eſt, ut legitima ſit, & perſonalis, ne Regulares a Proceſſionibus excuſentur, ut docent *Mattheucc. in offic. Cur. quoad Proceſſion. cap.* 26. *num.* 4. *Lezzana quæſtion. Regular. tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 47. *Peyrin. tom.* 1. *ad Conſtit.* 2. *Sixti IV. §.* 11. *num.* 57. *a S. Joſeph dub. moral. tom.* 2. *titul.* 180. *num.* 46.; Nullas quoque dicunt eaſdem Cenſuras defectu citationis *ad dicendum cauſam quare*, ſine qua relaxari non poſſunt. Hæc Patres: a Promotore Fiſcali nondum libellus Jurium datus fuit. Dubia ſunt.

I. *An Patres Dominicani, & Patres Cappuccini Tabiæ teneantur intervenire ad Proceſſionem fieri ſolitam occaſione primi ingreſſus Epiſcopi?* & quatenus affirmative.

II. *An interdictum ſubſtineatur in caſu &c.*

Ad I. Affirmative, prævia Intimatione facienda nomine Epiſcopi. Ad II. Negative, & amplius in omnibus.

MINO-

MINOREN., SEV AMALPHITANA CENSURARUM. In Visitatione Sacrorum Liminum Episcopus Minorensis certiores fecit Eminentissimos Patres Cathedralis suæ Canonicos æs alienum contraxisse, & aliquot fundos Mensæ Capitularis distraxisse, pretiumque retractum in sua quemque accepisse commoda. Respondit Sacrum Tribunal *procedi oportere prout Juris esset adversus Canonicos, eosque modis omnibus adigendos, ut illata Ecclesiæ damna resarcirent* Ratus Episcopus mandatam sibi esse hisce verbis Jurisdictionem Sacri Tribunal, Sacram agens Visitationem, ingressus est Archivum Capituli, & comperiit deesse quædam Protocolla Instrumentorum, quæ legaverat Capitulo Sacerdos Valentinus Pisanus, ut ex redditibus, qui ex iisdem retraherentur, Sacra a Capitulo pro remedio animæ suæ agerentur, rescivitque a Canonico supranumerario Melchiorre Palumbo, qui Procurator fuerat Mensæ Capitularis, data fuisse Tabellioni Danieli Manso. Decrevit itaque Episcopus, ut idem Canonicus „ sub pœna ducat. 200., & „ in subsidium excommunicationis recensita Protocoolla, & scripturas Ar„ chivo Capituli restitueret, *decrevitque pariter* expediri contra eumdem ci„ tationem ad dicendum causam, quare non deberet declarari incursus in cen„ suras vulgatæ extravagantis ambitiosæ &c.„ Die igitur 29. mensis Aprilis, instante Promotore Fiscali, relaxata fuit decreta citatio cum terminos peremptorio trium dierum ad incurrendas censuras ex d. *extravag. ambitiosæ*. Die vero 30. alia relaxata fuit citatio contra eumdem Canonicum „ superincursu in aliam excommunicationem contentam in Decretis Sac. Con„ gregationis authoritate Urbani VIII. editis, innovatisque anno 1697. ab In„ nocentio XII., ex eo quia adhuc non curasset exigere notabilem summam, „ quam debet d. Capitulo Crescentius Russo pro bonis quondam Sacerdotis Va„ lentini Pisani eidem Russo in Empytheusim concessis pro annua summa du„ carorum 9., *decrevit Episcopus*, ut infra mensem sub pœna excommunica„ tionis latæ sententiæ procuraret exactionem totius integræ summæ, de qua „ faceret depositum in actis Cancellariæ Episcopalis.

Sess. 5. c. 3. & 11. de Ref.

Dum terminus penderet, Canonicus Palumbus adiit Metropolitanum, Archiepiscopum nempe Amalphitanum, qui abstinuit, ab Actis Judicialibus, & Canonicum remisit ad Episcopum, datis tantum literis commendationis; sed cum urbana officia nihil proficerent, Canonico, qui a censuris metuebat, instante, Metropolitanus temporariam inhibitionem decrevit cum compulsoria pro actorum transmissione. Hac tamen spreta inhibitione, Episcopus Minorensi, instante Promotore Fiscali, nemine citato, decrevit *procedi ad ulteriora*, eademque die accurata tertia, atque ultima contumacia, sententiam tulit, qua Canonicum *incursum declaravit in excommunicationem contentam in extravag. ambitiosæ, & in Sacris Canonibus, ac signanter in Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 11.*, & Cedulones contra Canonicum affixi fuerunt. Metropolitanus hoc circumscripsit ex causa attentatorem: Promotor Fiscalis Minorensis ad hoc Sacrum Tribunal confugit: Auditus fuit Archiepiscopus Amalphitanus, Nuncius Apostolicus. Post hæc scripta, quæ excepimus ex libello Canonici Palumbi, datus nobis fuit etiam Libellus Promotoris Fiscalis Minorensis. Poterunt igitur Eminentissimi Patres ex Juribus, quæ utrinque proponuntur, tria Capita hujus controversiæ expedire,

I. *An appellatio per Canonicum Palumbum interposita, & respective inhibitio Metropolitani sustineatur in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An constet de attentatis, & quomodo sint purganda in casu &c.* & quatenus negative ad utrumque.

III. *An Censuræ per Episcopum Minoren. latæ sustineantur in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Affirmative per viam nullitatis. Ad III. Negative, & amplius.

NUL-

Sess. 21. c. 7. de Ref.

NULLIUS, SEU SUBLACEN. REPARATIONIS ECCLESIÆ: Decrevit Eminentissimus D. Cardinalis Spinula Abbas Commendatarius Sublacensi in Visitatione Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ *S. Andreæ* Sublaquei, ut a Præposito, & Canonicis eadem repararetur Ecclesia. Non placuit Præposito, & Canonicis hoc Decretum, qui censent onus reparationis non ad eos, sed ad Eminentissimum Abbatem partinere. Igitur Promotor Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ Sacro huic Tribunali preces obtulit, quibus petebat, ut declararetur, cui nam hoc onus incumberet. Rogatus fuit Eminentissimus Abbas, ut animi sui sententiam explicaret, respondit ipse disertissima epistola, qua narrat anno 1566. cura, & consilio Cardinalis Marci Antonii Columnæ Abbatis Commendatarii, & authoritate Andreæ Crucii Episcopi Tyburtini erectam fuisse Parochialem Ecclesiam S. Andreæ in Collegiatam, constitutio in ea præposita & sex Canonicis; Cum vero redditus hujus Parochialis Ecclesiæ non sufficerent, suppressas fuisse duas alias Parochiales Ecclesias, illique unitas, auctis etiam redditibus donatione facta ab eodem Cardinali Marcho Antonio Colomna, & Communitate Sublaquei fructuum Montis vulgo nuncupati *la Montagnia di Subiaco*, qui partim ad Communitatem, partim ad Cardinalem Abbatem spectabat. Constitutum fuisse, ut hi redditus æquis portionibus inter Canonicos more distributionum quotidianarum dividerentur, Præposito duplam partem ferente, cui non cura dumtaxat animarum Ecclesiæ Parochialis in Collegiatam erectæ, sed etiam aliarum duarum, quæ unitæ fuerunt, incumbit, Canonicis eum adjuvantibus in eadem cura, & onus Chori, Divinorumque Officiorum ferentibus.

In ipsa Collegiate erectione Cardinalem Marcum Antonium Columnam Jus sibi, & successoribus Abbatibus Commendatariis reservasse nominandi Præpositum, & Canonicos, ea expressa ratione, *quod ab ipso præter uniones prædictas conferentibus redditibus pro sua liberalitate, & Christiana pietate ditati fuerint*: non enim ea tempestate amplissimis illis Juribus quasi Episcopalibus cum Territorio separato fruebantur Abbates Commendatarii, quibus nunc fruuntur consensu vicinorum Episcoporum, & beneficium Urbani VIII. Pontificis Maximi, quibusve Eminentissimus Abbas Præpositurarn, & Canonicatus Jure Ordinario confetre potest. Alios inde Piorum Fundatorum largitionibus in eadem Ecclesia erectos fuisse Canonicatus, quorum nominatio ad Patronos, Institutio vero ad Abbates Commendatarios pertinet: nullos pro Fabrica Ecclesiæ certos redditus assignatos fuisse: Communitatem Sublaquei tenuem quotannis præstare quantitatem scut. 10., quæ in exiguis, & minutis reparationibus impenduntur: in eamdem causam erogari stipem illam, quæ per Ecclesiam colligitur, & emolumenta, quæ vocant *Tomb. tic.*, quæque obveniunt ex funere Advenæ alicujus cujus corpus condiatur in illa Ecclesia, quod raro accidit: Ecclesiam nulla hactenus reparatione extraordinaria indiguisse, nullum ideo coactum adhuc fuisse Jure, legeque ad eam reparandam, nullamque etiam legitimam consuetudinem introductam fuisse, ut his primus casus sit, qui normam futuris dare debeat. Quæ ab Eminentissimo Abbate, & ab allis Prædecessoribus, ac præsertim Cardinali Scipione Burghesio, Antonio, & Carolo Cardinalibus Barberiniis ornamenta facta sunt, eorum liberalitati, & munificentiæ, non vero obligationi Juris, qua obstringerentur, esse imputanda.

Censet Eminentissimus Abbas onus hoc reparationis Pilæ, quæ substinet Cappellam Sanctissimæ Virginis *del Rosario* ad Præpositum spectare, qui sponsus est, & Rector Ecclesiæ, qui curam habet animarum, qui duplam partem accipit distributionum quotidianarum: quod si redditus, quos ipse percipit satis non sint ad hoc onus subeundum, teneri pro portione reddituum Canonicos, & cæteros omnes, qui Beneficia habent in eadem Ecclesia, contribuere, ut ex *Textu in cap quicumque de Eccles. ædific.* tradunt *Punimoll. dec. 6. annot. §. num. 8. Sperell. decis. Eccles. 67. num. 3. & seqq. vol. 1.* Aliique apud eos. Neque hoc onus in Abbatem Commendatarium rejici posse, quod ipse

loco

loco Epiſcopi ſit, cum non agatur de Eccleſia Titulari, vel Cathedrali reparanda, pro qua eroganda ſit ex cognitiſſima Juris Pontificii diſpoſitione quarta pars reddituum: Titularem & Cathedralem Abbatum eſſe Eccleſiam *S. Scholaſticæ*, non Eccleſiam *S. Andreæ*, quæ Parochialis eſt, & ſimplex Collegiata, cujus reparatio vel Parecho, vel iis, qui in ea obtinet Beneficia, incumbere debet, ut conſulvit Cardinalis *Lanfredin. in ruſponſ. Jur. Canon. in una Nullius, ſeu Mantuana Reſtaurationis Eccleſiæ num. 6.*, & quidem in longe duriori caſu Eccleſiæ Titularis Abbatiæ. Neque poſſe Eminentiſſimos Abbates cogi ad Eccleſiæ reparationem, quod ſint Patroni, cum longe differant Patronatus Eccleſiæ, & Patronatus Beneficiorum in Eccleſia: hoc ſibi reſervaſſe Marcum Antonium Cardinalem Columna, cum ſibi reſervavit Jus nominandi Præpoſitum & Canonicos: hoc jure amplius non uti Abbates Commendatarios, qui Juri Ordinario Præpoſituram, & Canonicatus conferunt, & ſi Jure patronatus uterentur, cum redditus congrui pro dote Beneficiorum a Patrono aſſignati fuerint, ut factum fuit a Cardinali Columna, compelli non debent Patroni, ſed Rectores Eccleſiæ ad ejuſdem reparationem, ut explicat *Panimoll. d. deciſ. 6. annot. 8. a num. 16. ad 19.* Addit denique Eminentiſſimus Abbas non obeſſe tenuitatem reddituum Præpoſiti & Canonicorum, cum aſcendant ad annua ſcut. 60., quæ ſinguli capiunt. Hæc Eminentiſſimus Abbas.

Contra Præpoſitus, & Canonici paucis rem omnem expediri dicunt, cum Juris ſit explorati Epiſcopum, & qui loco Epiſcopi eſt, teneri ad Eccleſiæ Cathedralis, vel Titularis reparationem, in quam cauſam ſervare debet quartam partem reddituum: in una igitur cognitione ſitam eſſe quæſtionem, an Eccleſia Cathedralis ſit illa *S. Scholaſticæ*, vel hæc, de qua agitur. *S. Andreæ*; Hanc eſſe dicunt Præpoſitus, & Canonici, non illa, idque evidenter liquere, quod in hac, quod S. Andreæ dedicata eſt, Abbates Commendatarii poſſeſſionem ſolemniter accipiunt Abbatiæ; in hac Sacramentum præſtant, & viciſſim accipiunt a Subditis obedientiæ, & fidelitatis, in hac Thronum, & Cathedram retinent fixam a parte Aræ maximæ, qua recitantur Evangelia: in hac Vicarii Generales Sedem habent in Choro: in hac Functiones omnes Epiſcopales aguntur, & præſertim Ordinationes Clericorum, & miniſtratio Sacramenti Confirmationis: In hac Abbates Commendatarii Sacras Viſitationes aperiunt totius Dioeceſeos: in hac obſtringuntur Alumni Seminarii Divinis intereſſe: Ejuſdem Eccleſiæ Canonici ſingulis annis eligunt examinatores Synodales: Oleum Sanctum, quod Parochis Abbatiæ diſtribuitur, in hac Eccleſia ſervatur: Pompæ omnes, ſive Proceſſiones publicæ, & univerſales, & præſertim illa Sacratiſſimi Corporis Domini Noſtri Jeju Chriſti ab hac Eccleſia initium ducunt: In hac denique Eccleſia parietes, fores, Turris Campanaria, Lacunar Aræ, Fons Baptiſmalis, Pilæ lapideæ, Sacrarium, Vaſa argentea, Candelabra, Oſtenſorium, ſacra omnis Supellex, ipſique libri Chorales ſtemmate, armis, inſigniiſeue Abbatum Commendatariorum referta ſunt, ut omnia loquantur hanc eſſe Eccleſiam Epiſcopalem; Contra vero in alia Eccleſia *Sanctæ Scholaſticæ* erectum retinent Thronum fixum Abbates Clauſtrales, nullumque in tota Eccleſia veſtigium eſt ſtemmatum Abbatum Commendatariorum, immo nec ſupra ipſam Portam publicam Eccleſiæ adſunt inſignia Abbatis Commendatarii, extraque Epigraphes, quæ declarat Eccleſiam Monacorum pietate reparatam, atque ampliatam fuiſſe. Addunt Præpoſitus, & Canonici tenuitatem reddituum, qui non excedunt annua ſcut. 36. His, aliiſque, quæ in epiſtola Eminentiſſimi Abbatis, & in libello Præpoſiti, & Canonicorum proponuntur, expenſis, poterunt Ampliſſimi Patres Dubium expedire.

An, & ad quem ſpectet onus reparationis Eccleſiæ in caſu &c.

Non ſpectare ad Eminentiſſimum Abbatem, & amplius, FORO-

Seſſ. 25. c. 1. de Reg.

FOROLIVIEN.; Teſtamento, quo deceſſit Joannes Nellius Forolivienſis hæredem ſcripſit Congrgationem Patrum S. Philippi Nerii ejuſdem Civitatis *gravando però*, verba ſunt Teſtamenti „ li medeſimi a celebrare per „ ſuffraggio dell' anima di detto Sig. Teſtatore per lo ſpazio di anni 25., cin„ quanta meſſe in ogni anno, e di tenere, e ricevere in datta Congregazione „ inperpetuo, quella durante, un Prete Sacerdote, ed ora debbano prima „ pigliare, e ricevere in detta Congregazione gratis uno de Figliuolo Sacer„ doti del Sig. Melchiorre Antonini, e caſo, che detti figliuoli Sacerdoti non „ voleſſero andare ad habitare in detta Congregazione, il P. Prepoſito pro tem„ pore di eſſa Congregazione debba eleggdre un altro Prete Sacerdote, e quel„ lo morto, ne debba eleggere, e ricevere un altro in perpetuo, e tenerlo gra„ tis ſenza ſpeſa alcuna, o diſpendio di detto Prete da eleggerſi, e quello deb„ ba ſervire alla Chieſa de medeſimi Padri, e fare tutti gl' eſercizj, e funzio„ ni, conforme ſanno gl' altri Padri, che ſtanno in detta Congregazione. „ Adita fuit a Patribus hæreditas, ſolutiſque Legatis, quæ Teſtator dederat, mille aurei ſuperſuerunt, quibus Patres, impetrata venia a Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, latifundium emerunt, unde quotannis, omnibus detractis impenſis, aureos 40. percipiunt, quibus Sacerdotem in Congregatione juxte Teſtatoris præceptum retinere poſſunt. Locum hunc anno 1740. obtinuit Sacerdos Jo: Antonius Lucchinius, quem Patres faſtiditi ob nimina morum cenſuram eiicere, atque expellere meditati ſunt, cauſantes diminutionem reddituum eorum Congregationis, & ipſius latifundii, niſi ipſe P. Licchinius annua ſcut. 18. Congregationi præſtaret. Confugit P. Lucchinius ad Epiſcopum Forolivienſem, qui nihil intactum prætermiſit, ut Patres hoc defererent conſilium, utque omnia ea, qua ſatius poſſet. ratione componeret: ſuaſit Lucchinio, ut onera quædam a Congregatione ſubeunda ipſe ſubiret, quorum eſtimatio erat ſcut. 14. 20.; neque id ſatis fuit Patribus, ſed, ſpreta etiam Inhibitione Epiſcopi, P. Præpoſitus, & quatuor alii Deputati, neglectis ipſis Ordinis Conſtitutionibus, Lucchinium expulerunt. Preces obtulit P. Lucchinius Sacratiſſimo Principi noſtro, quibus poſtulabat, ut cauſæ cognitionem, appellatione remota, Epiſcopo Forolivienſi mandaret. Audito Epiſcopo, Sacratiſſimus Princeps Sacro huic Tribunali rem omnem delegavit.

In parvo „ Codice regularum ejuſdem Congregationis Cap. 6. de admittend. „ in Congregat. & ejiciend. in fin. *ita ſancitur* -- nemo poſſit expelli a Con„ gregatione, niſi primo in unum locum congregati fuerint omnes Presbyteri, „ qui decennium exegerint in Congregatione, & ſinguli ſuffragium dederint, „ & quod duæ ex tribus Partibus ſtatuerint, id fiat -- *Cauſa ejectionis, & mo„ dum hi ſunt* -- nemo poſſit expelli e Congregatione niſi propter iteratam, „ gravemque pertinaciam, vel grave delictum, ſed qualia ſint hujuſmodi, ſta„ bitur Judicio duarum Partium ex tribus numerandarum „ Neutrum ſervatum fuiſſe contendit P. Lucchinius, & probat teſtificationibus Epiſcopi, & P. Gualterii, qui dudum Præpoſitus fuit eidem Congregationi, qui neque ſuffragium dediſſe, neque ad id vocatum fuiſſe dicit: De cauſa vero, nullam eſſe, niſi cauſa ſit, quod Patres illos de inobſervantia, & Regularis diſciplinæ contemptu ſæpius increparet: Redditus non eſſe deminutos, & latifundium eoſdem, quos antea, præſtare fructus, & ſi diminuti eſſent redditus, eveniſſe Patrum negligentia, qui latifundium non coluerunt; hinc nulla ratione excuſari poſſe ab oneris, quod Teſtator adjecit, præſtatione, quod extrinſecum ſit, & per conditionem datum, quod Patres debitores ſint generis, quod eorum culpa, & negligentia evenerit diminutio reddituum; His conſequens eſſe, ut P. Lucchinius retintegrandus ſit ad locum, e quo ejectus fuit, eique reſtituti debeant fructus omnes, quos poſt ejectionem Patres Congregationis perceperunt ex hæreditate Teſtatoris. Hæc libello ſuo Lucchinius: a Patribus nihil hactenus habuimus. Tria ſunt Cauſæ Capita.

I. *An expulſio P. Lucchinii expleta per Patres Oratorii S. Philippi Nerii Foro-*

Forolivii ab eorum Congregatione ſuſtineatur in caſu &c. & quatenus negative.

II. *An ſit locus reintegrationi in caſu &c.* & quatenus affirmative.

III. *An præfatti Patres teneantur tradere eidem P. Lucchinio omnes fructus perceptos ex Legato Jo: Nelli pro toto tempore, quo ipſe fuit abſens ab Oratorio in caſu &c.*

Ad I. Negative, & amplius. Ad II. Affirmative, & amplius. Ad III. Affirmative.

Die Sabbathi 1. Auguſti 1750.

DUÆ, quæ ſequuntur, Cauſæ *dilationem* obtinuerunt ad hanc *Congregationem*: Prima in ultrima *Congregatione* habita *die* II. tranſacti *Menſis Julii*: Altera in *Congregatione* habita *die* 20. ſuperioris *Menſis Junii*. Rogamus igitur Ampliſsimos Patres, ut *Folia earumdem Congregationum* iterum conſultant ad eaſdem Cauſas expediendas.

NARNIEN. MATRIMONII, cujus Dubium eſt. *Seſſ. 24. c. 1. de Ref. Matr.*
An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In Deciſis, & amplius.

TARENTINA PRÆEMINENTIARUM, cujus IX. ſunt Capita. *Seſſ. 24. c. 12. de Ref.*

I. *An in Electionibus Officialium quotannis in Congregatione generali ſub diebus 27., & 28. Junij fieri conſuetis per Schedulas, ſpectet ad Archidiaconum eligere Scrutatores Schedularum ex Urnis, ubi nomina Vocalium ſunt iuſcripta, ſeu potius id ſpectet ad Capitulum, & Clerum pro ejus arbitrio in caſu &c.*

II. *An urgente neceſſitate eligendi infra annum unum, aut plures Officiales ſive Deputatos rerum Capitularium, aut ſubroganai aliquem in locum Officialium infra Annum decedentium, nom natio unius vel plurium privative ſpectet ad ſolum Archidiaconum, ſeu potius ad quem, & quomodo in caſu &c.*

III. *An in electionibus nominatorum ab Archidiacono, de quibus in ſecundo dubio, neceſſario adhiberi debeant Scrutatores ad inſtar electionum, quæ fiunt in Congregatione generali, ſeu potius relinquendum ſit arbitrio Capituli in caſu &c.*

IV. *An Urnæ pro excipiendis ſuffragiis in omnibus Congregationibus Capitularibus ſint per Archidiaconum circumducendæ ad Sedes ſingulorum Vocalium, ſeu potius retinendæ ſint per ipſum in ſua Sede manentem, vel potius collocandæ ſint in medio Aulæ Capitularis, & ad quem pertineat Jus numerandi ſuffragia in caſu &c.*

V. *An, & quomodo liceat Archidiacono efformare Tabulam ſeu Elenchum Dignitatum, Canonicorum, & Præsbyterorum pro celebrandis Divinis Officiis in Feſtis primæ, & ſecundæ Claſſis in caſu &c.*

VI. *An, & quis locus in Cobro debeatur Dignitatibus ſive Canonicis, ſi-*

ve Præsbyteris munus celebrantis explentibus tam in matutino, quam in cætris Horis Canonicis in casu &c.

VII. *An, & quale jus spectet Archidiacono, vel primo in Ordine Canonico in examine faciendo in pleno Capitulo Clericorum admittendorum ad servitia, & participationem Ecclesiæ in casu &c.*

VIII. *An, & a quibus dirigi, & demandari debent ea, quæ urgente necessitate non facile possint a Capitulo expediri, sive ad Actus Ecclesiasticos, sive ad Oeconomiam, sive tandem ad commune commodum, vel decentiam spectent in casu &c.*

IX. *An Dignitates, & Canonici sedentes ex parte Archidiaconi possint ingredi, & egredi ex suis respective Stallis transeundo ante Stallum Archidiaconi, quatenus ex ea parte proximior pateat egressus, & ingressus ad eadem Stalla Canonicorum, & Dignitatum in casu &c.*

Ad primum negative ad primam partem. Affirmative ad secundam. Ad secundum negative ad primam partem, & amplius, & quoad secundum spectare ad Capitulum, prout de Jure. Ad tertium arbitrio Capituli. Ad quartum: urnam esse collocandam in medio Aulæ Capitularis, & numerationem faciendam esse per Scrutatores. Ad quintum specta re ad Archidiaconum, servato ordine Turni, & amplius. Ad sextum servetur Cæremoniale Romanum in omnibus apposita tamen Tabella Chorus, & amplius. Ad septimum servatum libitum, & amplius. Ad octavum spectare ad suos respective officiales a Capitulo destinatos, in reliquis recurrant ad Archiepiscopum. Ad nonum affirmative, & amplius.

Sess. 25. c. 5. de Reg.

PERUSINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Data fuit hæc Causa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 20. superioris Mensis *Junii*, sed Sacrum Tribunal rescripsit, *Dilata, & scribat Defensor Professionis*. Implevit hic mandata Eminentissimorum Patrum, ut nunc nihil aliud superfit, nisi idem, quod proponitur, Dubium expedire.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 25. c. 19. de Reg.

NEAPOLITANA NULLITATIS PROFESSIONIS: In eadem *Congregatione diei* 20. *Junii* Causa hæc proposita fuit, Dubioque, quod erat, *an sit locus restitutioni in integrum in casu &c.* Respondit Sacrum Tribunal -- *Negative* -- Postulavit Pat. Malatesta, ut contra idem responsum eo contumace latum audiretur, & nunc ratione suas libel complexus est. Respondendum est igitur.

An

Dilata, & proponatur in prima post proximam, & amplius, & interim orator redeat ad Claustra suæ Religionis, & quoad expensas ad D. Secretarium.

TREVIREN. DIMISSIONIS: Constitutionibus Ordinis Cappuccinorum, quæ a Sancta Sede specifice confirmatæ dicuntur, cautum est „ Qui elephantia, morbo caduco, aut alia infirmitate contagiosa, vel incurabili afficitur, non recipiatur, & si quis talis receptus fuerit, eo quod interrogatus talem infirmitatem manifestare noluerit, declaratur Religionem ad eum retinendum minime velle esse obligatam. Joannes Baptista Kremer Niederbrechensis hernia laborans Ordini Cappuccinorum in Provincia Rhenana nomen dedit, morbumque hunc, seu verius vitium tacuit, atque ita Professionem emisit. Detecto vitio, dimissus non fuit, sed indulgentia Præfectorum Monasteriis ab uno ad aliud Monasterium transmissus fuit, ut a vitio illo sanari posset, quod tamen incurabile evasit. Desperata igitur a Patre Nicephoro, hoc enim in Ordine nomen sumpsit, salute sua, preces obtulit Sacræ Pœnitentiariæ, quibus postulabat, ut ei liceret ab Ordine discedere. Rescripsit Sac. Pœnitentiaria -- *Ad biennium cum Sanctissimo* -- confirmata fuit gratia a Sacratissimo Principe *die 8. Maij anno* 1749., & precibus additum fuit „ dicatur Procuratori Generali, quod Orator quidem non potest in casu e Religione egredi, bene vero, si Religio faciat conficere Processum coram Ordinario, quod idem Orator exposito morbo laboraverat ant ingressum in Religionem, & sic Religionem decepit, & recurrat, rescribetur a Sac. Congregatione Concilij, quod Religio utatur jure suo. *Sess. 25° c. 16. de Regul.*

Post hoc rescriptum factus fuit coram Eminentissimo Episcopo Trevirensi processus ad probandum vitium ante Professionem emissam, & Ordo, qui ex dispositione suarum Constitutionum P. Nicephorum vult dimittere, preces obtulit Optimo Principi, a quo data fuit postulationis cognitio Amplissimis Patribus. Petit itaque P. Procurator Generalis, ut *Ordo uti possit jure suo*, & P. Nicephorum dimittere. *A Defensore Professionis* nihil habuimus: Dubium est.

An sit locus dimissioni Patris Nicephori ab Ordine Cappuccinorum in casu &c.

Dilata, & scribat Defensor Professionis.

BURGI S. DONNINI, SEU CREMONEN. ORDINATIONIS: Postquam Franciscus Zappieri natus in Oppido Monticellorum Diœceseos Burgi S. Donnini Clericali militiæ adscriptus fuerat ab Episcopo Burgensi, non servatis iis, quæ constituta fuerunt in ultimo Lateranensi Concilio *tit. 3. cap. 2*, rogavit Episcopum, ut non solum Minores Ordines ei conferret, sed ut, prævia dispensatione Apostolica, ad Sacros etiam Ordines eum promoveret. Negavit Episcopus, nisi Franciscus se in Burgense Seminarium reciperet, Ordines collaturum. Discessit Franciscus e Diœcesi Burgensi, petiit Cremonam, ubi præsentatus fuit ad Beneficium de Jure patronatus, iterumque rogavit Episcopum Burgensem, ut literis testimonialibus de sua idoneitate ad assequenda Beneficia testificationem faceret. Desiderio Franciscl obsequens Episcopus testimoniales dedit, quibus dixit Franciscum „ Nullo crimine in Curia Burgensi esse irretitum, proindeque habilem, idoneumque ad assequendum Beneficium simplex, personalem non requirens residentiam - *Addidit autem* - „ decla- *Sess. 6. c. 5. de Ref. Sess 7 c. 3. de Ref Sess. 13. c. 8. de Ref.*

„ declarantes tamen, quatenus dictus Clericus Zappieri velit ad Ordines pro-
„ moveri, nolle nos præsentes nostras literas in aliquo ei suffragari quoad hujus-
„ modi promotionem „ Hisce literis testimonialibus acceptis, Franciscus Benefi-
cium obtinuit, ejusque possessionem nactus est.

Post hæc Franciscus, præstito Sacramento, domicilium elegit in Civitate Cremonæ, & qui tunc Cremonensi Ecclesiæ præerat, Episcopus Alexander Litta, datis literis, rogavit Burgensem Episcopum, ut literas testimoniales juxta cognitissimam Constitutionem Innocentianam, cujus initium est *Speculatores* Francisco concederet. Excusavit sese de his literis testimonialibus Episcopus Burgensis plures referens causas, ob quas eas literas dare non posset. Ursit novis literis Episcopus Cremonensis, sed cum nihil proficeret, audito *Voto* Syndici, & Promotoris Fiscalis suæ Curiæ, Mense Octobri anni 1748. Minores Ordines Francisco contulit; Literas inde Testimoniales eidem Francisco concessit, ut a quocumque Episcopo ad sacros Ordines promoveri posset; quod factum fuit, itaut Cremonam reversus Franciscus primum Sacrum egit. Ut Parentes reviseret, Terram Monticellorum, quæ quinto lapide Cremona distat, reversus est Franciscus, ibique etiam Sacra egit, quod ut rescivit Episcopus Burgensis, ei denunciavit, ut a Sacris agendis abstineret, cui tamen denunciationi Franciscus non obtemperavit Sacra agens in privata Cappella Cappuccinorum: mox Cremonam repetens publice Sacra egit, atque agit, & Sacro huic Tribunali de irregularitate sibi denunciata querelas proposuit.

Auditi fuerunt, & Burgensis, & Cremonensis Episcopi, & nunc disputat Promotor Fiscalis Burgensis Franciscum promotum fuisse sine Literis Testimonialibus sui Episcopi, itaut illegitima fuerit ejusdem ordinatio: scitum namque omnibus esse nullum Clericum ab alieno Episcopo ad Ordines promoveri posse, nisi vel Dimissorialibus, vel Testimonialibus Episcopi sui Literis acceptis; quidquid enim sit de ordinatione Laicorum, in quibus nullam adhuc Episcopi jurisdictionem adepti sunt, & de quibus Sacrorum Conciliorum Canones, & decreta non agunt; Clerici, qui semel uni Episcopo sese addixerunt, nequeunt ab altero Episcopo cæteris Ordinibus honestari, ut bene distinguit clar. mem. *Card. Petra ad Constitut. Apostol. vol. 1. in Comment. ad Constit. VII. Pii II. num. 63. & 64.* Neque ex Literis Testimonialibus Francisco concessis ab Episcopo Burgensi impletam dici posse formam Constitutionis Innocentianæ, cum nihil in iis fuerit de ætate, de natalibus, & moribus Ordinandi, cum expressam habuerint declarationem inefficaciæ earum literarum ad effectum promotionis, advocatque hac in re definitionem Sacri hujus Tribunalis in *Pientina, seu Ilcinen. Ordinationis*, in qua licet Eminentissimi Patres *die* 18. *Julii anno* 1733. censuerint *Affirmative* esse respondendum ut in *Thesaur. resol. Sac. Congr. Vol. VI. pag.* 131.; Reproposita tamen Causa *die* 8. *Augusti* eodem anno *a decisis recesserunt*, ut in *eod. Vol. VI. Thesaur. pag.* 147. Quod si de illegitima Francisci ordinatione constat, constare etiam debeat de irregularitate ejusdem, ut statutum est in eadem *Innocentiana Constitutione* §. *Ita vero præmissa*, præsertim, cum non obstante denunciatione, ut a Sacris parceret, Sacra tamen Franciscus agere voluerit. Hæc Promotor Fiscalis Burgensis: A Francisco sero nimis, & post hæc scripta Libellus datus fuit, quantum ex eo vidimus, plura in facto addenda sunt. plura veriant, ut agnoscent Eminentissimi Patres legendo utrosque Libellos. Duo sunt Causæ Capita.

I. *An constet de legitima ordinatione, itaut non inciderit in pœnas Bullæ Speculatores*, & quatenus affirmative.

II. *An constet de irregularitate in casu &c.*

Ad primum negative ad primam partem, & incidisse. Ad secundum affirmative, & amplius,

Die

Die Sabbathi 22. Auguſti 1750.

COMEN. DISMEMBRATIONIS: Data primum fuit hæc Cauſa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 18. *Maii anno* 1743., ut in *Theſaur. Reſol. Sac. Congreg. Vol. XII. pag.* 88. Dubio, quod propoſitum fuit ſolo inſtante Ripariæ Populo „ An ſit locus executioni ſententiæ a Curia Epiſcopali latæ ſuper „ diſmembratione Parochialis Eccleſiæ S. Martini loci Bironici, & reſpective „ ſuper erectione Eccleſiæ Spiritus Sancti in novam Parochialem in caſu &c. „ Reſpondit Sacrum Tribunal -- *Affirmative* -- ut in eodem *Vol. XII. pag.* 89. Quia vero latum fuerat hoc Reſponſum inauditis Præpoſito, & Populo Bironici, & inaudito Epiſcopo, ideo Sacrum Tribunal *die* 14. *Decembris eodem anno* 1743. reſcripſit *ſcribatur Epiſcopo pro Informatione, & voto juxta petita auditis Partibus*, ut plenius integrum Cauſæ hujus factum licet agnoſcere ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 27. *Junii anno* 1744., quod publici Juris factum fuit *Vol. XIII. Theſ. Reſol. Sac Congreg. pag.* 132. *& ſeqq.* Repropoſita igitur Cauſa in *Congregatione* habita *die* 18. *Julii eodem anno* 1744., Dubio, quod erat, *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis*, reſponderunt Eminentiſſimi Patres *Prævio receſſu a deciſis negative*. Rediit Ripariæ Populus ad hoc Sacrum Tribunal, petiitque mandari Juriſdictionem Judici, ut alius Peritus eligeretur; Propoſitaque hac petitione in *Congregatione diei* 29. *Auguſti eodem anno* 1744. reſponſum fuit -- *nihil de ſubdelegatione Judicis in Partibus pro deputatione Periti, & proponatur in prima etiam unica* -- ut in eodem *Vol. XIII. Theſaur. pag.* 162. *Seſſ. 21. c. 4. de Ref.*

Tertio igitur propoſita Cauſa Diſmembrationis in *Congregatione diei* 19. *Septembris eodem anno* 1744., Dubio, quod erat -- *An ſit ſtandum in primo, vel ſecundo loco deciſis in caſu* -- reſpondit Sacrum Tribunal -- *In ſecundo loco deciſis, & amplius* -- ut in eodem *Vol. XIII. Tgeſaur. pag.* 174. Cauſa igitur confecta videbatur: Expeditis enim a Præpoſito literis hujus Sacri Tribunalis, vetitum fuit ab Epiſcopo Sacerdoti Andreæ Braga, quem Populus ſibi Parochum elegerat, ne Jura Parochialia exerceret ſub pœna ſuſpenſionis, juſſumque fuit, ut removeretur Fons Baptiſmalis in Eccleſia Spiritus Sancti erectus, utque in Parohum agnoſceretur Præpoſitus Bironici, cui decimæ ſolverentur, & debita præſtarentur obſequia: nihil tamen horum actum eſt; debuitque Epiſcopus ſimile præceptum renovare ſub pœna excommunicationis, & interdicti: fruſtra tamen omnia. Tranſacto anno integro, Sacerdos ille Andreas Braga preces obtulit Eminentiſſimis Patribus nomine Populi, quibus poſtulavit, ut cum nullum haberet Paſtorem, Sacerdos hic Andreas in Cappellanum deputaretur, inauditoque Præpoſito Bironici, cenſuerunt Ampliſſimi Patres Epiſtolam dandam eſſe ad Comenſem Epiſcopum „ ut „ ad deputationem Cappellani Curati pro Sacramentorum adminiſtratione in eodem loco Ripariæ pro ſuo arbitrio, & conſcientia deveniret; *Addebatur in „ Epiſtola*, ut quatenus conſtaret de idoneitate Sacerdotis Andreæ Braga, eumdem utpote Populo oratori acceptum, cæteris paribus in hujuſmodi deputatione, prout Sacra Congregatio exoptabat, præferret.

De hac Epiſtola certior factus Præpoſitus Bironici libellum obtulit Epiſcopo Comenſi, quod diſputabat arbitrio non eſſe locum, quia Ripariæ Populus hac ratione petitam, & bis rejectam diſmembrationem obtineret: Epiſcopus itaque *mandavit convocari Congregationem Tribunalis Curiæ Epiſcopalis ad effectum deliberandi, prout Jus, & Juſtitia ſuadebit*. Congregatione coacta cenſuerunt Patres, & decrevit Epiſcopus, locum eſſe deputationi Cappellani Curati, dum tamen Populus Ripariæ liti renunciaret: non placuit hoc decretum Ripariæ Populo, rediitque iterum ad Ampliſſimum hoc Tribunal, & Eminentiſſimi Patres mandarunt Nuncio Apoſtolico apud Helvetas, ut de omni hac re diligenter Sacram Congregationem inſtructam redderet, animique

que ſui ſententiam aperiret. Ut mandata Nuncius impleret, ignoto homini mandavit, ut Ripariam pergeret, & cuncta cognoſceret, atque inveſtigaret. Hæc quæ vidit, quæque audivit retulit, relationem Nuncius adjecit epiſtolæ ſuæ, aperuitque ſententiam animi ſui, ut diſmembrationi locus eſſe poſſet: Poſtulavit igitur Ripariæ Populus audiri adverſus binas definitiones Sacri Tribunalis, impetravitque quod petiit, *non retardata executione decreti proviſionalis ſuper deputatione Cappellani*, ut hæc omnia conſtant ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 7. *Auguſti anno* 1745., quod in lucem hominum editum fuit *Vol. XIV. Theſaur. Reſolut Sac. Congregat. pag.* 68.

Propoſito igitur in eadem Congregatione Dubio „ An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c. -- *reſpondit Sacrum Tribunal* -- Ad Eminentiſſimum Præfectum juxta mentem -- *Mens autem in* Congregatione *habita* die 28. ejuſdem menſis Auguſti *expreſſa fuit nempe* -- In deciſis, & deputandum eſſe Cappellanum nominandum a Præpoſito, & approbandum ab Epiſcopo, non æmovendum niſi de licentia ejuſdem Epiſcopi ſumptibus præpoſiti, & cum facultate adminiſtrandi Sacramenta, exceptis Baptiſmate extra caſum neceſſitatis, & matrimonio, ſalvis omnibus Juribus Parochialibus „ ut in eodem *Vol. XIV. Theſ. Reſol. pag.* 69. Male quidem deglutire potuit Præpoſitus Bironici legem illam *ſumptibus Præpoſiti*, nominavit tamen Cappellanum, ſed Vicarius Generalis, qui ſententiam diſmembrationis tulerat, eludere voluit definitiones Eminentiſſimorum Patrum, & nominatum rejecit, immo decrevit manutenendum eſſe Sacerdotem Andream Braga in exercitio Curæ animarum Ripariæ. Nominavit iterum Præpoſitus Bironici plures alios Sacerdotes ab ipſo Comenſi Epiſcopo approbatos ad excipiendas Sacramentales Confeſſiones, quique actu Vicario munere curam animarum exercebant: Fruſtra tamen, omnes enim rejecti fuerunt, & Sacerdos ille malorum omnium author Andreas Braga Parochialia munera exercuit placidiſſime, & actu exercet, Matrimoniis aſſiſtens, Infantes Baptiſmate lavans, functiones omnes, & munia Parochialia explens, & licet Præpoſitus, precibus Sacro huic Tribunali oblatis, reſcriptum impetraverit, ut exequerentur Decreta Ampliſſimi Ordinis, nihil tamen actum eſt, & Sacerdos Braga Parochus eſt, non, ut judicatum eſt, Præpoſitus Bironici.

Satius itaque viſum eſt Præpoſito Bironici aliam ingredi viam, confugitque ad Tribunal A. C. petens remotionem Fontis Baptiſmalis ab Eccleſia Spiritus Sancti Ripariæ, ut Andreas Braga amoveretur ab exercitio Curæ Animarum. Excepit Braga ſe deputatum fuiſſe ab Epiſcopo, nec poſſe removeri; Fontem non eſſe removendum, quia cum hoc Sacrum Tribunal facultatem indulſerit conferendi Baptiſmum in caſu neceſſitatis, dicendum eſſet voluiſſe, ut Fons Baptiſmalis retineretur. Abſtinuit a ſententia A. C., & Partes adire juſſit hoc Sacrum Tribunal, quod declararet decreta ambigua, quæ tulerat. Fractus igitur Præpoſitus longa lite tot annorum, tergiverſationibus, & calumniis Judicio Criminali ei impictis a Sacerdote illo Andrea Braga, poſtulat nunc, ut Eminentiſſimi Patres *recedant a deciſis die* 7. *&* 28. *menſis Auguſti anno* 1745., quibus reſponſum fuit deputandum eſſe Cappellanum, quia, cum ipſe Præpoſitus ſine alterius ope præſto eſſe poſſit neceſſitatibus illius Populi, ut priſcis temporibus factum eſt a defunctis Præpoſitis, nulla vehemens proponi poſſit ratio, ob quam deputandus ſit Cappellanus, cui locus eſt in caſu, quo conſuli non poſſit Parochianorum neceſſitatibus, præſertim cum ob tenuitatem reddituum Parochiæ ſalva non ſit congrua Præpoſito. Contra vero Communitas Ripariæ poſt rejectam diſmembrationem aſſignavit Andreæ Braga annuos reddituos ſcut. 60., quæ præſtari ab ea ſolebant Cappellanis, quos ipſa pro Populo retinebat in Eccleſia Spiritus Sancti, ideoque, ſi qua urgeret neceſſitas, poſſet conſulere neceſſitatibus Populi ſui aſſignando hos reditus Cappellano ſine ullo Præpoſiti detrimento.

Jure ſiquidem cautum eſſe, ut quoties tot Parocho redditus non ſuppetunt, ut Cappellano ſtipendium præſtare poſſit, teneatur Communitas Cappellano ſti-

pendium

pendium præſtare *Barboſ. ad Concil. Triden. Seſſ. 21. cap. 4. de Refor. num. 15. Panimoll. deciſ. Eccleſ. 15. annot. 2. num. 28.* : quod ſi placeat Eminentiſſimis Patribus, ut Cappellanus deputetur, poſtulat Præpoſitus, ut aliqua ſaltem capiatur proviſio, qualis eſſet remotio Sacerdotis Andreæ Braga, qui a decem annis contra mentem Sacri Tribunalis pro Parocho ſe gerit, quique diuturnæ hujus litis, & malorum omnium, quæ inde evenerunt, excitator eſt, & author, utque Fons Baptiſmalis removeatur ab Eccleſia Spiritus Sancti, ne ſignum in ea aliquod, & indicium ſit Parochialitatis, ſpreta exceptione, quam deducebat Andreas Braga coram A. C., cum in caſu neceſſitatis nihil opus ſit Fonte Baptiſmali, & Infans, qui in periculo mortis conſtitutus eſt, ad Eccleſiam, & Fontem Baptiſmalem non deferatur, ſed domi, ubi natus eſt, aqua, & Spiritu Sancto regenerari poſſit a quocumque, itaut facile dignoſcatur diffugium eſſe, quod Sacerdos ille coram A. C. excipiebat.

Hæc Præpoſitus Bironici: A Populo Ripariæ, & Sacerdote Braga libellum Jurium nondum habuimus. Decernere itaque debent Eminentiſſimi Patres.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata ad primam poſt aquas, & ad mentem.

ASCULANA CAPPELLANIARUM SUPER DISPENSATIONE: Duo in Familia Broglia, quæ inter primas eſt Oppidi Ophidæ Aſculanæ Diœceſeos, fuerunt Fundatores Cappellaniarum in Eccleſia Sanctiſſimæ Trinitatis ejuſdem Oppidi. Primus fuit Armenius ſenior, qui Teſtamento, quod condidit anno 1641. Cappellaniam fundavit, cujus Juſpatronatus reliquit hæredibus ſuis, & deſcendentibus in infinitum, dato iiſdem onere „ Che debbano eleggere ſempre il più proſſimo conſanguineo mio, purchè ſia abile e ſia „ della Famiglia Broglia, ed in difetto di queſti elegghino gl' affini &c., e dopo queſti, chi parerà a loro &c. abile poi voglio, che s' intenda quello, che „ ſecondo il Rito di Santa Chieſa ſarà ordinato della prima Tonſura, e ſe ſarà „ di Caſa Broglia, ma ſe ſarà della Famiglia, voglio, che ſia Sacerdote; e „ ſe ſarà mio figliuolo, e diſcendente de miei figli, voglio, che s' intenda abile „ ſubito, che è nato, purchè venendo all' età legitima pigli a ſuoi tempi gl' „ Ordini, e facciaſi Sacerdote come ſopra &c. dovendo però ſar celebrare le „ Meſſe, e ſodisfar gl' oblighi del Juſpatronato quello, che lo goderà, ancor„ chè mio deſcendente. *Seſſ. 23. c. 6. de Reform.*

Alter fuit Franciſcus Antonius Broglia filius Gregorii fratris Armenii, qui anno 1692. aliam Cappellaniam in eadem Eccleſia fundavit, & ad eam vocavit „ adeſſo per allora uno della Famiglia, purchè ſia in età a' anni quattor„ dici, eſcludendo perciò D. Armenio, e D. Nicolò miei Cugini con tutta la „ di loro poſterità per eſſer li medeſimi proviſti de Beni Eccleſiaſtici, e Pater„ ni, non avendo avuto altro ſcopo, che per ſollevare dalle miſerie la Caſa „ Broglia deſtituta d' ogn' altro umano ſoccorſo; e finita la Linea maſcolina „ Broglia, ordino, e commando, che poſſino ſuccedere li figli di Zio Rocco „ Coſtantini, e figli de figli in infinitum parimenti d' anni 14. con queſta con„ dizione, che debba ſuccedere per aggiunta „ Utramque Cappellaniam poſſidebat, qui nuper die ſcilicet 17. Novembris anno 1749. defunctus eſt Canonicus Joſeph Broglia. Nicolaus defuncti frater, cum nullus ex familia ſua eſſet, qui eligi poſſet, niſi Armenus filius puer trium annorum, hunc nominavit, ea tamen lege, ut a Sacratiſſimo Principe noſtro veniam ætatis impetraret, alio interim conſtituto Sacerdote, qui onera Cappellaniis adjecta a Teſtatoribus impleret. Oblatis igitur Optimo Maximoque Principi his precibus, quibus venia ætatis poſtulabatur, data fuit earumdem cognitio Ampliſſimis Patribus.

Auditus fuit, ut moris eſt, Epiſcopus Aſculannus, & coram eodem Epiſcopo in Jus vocatus fuit Clericus Franciſcus Antonius Coſtantini deſcendens a Roccho, & ſubſtitutus in teſtamento ſecundi Fundatoris Franciſci Antonii Broglia, qui

tamen

tamen proteſtationem dumtaxat emiſit. Refert Epiſcopus Nicolaum, ejuſque filium Armenium Juniorem puerum trimum unicos eſſe ſuperſtites ex familia Broglia; *nullos habent*, verba ſunt Epiſcopi „ ex Bonis Patrimonialibus redditus, & maxima inopia premuntur, niſi de Bonis Beneficii, vel Cappellaniæ provideantur ex Apoſtolica conſueta benignitate; & Domus Broglia „ eſt de conſpicuis familiis dictæ Terræ „ Nunc igitur, contradicente Clerico Franciſco Antonio Conſtantini, cauſa proponitur: diſputat autem Armenius nullam de Cappellania fundata ab Armenio ſeniore quæſtionem eſſe poſſe, cum ipſe vocatus ſit expreſſe in teſtamento ſtatim, ac natus fuit, & unicus ſit proximior de familia, ſolumque ei obeſſe poſſit ætas, cujus veniam Apoſtolica Sedes ex æquitate, cujus cultrix eſt, facile impertitur iis, qui de ſanguine ſunt, ut teſtificationem faciunt *Vivian. de jur. patron. lib. 6. cap. 6. num. 9. Corrad. in Prax. Benef. lib. 4. cap. 9. num. 10. verſ. pariter Narbon. de ætat. annor. 14. quæſt. 54. num. 9. verſ. & impetrari diſpenſationes. Piton. diſcept. Eccleſ. 13. num. 42. in fin.*, & reſpondit ſæpiſſime hoc Sacrum Tribunal, ut antiquioribus omiſſis, patet *ex Collen. Cappellaniæ 12. Decembris 1716.*, *& 24. Aprilis 1717. ex Cathacen diſpenſationis 11.*, *& 25. Januarii 1738. & ex Brixien. diſpenſationis 1. & 15 Martii eodem anno.*

Pari quoque facilitate veniam hanc impertiendam eſſe Armenio, ut Cappellaniam a Franciſco Antonio fundatam conſequi poſſit: Cum mens Fundatoris fuerit, quam ipſe expreſſit -- *Non avendo avuto altro ſcopo, ſolo per ſollevare dalle miſerie la Coſa Broglia deſtituta d' ogn' altro umano ſoccorſo* -- Quæ ratio & cauſa finalis optime convenit Armenio unico ſupertiti, & vocato, ideoque Apoſtolica Sedes in hiſce circumſtantiis difficilis non eſt ad veniam ætatis impertiendam, ut ultra allatos tradunt *Roſ. de exeq. liter. Apoſtol. lib. 1. cap. 6. num. 288. Antonin. var. reſol. t. lib. 1. cap. 112. caſ. 51. verſ. tamen contrarium. Fargna de Jurepatron. par 2. can. 6. & 27. caſ. 15.*, & favorabilem hanc eſſe diſpenſationem tradit *Cardinalis de Luca de Jurepatr. diſc. 70. num 18. verſ. aliud non operatur, & fideicom. diſc. 8 num. 18.* Neque hanc diſpenſationem præpediri poſſe a Clerico Franciſco Antonio Conſtantini, licet ſubſtituto in teſtamento Fundatoris, quia cum extet maſculus agnatus prius vocatus, & prædilectus, nullum ipſe Jus habere poteſt, ut late diſputat caſus diſtinguendo *Piton. de controver Patron. allegat. 1. num. 28.* Præſertim cum, pendente termino quadrimeſtris, nulla habeatur ratio detrimenti eventualis, quod per conceſsionem gratiæ evenire poteſt ſucceſſive vocato, qui præpedire non poteſt diſpenſationem ætatis ei, qui antecedenter vocatus eſt, cum ipſe nullum habeat Jus quæſitum, ſed ſolam, & meram ſpem, ut obſervant *Card. de Luca de Jurepatron. diſc. 70. num. 16.*, *& diſc. 82. num. 5. Carolus Antonius de Luca de linea legal. lib. 1. artic. 24. num. 12. & inobſervat. ad Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 6. §. 11. anum. 9.* Atque hanc ſententiam in longe difficilioribus circumſtantiis Juris quæſiti ex nominatione Patroni, & ex lapſu termini ſequuti ſunt Eminentiſſimi Patres in *Barchinonen. diſpenſationis* data in *folio Congregationis habitæ die 5. Decembris 1739.*; ut in *Theſaur. Reſol. Sac. Congregat. Vol. IX. pag.* 184., & definita *die 30. Januarii ſequenti anno* 1740., ut in eodem *Vol. IX. par. 2. pag.* 19., & nuper non obſtante nominatione facta a Patrono ſubingrediente in *Lucana Beneficii, ſeu Cappellaniæ* 17. *Maii* 1749. ut in *Theſaur. Reſol. Vol. XVIII. pag.* 45.

Hæc Armenius: A Franceſco Antonio nihil habuimus: unum eſt Cauſæ Caput. *An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro Gratia diſpenſationis ætatis ad effectum, de quo agitur in caſu &c.*

Affirmative quoad utramque.

Post longam possessionem Abbatum Monasterii Amorbacensis præsentandi Monachos ad exercendam curam animarum in quatuor Parochialibus Ecclesis nempe *Amorbach*, *Zell*, *Buchen*, & *Holderbach*, ut etiam ad *Primissariam* ejusdem Parochialis Ecclesiæ *Buchen*, quæ *Primissaria* Beneficium est, quod habet Sacerdos, ut vicariam, & adjutricem operam Paroche præstet in administratione Sacramentorum, aliisque Officiis ad animarum curum spectantibus, orta est controversia inter Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis Herbipolensis, & Abbatem Amorbacensem de præsentatione ad Parochialem, & Primissariam in *Buchen*, contendente Promotore Fiscali non posse Abbatem Amorbacensem præsentare ad hanc Parachialem, & Primissariam Monachos sui Ordinis, sed teneri ad præsentandos Sacerdotes sæculares; Contra Abbate Amorbacensi contendente Jus sibi esse, & facultatem præsentandi Monachos ex Bullis Unionem Bonifacii IX., & Innocentii VII. Pontificum Maximorum, & ex longa consuetudine, & possessione, in qua Abbates sunt Monachos præsentandi. Re igitur in Judicium deducta, Consilium Episcopale, ut facile intelligi potest, secundum Promotorem Fiscalem pronunciavit; sed delata appellationis Causa ad Curiam Metropolitanam Moguntinam, revocata fuit sententia, & pronunciatum fuit Jus esse Abbati Amorbacensi nominandi Regulares ad Parochiam, & Primissariam. Venit igitur in hac sententiarum varietate Causa hæc ad Amplissimum hoc Tribunal duobus collecta Capitibus, quorum primo de Parochiali agitur, altero de Primissaria.

Sess.7. c.7. de Ref. Sess. 14. c. 10. & 11. de Ref.

Narrat Promotor Fiscalis Abbates Amorbacenses ex titulo *Juspatronatus* sibi perpetuo asseruisse facultatem, & Jus præsentandi Rectorem, & Primissarium Ecclesiæ *in Buchen*, atque ex hoc Jurepatronatu non Monachos, sed sæculares Sacerdotes præsentasse etiam post ea tempora, quibus editæ dicuntur Bullæ Bonifaciana, & Innocentiana, ut monstrat duplici indice horum sæcularium Sacerdotum, altero eorum, qui Rectores fuerunt, deducto ab anno 1485. ad annum usque 1642. Altero eorum, qui Primissarii fuerunt, deducto ab anno 1535. ad annum usque 1663.; vetat enim antiquitas temporis, ut altius regredi possit. Post hæc tempora necessitate adactos fuisse Uvircemburgenses seu Herbipolenses Episcopos, ut ad Parochiales Ecclesias regendas Monachi e claustris evocarentur, vastata incendio Belli Sueviei Franconia universa, & dispersis Ministris Ecclesiarum, qui sese alio receperunt vastitatem fugientes; ob id Regulares præsentatos fuisse ab Abbatibus Amorbacensibus non perpetuo tamen, sed per intervalla, & cum sæcularium Sacerdotum copia deesset eo tempore, quod excurrit ab anno 1642. ad annum 1663,: Episcopos Herbipolenses id solum præoculis habuisse, ut ad eum statum res restituerentur, quo erant ante teterrimum illud Suevicum Bellum, & ob id curasse, ne Parochi ab Abbatibus amoverentur ad nutum; Resignationes Parochorum, & Primissariorum prævia tantum causæ cognitione admisisse; Literas Institutionum dedisse eadem formula, qua dari solent iis, qui Ecclesias obtinent in titulum; Hunc animum, ut Sacerdotes sæculares præsentarentur, declarasse in pluribus epistolis, atque in ipsis literis institutionum, in quibus expressum fuit admitti Regulares *ex sola gratia*, nec ipsos Abbates Amorbacenses dubitasse Monachorum admissionem petere *ex sola gratia*, idque etiam factum fuisse in ultima Parochialis Ecclesiæ vacatione, quæ obtigit anno 1735., post quam lis orta fuit.

Ex his, quæ ex facto proponuntur transgreditur Promotor Fiscalis ad ea, quæ Juris sunt: Urget cognitissimam Sacrorum Canonum dispositionem, qua vetitum est Regularibus Parochias obtinere, qua cautum est, ut Beneficia Regularia Regularibus. Sæcularia Sæcularibus conferantur; Urget, & Constantiensis, & Tridentini Concilii Decreta notissiam de unionibus, e quibus nullam habendam esse rationem disputat de Bullis Bonifaciana, & Innocentiana etiamsi de veritate earum nulla esset suspicio, quas tamen uti apocryphas, commenti-

tias, & falsas rejicit tum pluribus rationibus, tum quia nulla earum mentio sit in posterioribus literis Apostolicis Pii II. datis anno 1460., quibus Monachi Amorbacenses facultatem impetrarunt exercendi curam animarum in duabus ex supradictis Ecclesiis nempe *in Amorbach*, *& in Zell* : A consuetudine, & possessione nullum esse posse Abbatibus Amorbacensibus præsidium disputat Promotor Fiscalis, quod requiratur immemorialis, hic autem, facta temporis computatione, ne centenariam quidem adesse; Necessitate pressos Episcopos permisisse, ut Regulares præsentarentur; ex hac necessitate nullum oriri potuisse Jus Monachis; Uniones non a Potestate Episcopali, sed a Potestate Pontificia pendere: Episcopos animum suum declarasse epistolis pluribus, & literis institutionum, admissiones Regularium fieri *ex sola gratia*, agnovisse id Abbates Amorbacenses, & petiisse, ut *ex sola gratia* Monachi admitterentur.

Si omnia, quæ in libello Promototis Fiscalis proponuntur hic congregare animus esset, *Folium* in volumen excresceret; Ab Abbate Amorbacensi nihil hactenus habuimus; duo Causæ Capita hæc sunt.

I. *An Abbas Monasterij Amorbacensis præsentare teneatur Presbyterum Sæcularem ad Ecclesiam Parochialem in Buchen; seu potius præsentare valeat aliquem ex Monachis prædictis Monasterii?*

II. *An teneatur etiam præsentare Presbyterum Sæcularem ad Beneficium Primissariæ in Buchen, seu potius facultatem habeat præsentandi Monachum ipsius Monasterii?*

Proponatur in prima post aquas, etiam unica.

Sess 25. c. 13. de Reg., & Sess. 25. c. 13. de Ref.

TRANEN. JURIS FUNERANDI, ET PROCESSIONIS; Ex funere Rosæ Paradiso, Angelæ Ganfolo, aliorumque, qui sepulturam elegerunt in Ecclesiis Regularium, plures ortæ sunt controversiæ inter Capitulum, & Archipresbyterum Ecclesiæ Cathedralis Trani in Apulia Peucetia, quæ una est Parochialis in universa Civitate, & Patres Ordinis Carmelitici ejusdem Civitatis. Post varia facta, quæ referre inutile est, res delata fuit ad Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium, a qua auditus fuit Episcopus Rubensis; sed Decreto R. P. D. Auditoris Sanctissimi Causæ omnis cognitione delegata Sacro huic Tribunali, complexa fuit controversia de funeribus VIII. Dubiis, quorum sola lectione status quæstionis facile intelligi potest. Hisce VIII. alia tria addita sunt, quæ ad pompam, sive Processionem spectant Sanctissimæ Virginis de Monte Carmelo, quæ singulis annis die 16. Julii duci solet a Patribus ejusdem Ordinis; exacerbatis enim Partium animis, controversiæ de Jure funerandi alteri huic Causam dederunt. Ducendæ hujus Processionis veniam petunt Patres ab Archiepiscopo: Processioni interesse solent ab annis vigintiquinque rogati a Patribus Sodales S. Rocchi, interfuit sæpius Vicarius Generalis, Regius Gubernator, Syndicus, & plures laici faces gestantes: veniam, ut solet, Processionem ducendi anno transacto 1749. Archiepiscopus concessit; Edicto tamen proposito prohibuit „ in detta Pro-
„ cessione l' intervento d'ogn'altra Confraternita, e d'altra persona lacia, che
„ vestitia di camige si volesse far lecito di processionalmente intervenire, ec-
„ cettuatene quelle sole persone, che saranno necessarie a portare la Statua
„ della Beata Vergine, l' aste del Pallio, e soli quattro Lampioni intorno al
„ Pallio sudetto.

Ubi id resciverunt Carmelitæ, preces obtulerunt Archiepiscopo eum rogantes, ut caveret, ne aliquid oriretur scandali ex machinationibus Canonicorum, & epistolas Sacri hujus Tribunalis, quibus ejusdem sententia patebatur; & ut interim *servaretur solitum* jubebatur eidem Archiepiscopo, reddiderunt. Ille acceptis litteris edictum servari jussit, quod eadem die proposuerat. Edicto paruerunt Carmelitæ, ducta est Sacra Pomea, advenitque ad Urbis locum

qui

qui dicitur *li Regi Quartieri*: Pluers ibi erant Canonici, plures Sacerdotes ſæculares, hi omnes in Tertiarium, qui Crucem ferebat, irruerunt, vetantes, ne Pompa ulterius progrederetur. Turba ingens exorta, Crucis haſta confracta, Crux in puppim navis dejecta, Velum Crucis Populi pedibus attritum, deturbati, qui faces gerebant, faces ipſæ a Canonicis direptæ; Statua Beatæ Virginis dilapſa fuiſſet in terram, in Regiæ Arci Præfectus prudentiſſime militum manum immiſiſſet: Canonicorum excuſationes rejecit Epiſcopus Rubenſis, qui ſententiam ſuam aperte explicat ſecundum Carmelitas; Ab Archiepiſcopo, Archipresbytero, & Capitulo nondum aliquid habuimus: Dubia ſunt.

I. *An Patres Carmelitæ Civitatis Trani occaſione aſſociationis cadaverum defunctorum ſeppelliendorum in eorum Eccleſia, teneantur ire ad levandorum Archipresbyterum Curatum ab Eccleſia Cathedrali unica Parochiali in caſu &c.* Et quatenus Affirmativè.

II. *An liceat nonnullis ex iiſdem Patribus non intervenientibus una cum aliis in Eccleſia Cathedrali, ſe immiſcere per viam, aut in domo Defecti una cum aliis Regularibus jam proceſſionaliter incedentibus?*

III. *An poſt indictam ab Archiprebytero horam pro levandis cadaveribus ab eorum reſpective domibus, elapſa hora expectationis in dicta Eccleſia Cathedrali, liceat Patribus levare cadavera, illaque deferre ad eorum Eccleſiam tumulantem abſque interventu Archipresbyteri in caſu &c.*

IV. *An Archipresbyter aſſociando cadavera defunctorum ſeppelliendorum in Eccleſia Patrum, iiſque intervenientibus, teneatur incedere ſub eorum Cruce, ſeu eotins dicti Rogulares teneantur incedere ſub Cruce Eccleſiæ Cathedralis unicæ Parochialis in caſu &c.*, & quatenus affirmativè quoad ſecundam partem.

V. *An Archipresbyter ingredi poſſit Eccleſiam Patrum cum Cruce, & Stola, & ſuper cadaveribus ibidem tumulandis Officium peragere in caſu &c.*

VI. *An, dum ducitur Proceſſio funebris per viam una cum cadavere ad Eccleſiam tumulantem dictorum Regularium, præter præintonationem Antiphonæ fieri etiam debeat præintonatio Pſalmorum ab Archipresbytero Curato, ſeu potius a dictis Regularibus in caſu &c.*

VII. *An Capitulum dictæ Eccleſiæ Cathedralis unicæ Parochialis invitatum ad aſſociationem cadaverum ſeppelliendorum in Eccleſia dictorum Regularium poſſit illam ingredi cum Cruce propria, & Stola, ibique Officia, aliaſque funebres functiones ſuper cadaveribus abſolvere in caſu &c.*

VIII. *An & de quibus Intorticiis, & Candelis, & Candelis, aliiſque Juuibus, & Oblationibus funeralibus debeatur Eccleſiæ Cathedrali rnicæ Parochiali, vel Archiepiſcopo quarta funeralis occaſione tumulvtionis cadaverum in dicta Eccleſia Regularium in caſu &c.*

IX. *An iiſdem Patribus liceat extra proprium Clauſtrum, & Diſtrictum per Loca conſueta Civitatis facere ſolemnem Proceſſionem Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo cum ejuſdem ſimulacro in die ejus Feſtivitatis, petita licentia ab Archiepiſcopo, aut Archipresbytero Curato etiam non obtenta in caſu &c.*, & quatenus affirmative.

X. *An ſit ſervandum Edictum Reverendiſſimi Archiepiſcopi diei* 10. *Julii* 1749., *ſeu potius liceat dictis Patribus invitare ad eamdem Proceſſionem Confraternitates laicales degentes extra ſepta Monaſterii legitime inſtitutas, nec non devotos ſæculares proceſſionaliter incedentes cum cereis accenſis ſub Cruce eorumdem Patrum in caſu &c.*

XI. *An Patres Carmelitæ contravenerint eidem Edicto emanato de anno* 1749., & quatenus affirmativè, *quibus pœnis ſint puniendi in caſu &c.*

Dilata, & proponatur omnino in ſequeoti.

Seſſ. 21. *c.* 4. *de Ref.*

COMEN. DISMEMBRATIONIS; Animarum cura, & Sacramentorum adminiſtratio in Vico *Zuvinii* a tempore immemorali pertinet ad Præpoſitum, & Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ S. Laurentij Oppidi *Cuvii*; Ut autem Populi neceſſitatibus conſulatur, Univerſitas ejuſdem Vici Zuvinii eligeret ſolet Cappellanum, qui Præpoſitum adjuvat in cura Animarum. Venit in mentem Univerſitati illi Eccleſiam ſuam ſeparandi ab Eccleſia Parochiali, & Collegiata, utque hanc ſeparationem facilius obtineret, conſenſum petiit a Præpoſito, & Canonicis Cuvii, quem illi præſtiterunt ſub variis legibus, pactis, & conditionibus. Has conditiones agnoſere, atque accipere noluit Univerſitas Zuvinii, non vocatis in jus Præpoſito, & Canonicis petiit ab Epiſcopo Comenſi, ut optatam ſeparationem, & diſmembrationem concederet, mutatis arbitrio ſuo conditionibus appoſitis in conſenſu præſtito a Capitulo, & Præpoſito. Id ubi Præpoſitus, & Canonici reſciverunt proteſtationem in Actis emiſerunt de nullitate diſmembrationis, ſi cederetur contra formam conſenſus ab ipſis præſtiti. Hac tamen ſpreta proteſtatione, nulloque juris ordine ſervato, indulta fuit diſmembratio, quæ cauſam dedit liti, quæ agi cœpit in Curia Epiſcopali Comenſi. Hac lite pendente, Univerſitas Zuvinii preces obtulit Sacratiſſimo Principi noſtro, quibus petebat approbationem diſmembrationis.

Data fuit poſtulationis hujus cognitio ampliſſimis Patribus, qui in *Congregatione* habita *die* 13. *Septembris ſuperioris anni* 1740. reſcripſerunt - *Pro approbatione, ſi Sanctiſſimo placuerit* - Innotuit hoc reſcriptum Præpoſito, & Canonicis Cuvii, qui citati non fuerant, & ut præpedirent Bullarum expeditionem, ſeſe in Actis oppoſuerunt; Univerſitas autem rediit ad Epiſcopum Comenſem, a quo poſtulavit ſententiam diſmembrationis, eamque illico obtinuit; fruſtra tamen, cum circumſcripta inde fuerit a R. P. D. Auditore Sanctiſſimi. Poſtulant nunc igitur Præpoſitus, & Canonici Cuvij, ut Eminentiſſimi Patres *a deciſis recedant*, ac pronuncient *non eſſe locum diſmembrationi*, quod nullitate atque injuſtitia infecta ſit diſmembratio ab Epiſcopo indulta: nullitate quidem defectu citationis Præpoſiti, & Capituli, a quibus in Actis emiſſa fuerat proteſtatio, & defectu proceſſus, & probationum, quæ neceſſario colligi debebat, ut poſſet Epiſcopus diſmembrationem indulgere: Injuſtitia vero infectam eſſe patere evidenter, quia conſenſus Præpoſiti, & Canonicorum non fuit purus, ſed ſub pluribus conditionibus præſtitus, quibus non agnitis, & impletis, reſolutus fuit conſenſus ille, ac ſi numquam præſtitus fuiſſet.

Addunt conſenſum etiam purum Propoſiti, & Canonicorum nullum Eccleſiæ matri detrimentum inferre potuiſſe defectu cauſæ legitimæ, qua locus eſſe poſſet ſubſidiario huic, extremoque diſmembrationis remedio, cum deſint immodica diſtantia, viarum aſperitas, & quæ hujus generis juſtæ, & legitimæ diſmembrationis cauſæ reputantur, cum etiamſi adeſſent, ſatis ſit conſultum neceſſitatibus populi Cappellano, quem ipſa eligit Communitas Zuvi-

nii; nullam igitur hujuſce conſenſus habendam eſſe rationem, & ſuccurrendum eſſe Eccleſiæ, ut eo conſenſu non obſtante, diſmembrationem impugnare poſſit, atque hoc detrimentum avertere *Bertacchin. Vot. deciſ.* 117. *nu.* 3. *Sperell. deciſ. Eccl.* 74. *num.* 35; Hæc ſumma eſt Libelli data Præpoſito, & Capitulo Cuvii: ab Univerſitate Zuvinii: ab Univerſitate Zuvinii nihil habuimus. Dubium eſt.

An ſit locus diſmembrationi, itaut ſit ſtaupum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata, & proponatur omnino in ſequenti.

FERENTINA CAPPELLANIÆ; In Cappella, quam in honorem B. Virginis *Roſarii* ædificaverat in Eccleſia Parochiali Sancti Hippoliti Civitatis Ferentini Franciſcus Antonius Cuppiuius teſtamento, quod condidit anno 1712. fundavit, erexirque Juſpatronatus, ditis aſſignatiſque certis bonis his verbis „ Laſcia, fonda, & erigge in Juſpatronato nella Cappella del Santiſſimo Roſario da eſſo Sig. Teſtatores eretta, e nuovamente fondata dentro „ la Chieſa Parochiale di Sant' Ipolito di queſta Città di Ferentino gl'infraſcritti beni cioè „ Hujus Cappellæ perpetuum Cappellanum nominavit Teſtator Sacerdotem Joſephum Collalti, quem, & alios pro tempore Cappellanos, agere voluit certum ſacrorum numerum „ Alla qual Cappella eſſo Sig. „ Teſtatore ha nominato preſentemeſtte per Cappellano perpetuo do, po però la ſua morte, e non altrimanti il Sacerdote Giuſeppe Collalti figlio „ &c. qual Cappellano, e gl' altri pro tempore debbano celebrare, o farcelebrare nella ſudetta Cappella due Meſſe &c. „ Poſt obitum vero Sacerdotis Joſephi Collalti legavit Jus præſentandi Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Ferentini Siſce verbis „ Dopo la morte di eſſo Sig. D. Giuſeppe Collalti Cappellano il Jus di preſentare a detta Cappella ſia, o ſpetti alli Signori Canonici della Chieſa Cathedrale di queſta Città di Ferentino. *Seſſ.* 21. *c.* 3. *de Ref.*

De Jurepatronatus paſſivo ita diſpoſuit „ quali Sig. Canonici ſubito ſeguita la „ morte di eſſo Collalti, debbano preſentare alla ſuddetta Cappella un Chierico Cittadino, o figlio di un Cittadino di Ferentino povero, che non poſſieda beni ſtabil. da ponerſi fare il Patrimonio, ed ordinarſi Sacerdote, ed „ il ſuddetto Chierico preſentato, arrivato che ſara all' età di anni 25. compiti, e non eſſendoſi ordinato Sacerdote, o per ignoranza, o per demerito, o per altro impedimento &c. vuole, e commanda eſſo Signor Teſtatore, che debba eſſer rimoſſo dalla d. Cappella, e li ſudetti Signori Canonici debbano eleggere un altro con l'iſteſſe conditioni come ſopra eſpreſſe, e coſi ſi debba oſſerſtare in perpetuo circa l' elezione di detto Cappellano „ Quia vero Teſtator plures habebit fratrum filios, quos diſpari amore proſequebatur, ideo diverſa inter hos ratione diſpouendi uſus eſt: Ait enim „ Ma eſſendovi Sacerdote, o Chierico della famiglia di Giulio Cuppini ſuo Nipote vuole, che queſti ſiano preferiti a qualſivoglia altro, e „ debano eſſer preſentati ſenza eſſere eſſaminati, ne poſſino eſſer rimoſsi da „ d. Capella per qualſivoglia cauſa, come ſopra ſpecificata: qual derogatione non vuole eſſo Teſtatore, che militi con li Chierici, che poteſſero eſſer della famiglia di Ambrogio, Silvio, e Sebaſtiano Cuppini altri ſuoi „ Nipoti carnali, ma queſti debbano ordinarſi alli 25. anni come ſopra &c. „ e li medemi debbano ſtare a quello ſi è ſtabilito delli Chierici Cittadini di „ Ferentino, eſſendo volontà di eſſo Signore, che li Cappellani di d. Cappella debbano farſi Sacerdoti, & ordinarſi con li frutti della detta Cappella.

Defuncto Teſtatore, Sacerdos Joſeph Collalti, qui ab eo nominatus fuerat, adivit Curiam Epiſcopatem Ferentini, petiitque ab Epiſcopo Literas inſtitutionis, quibus poſſeſsionem bonorum, quæ Teſtator legaverat, nactus eſt: Epiſcopus vero eas indulſit, licet nulla facta fuiſſet ab eo eorumdem bonorum

erecto

erecto in Beneficium Ecclesiasticum ; Sed morte tandem obita a Sacerdote Josepho Collalti die 15. Februarij hujus anni, datoque Jure patronatus ad Canonicos Cathedralis Ecclesiæ Ferentini, Clericus Stephanus Cuppiniua filius Julii Cupini, & prælative ad Cappellaniam vocatus perum, obtinuitque a Canonicis nominationem, & cum vellet bonorum possessionem accipere, rescivit Curiam Ecclesiasticam Ferentini contendere, ut Litteræ institutionis ab Episcopo essent impetrandæ, quod ageretur de Beneficio Ecclesiastico, non de Legato pi, & Joseph Collalti Cappellanus defunctus institutionem petiisset; Abstinuit, his auditis, Stephanus Cuppinius a possessione, & ne detrimentum aliquod inferret dispositioni Fundatoris, & futuris Cappellanis preces obtulit sacro huic Tribunali, ut declararetur an de Beneficio Ecclesiastico, vel de Legato Pio agererur.

Auditus fuit Episcopus Ferentinus, qui censuit Cappellaniam hanc esse Beneficium Ecclesiasticum, quem contra disputat Cuppinius ex integra dispositione testamentaria dignosci Fundatorem nihil aliud voluisse, quam simplicem Cappellaniam Laicalem, cum certa Bona legaverit in commoda Cappellani, ut sive per se ipsum, sive alium Sacerdotem sacra agerentur in Cappella, quam ædificaverat, ideoque non Beneficium Ecclesiasticum, sed simplex Legatum Pium dicendum sit; quando enim fundator nihil aliud aliud facit, quam bona sua Clerico, aut Sacerdoti relinquere cum onere sacra agendi, procul dubio pium legatum dare censetur, non Beneficium Ecclesiasticum fundare, ut tradunt *Navarr. cons.* 5., *&* 7. *per tot. num. de Præbend. tom.* 1., *Gonzal. ad Regul. Cancell. Glos.* 5. *nu.* 20. *Card. de Luc. de Jurepatron. disc.* 27. *n.* 7. *de Marin. var. Resol. leg.* 1. *cap.* 26. *num.* 4.; Eoque amplius, quod Testator nunquam nominavit dispositionem suam de hac Cappellania Beneficium Ecclesiasticum, sed *Cappellam*, & in ipso initio dixit, *lascia*, *fonda*, *& erigge un Juspatronato nella Cappella del Santissimo Rosario*, ut dignosci non difficile possit voluisse eum Patronatum Laicalem, activum, & passiuum: activum dedit Canonicis Cathedralis, passivum consanguineis, & pauperibus.

Id ipsum dignosci posse ex silentio Testatoris, qui de consensu, & authoritate Episcopi nullum verbum habuit, immo authoritate sua Juspatronatus erigere dixit, *Fonda*, *& erigge un Juspatronato*, cum enim jus illud spirituale, quod Beneficiis in est, oriatur ex dedicatione bonorum, quæ Deo fit a Venerabilibus Episcopis, ex qua dedicatione bona a cæteris prophanis omnino separantur, & Divini Juris efficiuntur, consequitur, ut si Testator consensum, & authoritatem Episcopi in erectione Cappellaniæ non requisivit, sed illam jure proprio facere voluit, nil aliud in mente habere potuerit, quam fundationem simplicis Cappellaniæ piique Legati, quod sine consensu, & authoritate Episcopi poterat consistere, ut ex *Textu in Cap. ad hæc*, *ubi Glos. Verv. authoritate Pontificis de Relig. domib.* differit *Rota coram Lancett. decis.* 1030. *n.* 8., *& seq.* Convenitque observatio Testatorem neque Canonicis, neque Cappellanis aut obligationem, aut necessitatem imposuisse petendi Institutionem ab Episcopo, quod explicat mentem Testatoris fuisse, ut simplex opus pium, & Cappellania Laicalis institueretur *Garz. de Benef. part.* 1. *c.* 2. *n* 111. *Amostaz. de caus. piis lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 10. *vers. quodidem*.

Aliud etiam vehemens educi argumentum voluntatis Testatoris disputat Cuppinius ex dispositione, qua jussit, ut nominari deberet inops Clericus, qui *non possieda beni stabili da poterssi fare il Patrimonio*, voluitque, ut ex fructibus hujus Cappellaniæ Patrimonium sacrum constitui posset, & ad sacros Ordines Cappellani ascendederent, *accioche con li frutti della medema Cappella possa farsit il Patrimonio*, *& ordinarsi Sacerdote*: Patere enim ex hac dispositione evidenter merum legatum pium, non Beneficium Ecclesiasticum instituere Testatorem voluisse, cum titulus Patrimonii proprie conveniat Bonis Laicalibus, & inductus sit in defectum tituli beneficialis, nec dici possit Beneficium Ecclesiasticum *Fagnan. in cap. Episcopus* 4. *num.* 24. *de Præben.*, *& dignit. Lotter. de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 34. *Gigas de Pension. quæst.* 28. *nu-*

28. *num.*4. *vers. nam Patrimonium Pignatell. consult.* 2. *nu.*23. *in fin. tom.*3. *Monacell. in supplemen. ad tom.* 3. *Formula. num.*184., & ideo Cappellaniam, quam fundator exprimit, ut pro Sacro Patrimonio sit, Laicalem censendam esse tradit *Amogaz. de Cauſ. piis lib.*4. *cap.*2. *num.*6., *&* 7.; Idem denique colligi manifesto ex privatione, & remoiione Cappellani, nisi impleto vigesimo quinto ætatis anno, ad Sacerdotium ascenderit; naturæ siquidem Beneficii Ecclesiastici directo adversari hanc remotionem, & privationem, quæ monstrat Fundatorem non Beneficium Ecclesiasticum, sed Cappellaniam Laicalem, cui convenit amovibilitas fundare voluisse *Navarr. cons.* 5. *num.* 1., *& cons.*7. *num. tit. de Præbend. Corrad. in prax. Benef. lib.* 1. *cap.* 2. *num.*48. *& seqq.*

Manifestum igitur esse ex ipsa litera Testamenti versari nos in Legato pio; Sepositaque etiam fundatione, idem esse dicendum ex defectu erectionis formalis hujus Cappellaniæ, quæ numquam facta fuit ab Episcopo, cum explorati juris sit Cappellanias a Testatoribus institutas Beneficii Ecclesiastici naturam non suscipere, nisi cum Episcopali authoritate erigantur, & Episcopus approbet dicta, & conditiones, quæ Testatoribus, & Fundatoribus apposita fuerint *Felin. in cap. ex parte de rescript. Lotter. de re Benef. lib.*1. *quæst.*5. *num.*14., *& seqq. Card. de Luca de Jurepatron. disc.*15. *num.*4; Hinc posthabenda esse, ait Cuppinius, argumenta Episcopi, quibus censuit Fundatorem voluisse Beneficium Ecclesiasticum instituere, quod nempe, *& Cappellæ, & præsentationis* nominibus usus sit, quod *Altare* designaverit, ubi sacra essent agenda: Nomen enim *Cappellæ* excludere potius Beneficium Ecclesiasticum, cum Cappellaniæ proprie sumptæ non sint Beneficia Ecclesiastica, ut tradit *Gonzal. ad Regul. Cancellar. Glos.*4. *num.* 20. nomen vero *Præsentationis* non satis esse ad Ecclesiasticum Beneficium necessario designandum, cum promiscue pro *Nominatione, & Electione* accipiatur, ideoque uti æquivocum nihil ad rem concludere definit *Rot. post Piton. de controv. Patron. allegat.*33. *num.*32. Designationem denique Altaris non facere, ut Cappellania Beneficium Ecclesiasticum dici possit uno consensu traditum esse a *Lotter. de re Benef. leg.* 1. *cap.* 5. *num.*16. *Piton. de controv. Patron. alleg.*87. *num.*16. qui plurimos referunt.

Factum denique Saberdotis Josephi Collalti nullum voluntati Fundatoris, & futuris Cappellanis detrimentum inferre potuisse, cum ne id quidem possit Episcopus formali erectione: Spernendos esse testes, quos dat Episcopus, spernendam confessionem, quam seciſſe Cuppinium in precibus Capitulo oblatis asseritur: Hæc Cuppinius: Dubium est.

An dispositio qu. Franciſci Ambrosii Cuppini præseferat ſimplex Legatum Pium cum onere Missarum, ſeu potius Beneficium Eccleſiaſticum in caſu &c.

Dilata, & proponatur citato Capitule.

Die Sabbathi 12. Septembris 1750.

TARENTINA PRÆEMINENTIARUM; Ut patet ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 20. *mensis Junii* Causa hæc IX. Capitibus collecta fuit, quibus propositis in *Congregatione* habita *die* 1. transacti *mensis Augusti*, omnia secundum Capitulum, & Clerum Tarentinum definita fuerunt; aliquibus adadjucta fuit clausula, *& amplius non proponatur* -- ideo de his non agitur. Reliqua, quibus clausula illa adjecta non fuit, ad novam nunc Archidiaconus disputationem revocat: sunt autem Primum, quod erat,, An in ele-, ctionibus Officialium quotannis in Congregatione generali sub diebus 27., , & 28. Junii fieri consuetis per schedularum est urnis, ubi nomina Vocalium

Sess. 24. *c.*12. *de Reg.*

„ calium ſunt inſcripta, ſe potius id ſpectet ad Capitulum, & Clerum pro „ ejus arbitrio in caſu &c, „ *Secundum, quod erat* „ An urgente neceſſitate eligendi infra annum unum, aut plures Officiales, ſive deputatos rerum Capitularium, aut ſubrogandi aliquem in locum Officialium infra „ annum decedentium, nominatio unius, vel plurium privative ſpectet ad „ ſolum Archidiaconum, ſeu potius ad quem, & quomodo in caſu &c. „ „ *Tertium: quod erat* „. An in electionibus nominatoeum ab Archidiacono, „ de quibus in ſecundo Dubio, neceſſario adhiberi debeant ſervatores ad inſtar electionum, quæ fiunt in Congregatione Generali, ſeu potius relinqurndum ſit arbitrio Capituli in caſu &c. „ *Quartum* „ An urnæ pro excipiendis ſuffragiis in omnibus Congregationibus Capitularibus ſint per Archidiaconum circumducendæ ad ſedes ſingulorum Vocalium, ſeu potius retinendæ ſint per ipſum in ſua ſede manentem, vel potius collocandæ ſint in „ medio Aulæ Capitularis, & ad quem pertineat jus numerandi ſuffragia in „ caſu &c. „ *Octavum denique, quod erat* „ An, & a quibus dirigi, & „ demandari debeant ea, quæ urgente neceſſitate non facile poſſunt a Capitulo expediri ſive ad actus Eccleſiaſticos, ſive ad œconomiam, ſive tandem ad commune commodum, vel decentiam ſpectent in caſu &c. „ *Reſpondit his Sacrum Tribunal*: An I. Negative ad primam partem, Affirmative ad ſecundam: Ad II. Negative ad primam partem, & amplius, & „ quoad ſecundam ſpectare ad Capitulum prout de jure: Ad III. Arbitrio „ Capituli: Ad IV. Urnam eſſe collocandam in medio Aulæ Capitularis, „ & numerationem faciendam eſſe per ſcrutatores: Ad VIII. ſpectare ad ſuos „ reſpective Officiales a Capitulo deſtinatos, in reliquis recurrant ad Archiepiſcopum; Nunc itaque reſpondendum eſt.

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis quoad I. II. in ſecunda parte, III. IV., & VIII. Dubium in caſu &c.

Non propoſita attenta renunciatione.

Seſſ. 25. c. 13. de Regul. & c. 13. de Ref.

TRANEN. JURIS FUNERANDI, ET PROCESSIONIS: Imperio Eminentiſſimorum Patrum hæc Cauſa proponitur, qui in *ultima Congregatione* habita *die* 22. tranſacti menſis *Auguſti*, Archiepiſcopo, & Cananicis *dilationem* poſtulantibus, reſcribſerunt „ *Dilata, & proponatur omnino in ſequenti* „ Rogantur igitur Ampliſſimi Patres, ut *Folium ejuſdem Congregationis* iterum conſulant, & XI., quæ ſequuntur, Cauſæ Capita expediant.

I. *An Patres Carmelitæ Civitatis Trani occaſione aſſociationis cadaverum defunctorum ſeppelliendorum in eorum Eccleſia, teneantur ire ad levandorum Archipresbyterum Curatum ab Eccleſia Cathedrali unica Parochiali in caſu &c.* Et quatenus Affirmativè.

II. *An liceat nonnullis ex iiſdem Patribus non intervenientibus una cum aliis in Eccleſia Cathedrali, ſe immiſcere per viam, aut in domo Defecti una cum aliis Regularibus jam proceſſionaliter incedentibus?*

III. *An poſt indictam ab Archiprebytero horam pro levandis cadaveribus ab eorum reſpective domibus, elapſa hora expectationis in dicta Eccleſia Cathedrali, liceat Patribus levare cadavera, illaque deferre ad eorum Eccleſiam tumulantem abſque interventu Archipresbyteri in caſu &c.*

IV. *An Archipresbyter aſſociando cadavera defunctorum ſeppelliendorum in Eccleſia Patrum, iiſque intervenientibus, teneatur incedere ſub eorum Cruce, ſeu eotins dicti Rogulares teneantur incedere ſub Cruce Eccleſiæ Cathedralis uniçæ Parochialis in caſu &c.*, &

qua-

quatenus affirmativè quoad ſecundam partem .

V. *An Archipresbyter ingredi poſſit Eccleſiam Patrum cum Cruce , & Stola , & ſuper cadaveribus ibidem tumulandis Officium peragere in caſu &c.*

VI. *An , dum ducitur Proceſſio funebris per viam una cum cadavere ad Eccleſiam tumulantem dictorum Regularium , præter præintonationem Antiphonæ fieri etiam debeat præintonatio Pſalmorum ab Archipresbytero Curato , ſeu potius a dictis Regularibus in caſu &c.*

VII. *An Capitulum dictæ Eccleſiæ Cathedralis unicæ Parochialis invitatum ad aſſociationem cadaverum ſeppelliendorum in Eccleſia dictorum Regularium poſſit illam ingredi cum Cruce propria , & Stola , ibique Officia , aliaſque funebres functiones ſuper cadaveribus abſolvere in caſu &c.*

VIII. *An & de quibus Intorticiis , & Candelis , aliiſque Juuibus , & Oblationibus funeralibus debeatur Eccleſiæ Cathedrali unicæ Parochiali , vel Archiepiſcopo quarta funeralis occaſione tumulationis cadaverum in dicta Eccleſia Regularium in caſu &c.*

IX. *An iiſdem Patribus liceat extra proprium Clauſtrum , & Diſtrictum per Loca conſueta Civitatis facere ſolemnem Proceſſionem Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo cum ejuſdem ſimulacro in die ejus Feſtivitatis , petita licentia ab Archiepiſcopo , aut Archipresbytero Curato etiam non obtenta in caſu &c.* , & quatenus affirmative .

X. *An ſit ſervandum Edictum Reverendiſſimi Archiepiſcopi diei* 10. *Julii* 1749. , *ſeu potius liceat dictis Patribus invitare ad eamdem Proceſſionem Confraternitates laicales degentes extra ſepta Monaſterii legitime inſtitutas , nec non devotos ſaculares proceſſionaliter incedentes cum cereis accenſis ſub Cruce eorumdem Patrum in caſu &c.*

XI. *An Patres Carmelitæ contravenerint eidem Edicto emanato de anno* 1749. , & quatenus affirmativè , *quibus poenis ſint puniendi in caſu &c.*

Dilata ad primam poſt aquas etiam unica .

SYRACUSANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS : Data fuit Cauſæ hujus ſpecies in *Folio Congregationis* habitæ *die* 4. ſuperioris *menſis Martii*, ſed dilata fuit ab Eminentiſſimis Patribus propoſitio *ad ſequentem Congregationem* , quæ habita fuit *die* 18. *Aprilis* . Dubio , quod erat -- *An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro commutatione voluntatis in caſu &c.* ,, reſponſum fuit ,. *Negative* ,, Cenſuit Epiſcopus ita definitum fuiſſe ab Ampliſſimis Patribus , quia ipſe poſtulaſſet , ut ex redditibus inanis Congregationis Patrum Oratorii augerentur Canonicis Eccleſiæ ſuæ Cathedralis quotidianæ diſtributiones : novas igitur obtulit preces , quibus poſtulavit , ut integri illius Congregationis redditus , commutata voluntate Margharitæ Grandi , tribuantur novo Collegio Sacerdotum inſtituendo cum legibus , & oneribus relatis jam , & propoſitis in *Folio Congregationis* habitæ *die* 14. *menſis Martii* . Videant igitur Eminentiſſimi Patres , qua Juris ratione expediendum ſit novum Dubium . *Seſſ.* 21. *c.* 6. *de Ref.*

Affirmative, & scribatur Episcopo juxta mentem.

Sess. 21. c. 7. de Ref.

ROMANA PRÆCEDENTIÆ: Viginti sunt in Basilica Lateranensi Beneficia, duodecim Sacerdotalia, quatuor Diaconalia, totidem Subdiaconalia. Sacerdotale Beneficium assequutus Alexander Mandellius, cum per adversam valetudinem ad Sacerdotium promoveri non posset, preces obtulit anno 1741., quibus petebat facultatem *di permutare il suo stallo Presbiterale con Pietro Cassari*, qui actu Sacerdos Diaconale Beneficium habebat in eadem Basilica, ea addita postulationi huic declaratione, *che non s'intenda permutata la natura intrinseca del Beneficiato d' ambedue, ma il mero esercizio*. Annuit precibus Optimus Princeps; Cassarus ad Sacerdotes ascendit, descendit Mandellius ad Diaconos; Uterque postremum Ordinis sui locum occupavit. Post novem annos Indultum retinendi Sacerdotale Beneficium, licet ad Sacerdotium promoveri nequeat, impetrasse Mandellium vulgatum est: & Cassarus consensum præstitit, ut si Mandellius vellet, pristinum inter Sacerdotes Beneficiarios locum recuperare posset: nondum Indulto usus est Mandellius. Contendit vero Cassarus deberi sibi locum, & Præeminentias secundi Diaconi Beneficiarii, quæ per id temporis adeptus est Mandellius, si hic Indulto utatur, & ipse ad Diaconos regrediatur; hunc enim locum ipse teneret, ut tenuit tenetque Mandellius, nisi facta fuisset permutatio exercitii Ordinum inter eos. Displicet id Michaeli Galiziæ, qui tertium, & Jacobo Morghen, qui quartum inter Diaconos Beneficiarios gradum obtinent; putant enim Cassarum, si ad Diaconalem ordinem regrediatur, postremum locum occupare debere, ut ultimus sit inter Beneficiarios Diaconos: Res itaque delata est ad hoc Sacrum Tribunal.

Ajunt duo Beneficiarii Diaconi Galizia, & Morghen, permutatione facta anno 1741. inter Cassarum, & Mandellium amisisse Cassarum, & locum, & possessionem, ideoque etiam jus optionis, quod possessionem sequitur, ut habent *Gloss. in cap. cum olim verbo Capitulo, vers. sed collatio, de major., & obedien. Tondut. resol. Benef. cap. 111. num. 4., & seqq. Scarfant. ad Ceccoper. Lucub. tom. 2. lib. 4. tit. 6 num. 3., & tom. 5. addit. 36. numer. 9.*; Unde consequens sit, ut licet nunc vi retrocessionis, sive novæ permutationis in Diaconorum Ordinem rediturus sit, non eamdem tamen antiquitatis prærogativam, quam ante permutationem illam habebat, recuperare possit, itaut valeat in detrimentum aliorum superiora loca optare, quæ optatus fuisset, ni permutasset *Paarisi. conf. 93. num. 11. lib. 4., & de resignat. Benef. lib. 1. quæst. 14. num. 26. Monet. de option cap. 5. quæst. 1. num. 12.* Ne aliis enim, qui medio tempore ad superiores sedes gradatim ascenderunt, restitutio hæc, & reditus hic ad priores Ordines noceat, æquitas suggerit, ut in ultimum permutatorum Ordinum locum redeant, neque jus habeant ad sedes, quos alii medio tempore legitime occuparunt, cum restitutio fieri debeat sine alicujus detrimento *Felin. in cap. inter num. 4. de major., & obed. Decius in cap. Clerici num. 17. de judic. Anna conf. 32. num. 33., & 34. Bottilier. de succes. cap. 2. Theorem. 74. num. 5. Torre de pact. futur. succes. lib. 2. cap. 25. num. 75., & seqq. Scarfanton. ad Ceccoper. Lucub. tom. 3. Addit. 36. num. 9.*

Hinc nullam habendam esse rationem de declaratione adjecta anno 1741. -- *Che non s'intenda permutare la natura intrinseca del beneficiato d' ambedui, ma il mero esercizio*. Hac enim declaratione fartum quidem, tectumque servari potuisse jus percipiendi fructus sui cujusque Beneficii, quorum natura in

hoc

hoc jure eſt; at non potuiſſe ſartam, tectamque, atque integram ſervari poſſeſſionem, & antiquitatis prærogativam, quam poſſeſſionem ſponte, factoque proprio dimiſerunt, permutando locum, & exercitium cujuſque Ordinis: non enim Caſſarus uti Diaconus, ſed uti Sacerdos inter Sacerdotes Beneficiarios ſedit, ideoque, poſſeſſione amiſſa, jus etiam optandi amiſit, quod non Beneficio adnexum eſt, ſed poſſeſſioni, ut ex *Text. in leg. ultima Cod. de Tyron. lib.* 12., tradunt *Ricc. in prax. cap.* 13. *in prine. Lotter. de re Benef. lib.* 2. *cap.*25. *num.* 38. *Scarfanton. ad Ceccoper. dicta Addit.* 36. *num.* 13. Fruſtra quoque Caſſarum obtendere redire ſe ad Ordinem Diaconalem jure regreſſus, cum regreſſus hoſce vetet Tridentinum, neque ulli liceat regredi, niſi regreſſus reſervatus, & admiſſus fuerit authoritate Summi Pontificis, qua de re nihil eſt in gratia permutationis anni 1741. itaut permutatio illa abſolutam, & perpetuam locorum & Officiorum ceſſionem, ac translationem habeat, quæ convenire nequit cum regreſſu. Ex *nova* igitur *gratia* Caſſaro, Mandellioque ad priſtinum Ordinem redire fas eſſe poteſt, non ex juſtitiæ debito, & ſi ex nova gratia id fit, locum & jura, quæ ante permutationem habebant, non recuperant regrediendo, in perniciem eorum, quibus jus quæſitum fuerat, antequam ipſi ex *nova gratia* jus regreſſus impetraſſent, ut ex diſpoſitione *cap. quamvis de reſcript. in* 6. tradunt *Monet. de option. cap.*7. *quæſt.* 2. *num.*38. *Oddus de reſtitut. in integr. quæſt.* 97. *artic.* 4. *num.* 19. *Antonell. de reg. Eccleſ. lib.* 3. *cap. ultim. num.*10. *Pignatell. conſul. Canon.* 183. *nu.*8. *tom.*9. *Piton. diſcept. Eccleſ.* 10. *num.*21. *verſ. difficultas tom.* 1. *Scarfanton. ad Ceccoper. Lucubr. tom.*1. *lib.*1. *tit.* 9. *num.*25., *& tit.*11. *num.*10., *& lib.*2. *tit.*3. *n.*7. *& tom.*3. *addit.* 36. *n.*3.

Hæc, atque alia Diaconi Galizia, & Morghen, qui addunt etiam exemplum in ipſa Lateranenſi Baſilica. A Caſſaro nihil hactenus habuimus. Dubium eſt.

An R. D. Petro Caſſari competant Stallum, & Præeminentia, quæ competebant ante permutationem exercitii Beneficii ſui Diaconalis cum Presbyterali factam cum R. D. Alexandro Mandelli in caſu &c.

Dilata, & ſupplicet, exhibita nova gratia.

AVENIONEN. Conſtitutione Summi Pontificis Innocentii VI. data anno 1353., cujus verba, longiuſcula licet, non inutile erit referre, probata, & confirmata ſuit fundatio Archihoſpitalis Sanctæ Marthæ, quam fecerunt Bernandus Raſca, & ejus Uxor. Ait Innocentius „ Ipſi proponunt in loco vocato ante S. Lazarum prope Civitatem Avenionen. unum Hoſpitale „ ſub Titulo S. Marthæ Virginis pro recipiendis, & alendis pauperibus, & „ infirmis ad dictum Hoſpitale pro tempore confluentibus, & in dicto loco „ quamdam Cappellam eidem Hoſpitali contiguam in honorem Sanctiſsimæ „ Trinitatis conſtruere, & ædificare cum dotatione congrua, & quod eidem „ Cappellæ per tres Fratres Sanctiſsimæ Trinitatis Ordinis S. Auguſtini Preſ- „ byteros perpetuis deſerviatur temporibus inſtituendos in prædicta Cappella „ per Miniſtrum, quorum quidem trium Fratrum unus ſit Prior, ſeu Rector ejuſ- „ dem Cappellæ, & quod dicti Fratres habeant inibi cæmeterium, ac eorum „ quilibet audiendi Confeſsiones egenorum, & pauperum, & infirmorum, „ ac eorum in eodem Hoſpitali pro tempore degentium, ac miniſtrandi eis „ Eccleſiaſtica Sacramenta, illoſque, cum decedent, ſepelliendi in dicto „ cæmeterio liberam facultatem. *Seſſ. 25. c. 8. de Ref.*

Fundato, erectoque Archihoſpitali, Cappella, & Cæmeterio, plures ortæ ſunt quæſtiones, & controverſiæ de tumulatione cadaverum, & de implemento Paſchalis Præcepti inter Capitulum, & Decanum Eccleſiæ Collegiatæ, & Parochialis S. Petri, intra cujus Parochiæ fines Archihoſpitale ſitum

eſt, & Patres Trinitarios, quibus ab Innocentiana Conſtitutione data fuit cura Cappellæ, & adminiſtratio Sacramentorum. Controverſiæ autem tranſactionibus ſopitæ fuerunt; Anno ſiquidem 1372. de funeribus, & tumulationibus cadaverum conventum fuit, ut Rector, & PP. Trinitarii partem quartam emolumentorum, & oblationum eidem Parochiali, & Collegiatæ Eccleſiæ tradere tenerentur, quas habuiſſent ex ſepultura eorum, qui Parochiani fuerant ejuſdem Parochiæ. Anno etiam 1683., alia tranſactione conventum fuit, iterum, ut pars quarta Parochiali Eccleſiæ traderetur de funeribus Parochianorum, utque in elatione, & tumulatione Cadaverum, & Patrum, & Capituli ſimul eſſet præſentia. De Paſchalis vero Præcepti implemento edita fuere decreta, quibus cautum fuit, ut Officiales, aliique Archihoſpitali ſervitium præſtantes in Eccleſia Patrum Trinitariorum illud implerent. His tranſactionibus, & decretis ventum eſt ad noſtra hæc tempora, quibus Capitulum, & Decanus Parochialis, & Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Petri omnia hæc in controverſiam revocarunt.

Re igitur ad Archiepiſcopalem audientiam delata. Vicarius Generalis duo tulit Decreta, quorum primo voluit Officiales, alioſque Archihoſpitali ſervitium præſtantes teneri Paſchale Præceptum implere in Eccleſia Parochiali: Altero autem, quo voluit, ut corpus nobilis mulieris defunctæ, quæ in Eccleſia Archihoſpitalis ſepulturam elegerat, tumularetur a Capitulo. Appellarunt Patres Trinitarii ab his decretis ad hoc Sacrum Tribunal, & tria, quæ ſubiicimus, Dubia concepta fuerunt, quibus omnis cauſa comprehenditur, ut ſola eorumdem lectione facile poteſt dignoſci. A Capitulo, & Decano nondum libellum jurium habuimus.

I. *An R. P. Miniſtro Sanctiſſimæ Trinitatis in Archihoſpitali S. Marthæ Civitatis Avenionen. competat titulus, & denominatio Curati ejuſdem Archihoſpitalis?*

II. *An jus exercendi in cœmeterio Archihoſpitalis quaſcumque functiones pro exequiis, & tumulationibus cadaverum decedentium extra dictum Archihoſpitale, & ſepulturam in eis eligentium ſpectet ad Reverendiſſimum Capitulum Collegiatæ, & Parochialis Eccleſiæ Sancti Petri, ſeu potius ad RR. PP. Miniſtrum, & Religioſos Sanctiſſimæ Trinitatis.*

III. *An Familiares, & Domeſtici degentes in eodem Archihoſpitali, eidemque inſervientes Præceptum Paſchale adimplere teneantur in Eccleſia Archihoſpitalis, ſeu potius teneantur accedere ad Eccleſiam Collegiatam, & Parochialem S. Petri in caſu &c.*

Ad I. Negativè, & amplius. Ad II. Negativè ad primam partem, Affirmativè ad ſecundam. Ad III. Negativè ad primam partem, Affirmativè ad ſecundam.

Seſſ 24. c.12. de Ref.

TRANEN. DISTRIBUTIONUM; Poſt diuturnum, aſsiduumque ſervitium Eccleſiæ præſtitum a Io: Laurentio Palumbo Canonico Theologo, ac Decano Cathedralis Tranenſis, cum ex cauſa ſtudiorum in vitium nervorum capitis, quo convulſivo motu, & vertigine abripitur, incidiſſet, ut medicinæ Profeſsores teſtificationem faciunt, vacationem a Choro, Diviniſque Officiis obtinuit a Capitulo, ut etiam Indultum a Sacra Pœnitentiaria, & licet Choro abeſſet, omnes tam diſtributiones quotidianas perpetuis vigintribus annis, qui excurſi ſunt a die, quo adverſa valetudine correptus fuit, ſemper percepit. Nuper autem cenſuit Capitulum, ſuaſore, ut ipſe putat, Archidiacono Carcani ob exorta inter utraſque familias diſsidia, veram non eſſe.

esse Infirmitatem, & Canonicum Palumbum neque Choro, Divinisque Officiis abesse, neque absentem quotidianas distributiones consequi posse. Confugit Canonicus Palumbus ad hoc Sacrum Tribunal postulans, ut cogeretur Capitulum ad præstandas quotidianas distributiones, licet Choro abesset adversæ valetudinis causa. Auditus fuit, ut fieri solet, Archiepiscopus, qui licet infirmam Canonici Palumbi valetudinem agnoscat, tamen contra eum respondit. Nunc igitur Causa proponitur ab Eminentissimis Patribus definienda.

Urget Canonicus Palumbus juris dispositionem, qua cautum est, ut si infirmus sedulo, assidueque ante infirmitatem Choro, Divinisque Officiis interesse suevit, si de præsenti ægritudine constat, non abesse tantum a Choro, sed etiam distributiones quotidianas, ac si præsens sit, lucrifacere possit ut ex *Textu in cap. ad audientiam de Clericis non resid. & in capit. unico eodem tit. 4. in VI.* uno consensu tradiderunt *Fagnan. in cap. licet a numer. 137. ad num. 147. de præben. Vanespen. Jur. Eccles. univer. par. 3. tit. 4. cap. 5. §. 5. Passerin. ad d. capit. unic. de Cleric. non resid. in VI. Reg. 5. nu. 88. Covarruv. var. resol. lib. 3. cap. 13. num. 8. Monet. de distribut. par. 2. quæst. 6. num. 6. & 21., Garz. de benef. par. 4. cap. 5. num. 363., Hortad. de residen. lib. 5. resol. 3. subresol. S. §. 1. num. 1. Barbos. de potest. Episc. alleg. 53. num. 116., & de Canon. cap. 24. sub num. 27. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 5. § 9. nu. 119. & seqq.*, & perpetua fuit Sacri hujus Tribunalis sententia, ut omissis antiquioribus, dignosci potest ex *Romana distributionum 6. Martii* 1703., *& 20. Junij* 1705. *Mediolanen. distributionum 4. Februarii* 1713., *& 7. Decembris* 1715. *Eugubina servitii Chori 23. Augusti* 1738., *& ex Aquilana indulti 26. Junii* 1745.; Cum autem de assiduo, & diligenti ante infirmitatem servitio Ecclesiæ præstito non ambigatur, cum certa sit infirmitas, ut liquet ex testificatione trium Medicorum, aliorumque Testium, consequens esse debeat, & Choro abesse, quotidianas distributiones percipere possit.

Præsertim, quia ad easdem distributiones lucrifaciendas necesse non est, ut causa morbi gravissima sit, sed satis est, ut abesse Choro possit etiam ex levi morbo, cujus incrementum timeatur *Rein. phestuel. in jus Canon. lib. 3. de Cleric. non resid. §. 7. num. 193. Schmalzgrueb. in jus Canon. tom. 1. tit. 4. §. 4. num. 86. Ventrigl. in Prax. par. 1. adnot. 29. §. 2. num. 2. Pignatell. consul. Canon. 115., num. 57. tom. 9*; Ideoque, cum res sit de vitio, morbove interno, qui sensibus aliorum non subest, quique incrementum accipere potest ex Chori frequentia, ex cantu, ex hominum strepitu, & acris calore, ex frigore hyemis, ut recte expendit *Zacch. quæst. Med. legal. lib. 7. tit. 2. de Divin. Offic. quæst. 2. num. 3., & quæst. 3. num. 4.* sequendum est Medicorum judicium, & debet æger absens distributiones consequi, etiam ex consuetudine Capituli, quod in morbis internis sequitur fidem Capitularis ægroti, & sinit, ut distributionibus quotidianis fruatur, licet a Choro abuit, Divinisque Officiis. A Capitulo nondum libellum Jurium habuimus: Dubium est.

An constet de legitimo impedimento abessendi a Choro, itaut debeantur Distributiones quotidianæ in casu &c.

Affirmativè onerata conscientia oratoris.

MESSANEN. Duo Testatores Placidus Missanus ante annos ducentos, & Marius Cariddius ante annos quadraginta bona sua primus reliquit „ al „ Monastero nuovamente edificato, vicino le mura della Città alli Gentil- „ meni &c., e se sarà il caso, che il sudetto Monastero &c. non possa essere „ mio erede universale in conto niuno &c. in luogo suo sia erede universale il „ Conservatorio della Madonna della Sagra Lettera, *ut redditus bonorum „ suorum* s' abbiano da spendere, ed applicare al mantenimento di quel nu- „ mero *Sess. 22. c. 6. de Ref.*

„ mero di figliuole vergini Meſſineſi di anni dodeci, o più, o meno, ſecon-
„ do ſtimeranno gl'eſecutori di detta diſpoſizione, aſſegnando per ognuna
„ ſcudi nove ogn'anno -- *Alter vero reliquit, ut* ex fructibus annorum de-
„ cem habeant, & debeant applicari pro fundatione Monaſterii fundati in di-
„ cta Urbe Meſſanæ pro mulieribus reparatis, & refugiatis, ſeu reparandis,
„ & refugiandis, earumque manutentione, quod Monaſterium Teſtator ipſe
„ &c. voluit, & mandavit. quod fundari, & erigi debeat, quamprimum
„ poſſit. „ Utraque hæreditas jacet, nam prima hæredem non habuit, cum novum illud Monaſterium *de Gentilmeni* numquam perfectum fuerit, & Conſervatorium ſubſtitutum amplius non extet; Secunda vero Marii Cariddi impar eſt ad novum Monaſterium fundandum, & erigendum. Utraque igitur hæreditas a Regio Oeconomo adminiſtratur: Sereniſſimus utriuſque Siciliæ Rex cenſuit has jacentes hæreditates alicui Monaſterio addicendas eſſe, atque applicandas, ut Teſtatorum voluntates ea, qua poſſet, meliori ratione implerentur.

Inter omnia Meſſanæ Monaſteria duo ſelecta fuerunt a Regio Miniſtro alterum S. Mariæ Angelorum, alterum SS. Conceptionis. Placuit Sereniſſimo Regi Monaſterium S. Mariæ Angelorum eligere, duplici onere adjecto recipiendi Puellas juxta Teſtatorum voluntates, & Apoſtolicum beneplacitum obtinendi. Oblatis igitur precibus Sacratiſſimo Principi noſtro, data fuit poſtulationis hujus cognitio Sacro huic Tribunali, & quia diverſis libellis petebatur addictio, & applicatio hæreditatis Placidi Maiſſani, & addictio redditnum hæreditariorum Marii Cariddi, & ſimul, ut liceret erogare uncias biſcentum in reparationem Monaſterii, & implementum Ædificii aſſignandi Puellis Cariddiis, quæ ali debent ex redditibus hæreditariis, ſtatuta jam a Regiis Miniſtris quantitate annuarum viginti Unciarum pro qualibet Puella, ideo neceſſe fuit bis audire Archiepiſcopum, qui retulit omnia vera eſſe, pauperrimum eſſe Monaſterium, reparationis neceſſitatem, & addictionem hæreditatum fieri poſſe. At Monaſterium SS. Conceptionis ſefe præſtitit contradictorem cum Meſſanæ, tum Romæ in hoc Sacro Tribunali non de hæreditate Placidi Maiſani, ſed de altera Marii Cariddi; Auditus igitur fuit tertio Archiepiſcopus, qui conſtans in ſua ſententia ſecundum Monaſterium S. Mariæ Angelorum reſpondit.

Nunc itaque Cauſa inter duo hæc Monaſteria, quæ de hæreditate Cariddi contendunt, proponitur definienda; Urget Monaſterium S. Mariæ Angelorum Sereniſſimi Regis judicium, extremam, qua premitur, inopiam, & alia omnia, quæ in epiſtulis ſuis habet Archiepiſcopus; Contra Monaſterium SS. Conceptionis prælationem ſibi debitam aſſerit, quod melius, pleniuſque Teſtatoris voluntatem exequi poſſit, cum fabrica nihil opus ſit, & redditus uberes habeat; minui Puellis pauperibus id, quod tribuitur Monaſterio Sanctæ Mariæ Angelorum, ut reparari poſſit: plures etiam retineri, atque ali poſſe Puellas in Monaſterio SS. Conceptionis, quia eas alere paratum ſit, non annuis unciis viginti in ſingula Capita, ſed annuis unciis quindecim. Hæc a Monaſteriis proponuntur. Videant Eminentiſſimi Patres, qua juris ratione expediendum ſit Dubium.

An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro adjudicatione hæreditatis qu. Marii Cariddi, & cujus favore in caſu &c.

Affirmativè favore Monaſterii S. Mariæ Angelorum, & amplius.

Seſſ. 21. c. 2. de Ref.

NEPESINA ORDINATIONIS: Ut ad Sacros Ordines aſcendere poſſet Petrus Guidi, qui Patrimonio carebat, Sodales *Sancti Joannis Decollati* Nepetis, quorum Eccleſiæ erat ædituus, Cappellaniam illi tribuerunt, facta eidem poteſtate illam aſſignandi in Sacrum Patrimonium. Capitulum quoque Cathe-

Cathedralis Eccleſiæ, cui incumbit onus agendi annua Sacra centum ob reditus Conventus S. Mariæ Mazzani, eumdem Petrum nominavit, ut ſacra hæc ageret, & ad Sacros Ordines promoveretur, adjecta lege, ut „ in omnibus anni Feſtivitatibus, & in quibuſcumque functionibus Eccleſiæ inſervire teneretur aliorum Beneficiatorum inſtar, & ultimam celebraret Miſſam in omnibus anni Feſtivitatibus, eademque aſſignatione tamdiu potiretur, quamdiu non eſſet congrue aliunde proviſus, atque accedente Revendiſſimi Epiſcopi conſenſu; & aſſignatis pro hac Cappellania annuis ſc.10. Denique Philippus Cerbellius aſſignavit eidem Petro annua ſcut. 9. 20. atque ita compoſitis rebus, poſtulavit Petrus ab Epiſcopo Nepeſino, ut Titulo Patrimonii ad Sacros Ordines admitteretur, edidit in Actis Inſtrumenta collationis Cappellaniæ S. Joannis Decollati, alterius S Mariæ Mazzani, & aſſinationis annuæ factæ a Cerbellio. Propoſita fuerunt edicta, ac denique ab Epiſcopo pronunciatum fuit „ Conſtare de ſufficienti congrua ad formam „ Taxæ Synodalis, & ſupradictum Clericum ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem ad titulum ſupradictum Cappellaniarum cum ſupplemento Patrimonij poſſe promoveri.

Sacerdos factus Petrus Guidi onera utriuſque Cappellaniæ implevit, donec anno 1738. a Capitulo Cathedrali Eccleſiæ Ædituus electus fuit, & cum ex ſtipendiis Sacrorum, & eleemoſynis fidelium ſeſe alere poſſet, paſſus eſt, ut Sacra illa centum, quæ agi debebant pro Cappellania S M. Mazzani, a Canonicis agerentur, alia tamen onera, quæ ſupra diximus, diligenter implevit, donec finito Æditui munere, cum vellet eadem Sacra centum Cappellaniæ S. Mariæ Mazzani per ſe ipſum agere, repulſus fuit a Capitulo, quod cenſuit nullam fuiſſe Cappellaniæ illius collationem. Adito igitur Epiſcopo, conſilium hic dedit Capitulo, uti cenſet Guidius, ut Sacro huic Tribunali Canonicorum nomine preces offerrentur, quibus poſtularent, ut Guidius *cogeretur ad conſtituendum ſibi ſufficiens Patrimonium*. Auditus fuit, ut moris eſt, Epiſcopus, qui reſpondit illicitam fuiſſe Guidi Ordinationem, & compellendum eſſe, ut Patrimonium ſibi conſtitueret, ne ſuſpenſus eſſet. Reſcriptum fuit Libello Canonicorum - *Epiſcopo qui procedat prout de Jure* - & ille pronunciavit illicitam fuiſſe Petri Guidi Ordinationem, eumque incurriſſe ſuſpenſionem, atque irregularitatem, & Canonicos in eorum poſſeſſione eſſe manutenendos. Priuſquam vero ita pronunciaret, nomine Guidi preces obtulit Sacræ Pœnitentiariæ, quibus petebat abſolutionem a ſuſpenſione, & diſpenſationem ab irregularitate, ad quas facilius aſſequendas, manu illius, qui ei ab epiſtulis eſt, hæc verba poſt preces ſcripta fuerunt - *Propter vitæ. & morum honeſtatem, & diuturnum Eccleſiæ præſtitum ſervitium Apoſtolica videtur dignus indulgentia* - Ita rem Guidius narrat, qui addit, indignatum Epiſcopum quod ipſe has preces rejeciſſet contra eum pronuneiaſſe.

Appellavit Guidius ad A. C., ſed data fuit cognitio hujus Cauſæ Sacro huic Tribunali, & vocatus fuit in jus Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis Nepeſinæ, & Capitulum; Agitur enim cauſa a Guido *tum* contra Capitulum, cum quo quæſtio eſt, an illud ſit manutenendum, & conſervandum in poſſeſſione Cappellaniæ S. Mariæ Mazzani, vel ſit reintegrandus Guidius; *tum* contra Epiſcopum, quem contra Guidus contendit legitimam fuiſſe Ordinationem, neque incurriſſe in ſuſpenſionem, licet Cappellaniæ manuales eſſent, quæ eſt potiſſima ratio Epiſcopi; quod ſi conſtaret de illegitima Ordinatione, contendit Guidius teneri Epiſcopum ad alimenta ei præſtanda, donec congruum ei Beneficium tradat. Longum eſſet Guidi rationes, quæ longo Libello propoſitæ ſunt hic referre; *Folium* enim in volumen excreſceret. Cauſa. IV. Capitibus collecta fuit. Ab Epiſcopo, & Capitulo nihil hactenus habuimus: hæc ſunt Cauſæ Capita.

I. *An conſtet de legitima Ordinatione Sacerdotis Petri Guidi?* & quatenus negative.

II. *An*

II. *An dictus Sacerdos incurrerit in ſuſpenſionem, aliaſque pœnas in caſu &c.*

III. *An Capitulum ſit manutenendum in poſſeſſione aſſ.* Cappellaniæ *S. Mariæ Mazzani, ſive potius ſit reintegrandus præfatus Sacerdos?* & quatenus affirmative quoad primam partem.

IV. *An Epiſcopus teneatur alere eumdem Sacerdotem, quouſque illum de congruo Beneficio provideat in caſu &c.*

Reliquæ non propoſitæ.

Seſſ. 25. c. 5. de Ref.

VERCELLEN.: In Eccleſia Parochiali S. Martini Oppidi Arborei Diœceſeos Vercellenſis ſimplex eſt Beneficium, quod *ſimplex Clericatura* vocatur ſub Titulo S. Joannis Baptiſtæ. Hujus Beneficii latet fundatio, itaut nec tempus, nec leges, nec conditiones, nec nomen ipſum Fundatoris ullus ſciat. In hac rerum obſcuritate id tantum conſtat in Actis Viſitationis Epiſcopi Broglia die 7. Junii anno 1665., huic Beneficio onus ineſſe duorum Sacrorum agendorum qualibet hebdomada, onuſque illud impletum fuiſſe a Parocho, qui eo tempore Beneficium poſſidebat nec tamen conſtat, an qui poſt Parochum illum Beneficium obtinuerunt, onus hoc impleverint. Beneficium hoc ab Optimo, Maximoque Principe Innocentio XIII. habuit Franciſcus Nizzolinius, neque onus implevit, ut illue non impleverat Alexander Bolegnius antecedens Beneficiarius. In Viſitatione acta anno 1738. a cl. mem. Cardinali Ferrerio Epiſcopo Vercellenſi decretum fuit, ut Nizzolinius monſtraret oneris implementum, juſſumque fuit, ut Martinus Zanolius, qui Beneficii prædia conduxerat, Nizzolinium Beneficiarium moneret de hoc decreto. Refert Nizzolinius decretum exequutum non fuiſſe, quod Cardinalis Ferrerius certior factus fuerit de ultimo ſtatu hujus Beneficii ab omni onere immunis, & de poſſeſſione libertatis, in qua ab annis ſexdecim ipſa erat Nizzolinius. Cardinalis Ferrerii ſequutus exemplum, qui nunc Eccleſiæ Vercellenſi præeſt, Epiſcopus in Viſitatione acta anno 2747. ſimile tulit decretum, & Beneficii redditus ſequeſtratione devinxit.

Confugit ad hoc Sacrum Tribunal Nizzolinius, precibus oblatis, ſed audito Epiſcopo, reſcriptum fuit die 26. Aprilis anno 1749. - *Lectum, & admittat* - novas preces obtulit Nizzolinius, & reſcriptum - *Ponatur infolio, non retardata interim celebratione Miſſarum* - Nunc igitur res proponitur ab Eminentiſſimis Patribus definienda, poſtulante Nizzolinio, ut ſequeſtratio diſſolvatur; Nec ceſſe enim eſſe, ut Fundationis Tabulæ edantur, quo dignoſci poſſint onera Beneficii, cum nequeant Epiſcopi earum leges variare, ut ex Textu *in cap. porro de privil.* differunt *Fagnan. in dap. conquerente num.* 24., *& ſeqq. de Cler. non reſid. Barboſ. ad Concil. ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *nu.* 7. *Garz. de Benef. part* 7. *cap.* 1. *num.* 112. *Riccius in Prax. for. Eccleſ. part.* 4. *reſol.* 462. *num.* 2. *Monacell. Formul. tom.* 2. *tit.* 15. *ad formul.* 1. *num* 29, ideoque, cum fundatio ab Epiſcopo non edatur, Jus ei non eſſe onera Beneficio adjiciendi. Neque Viſitationem anni 1666. Fundationis vicem præſtare poſſe, cum non ad Inſtrumentum Fundationis referatur, ſed ad merum factum illius Parochi, qui non ex obligatione adiecta Fundatore, ſed ex voluntate, ſive ex alia qualibet ratione potuit Sacra illa agere qualibet hebdomada. Nullam quoque habendam eſſe rationem de decreto Cardinalis Ferrerii, quod exequutum non fuit, & eadem laborat infirmitate, quod latum fuerit in fide Viſitationis anni 1666., quæ vicem fundationis ſupplere non poteſt. Addit vetuſta conſuetudine, quæ vicem legis obtinet, ſatis probari immunitatem Beneficii ab hoc onere, cum neque ante annum 1666., neque poſt illum ad noſtra hæc tempora Beneficiarii hoc onus impleverint; Probari vero apertius ex ultimo ſtatu, qui in hac Beneficiali materia utramque paginam facit, præ-

ſertim

fertim cum ipſa Beneficii nuncupatio *ſimplex Clericatura* demonſtraret Beneficium Clericis dari, ideoque liberum eſſe ab onere Sacrorum, quæ non aguntur a Clericis. Omnem vero dubietatem ceſſare ex quantitate reddituum hujus Beneficii, qui ita ſunt tenues, ut onera excludant; ſuevit enim percipi a Beneficiariis annua quantitas ſcut. 12. nunc vero Nizzolinus percipit annua ſcut. 14., quæ ſumma non reſpondet oneribus, quæ faciunt annua ſc. 20. 30., quibus addendi eſſent ſumptus pro Altari, & Sacra ſuppellectili, itaut, ſi Beneficium hoc haberet onus duorum Sacrorum qualibet hebdomada, Beneficiarius non aliquid lucrifaceret, ſed pecuniam ſuam perderfet. Hæc Nizzolinius. Dubium eſt.

An ſubſtineatur onus Miſſarum, ſeu potius ſit locus remotioni ſequeſtri in caſu &c.

Die Sabbathi 21. Novembris 1750.

TRes primæ, quas damus, Cauſæ, repetendæ ſunt ex folio *ultimæ Congregationis*, quæ habita fuit *die* 12. tranſacti *menſis Septembris*: duæ priores proponi non potuerunt: tertia reſponſum accepit -- *Dilata ad primam poſt aquas etiam unica* -- Tres aliæ, quæ poſt has ſequuntur, imperio Eminentiſſimorum Patrum proponuntur, qui in *Congregatione* habita *die* 22. *Auguſti* juſſerunt, ut *proponerentur in prima poſt aquas*. Rogantur itaque Ampliſſimi Patres, ut ad eas omnes expediendas *Folia earumdem Congregationum* iterum conſulant.

NEPESINA ORDINATIONIS, cujus IV. ſunt Capita. *Seſſ. 21. c. 2. de Ref.*

I. *An conſtet de legitima Ordinatione Sacerdotis Petri Guidi?* & quatenus negative.

II. *An dictus Sacerdos incurrerit in ſuſpenſionem, aliaſque pœnas in caſu &c.*

III. *An Capitulum ſit manutenendum in poſſeſſione aſſ. Cappellaniæ S. Mariæ Mazzani, ſive potius ſit reintegrandus præfatus Sacerdos?* & quatenus affirmative quoad primam partem.

IV. *An Epiſcopus teneatur alere eumdem Sacerdotem, quouſque illum de congruo Beneficio provideat in caſu &c.*

Ad I. Affirmative. In reliquis proviſum in primo.

VERCELLEN., qua quæritur. *Seſs. 25. c. 5. de Ref.*

An ſubſtineatur onus Miſſarum, ſeu potius ſit locus remotioni ſequeſtri in caſu &c.

Affirmative ad primam partem: Negative ad ſecundam.

TRANEN. JURIS FUNERANDI, ET PROCESSIONIS, in qua XI. Dubia diſputantur quæ reaſſumi poterunt ex Congreg. 1. Auguſti pag. 52. in quibus Sac. Congreg. reſcripſit. *Seſs. 25. c. 17. de Reg. & cap. 13. de Ref.*

Ad I. Affirmative, & amptius. Ad II. Nega-

tive, & amplius. Ad III. Affirmative, & amplius. Ad IV., & V. Videatur particulariter. Ad VI. Affirmative ad primam partem: Negative ad ſecundam, & amplius. Ad VII. Affirmative, & amplius. Ad VIII. Deberi de omnibus Cereis pertinentibus ad Eccleſiam tumulantem, & amplius. Ad IX. Licentiam eſſe petendam ab Archiepiſcopo, cui ſcribatur juxta mentem, & amplius. Ad X. Ad mentem, & ſcribatur Archiepiſcopo juxta Inſtructionem. Ad XI. Patres Paganum, & Pennellam teneri ad petendam veniam ab Archiepiſcopo.

Seſs. 21. c. 4. de Reg. COMEN. DISMEMBRATIONIS, cujus unum Caput eſt. *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.*

Reliquæ non propoſitæ.

Seſs. 7. cap 7. de Ref. Seſs. 14. c. 10. & 11. de Ref. HERBIPOLEN. PAROCHIALIS ECCLESIÆ, ET PRIMISSARIÆ, in qua duo Dubia diſputantur.

I. *An Abbas Monaſterii Amorbacenſis præſentare teneatur Presbyterum Sæcularem ad Eccleſiam Parochialem in Buchen., ſeu potius præſentare valeat aliquem ex Monachis prædicti Monaſterii?*

II. *An teneatur etiam præſentare Presbyterum Sæcularem ad Beneficium Primiſſariæ in Buchen, ſeu potius facultatem habeat præſentandi Monachum ipſius Monaſterii?*

Seſs. 21. c. 4. de Ref. COMEN. DISMEMBRATIONIS; cujus unum Caput eſt. *An ſit locus diſmembrationi, itaut ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.*

Seſs. 24. c. 13. de Ref. CALLIEN. NULLITATIS TRANSACTIONIS, ET JURIUM PAROCHIALIUM. Cum una ſit, ſemperque fuerit in Civitate Callii, ejuſque diſtrictu Cathedralis, & ſimul Parochialis Eccleſia, quæ nullum habebat Parochum, nulloſque pro Parocho redditus, ſueverunt Epiſcopi unum, pluresque Vicarios deputare ad eorum nutum amovibiles, qui curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum exercerent, adnotantes in libris Parochialibus id egiſſe *de licentia Reverendiſſimi Epiſcopi*. Anno vero 1624., qui tunc Eccleſiæ illi præerat, Epiſcopus ob numerum Populi Curatum deputavit amovibilem, & Subcuratum, quibus tantum facultatem tribuit Sacramenta miniſtrandi, quam vetuit aliis monibus. Exortis inde pluribus controverſiis inter Epiſcopum, & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ de jure conferendi Canonicatus, Beneficia, & Cappellanias, atque eligendi, & deputandi Miniſtros Eccleſiæ, ſopitæ tandem fuerunt tranſactione, qua declarata fuerunt Beneficia, Canonicatus, Cappellaniæ, quæ ad Epiſcopum, quæque ad Capitulum pertinerent; de cura vero Animarum ita cautum fuit -- *Nec non præfatus Epiſcopus, & Succeſſores habeant jus eligendi, & deputandi*

Cura-

Curatum, & Oeconomum dictæ Ecclesiæ Cathedralis. Post hanc transactionem Episcopi Callienses ad annum usque 1653. Curatum ad nutum amovibilem, & Subcuratum e jusdem Parochialis, & Cathedralis Ecclesiæ semper nominarunt.

Cum autem anno illo 1653. Constitutione Innocentii X. Pontificis Maximi duo Regularium Monasteria, quæ in Civitate erant, alterum Sancti Augustini, alterum Sancti Petri in Vincula, sublata fuissent, & redditus Monasterii Sancti Augustini, ejusque jura, & onera addicta, & data fuerint Curato Cathedralis, & Parochialis Ecclesiæ, Episcopus, qui tunc Ecclesiæ illi præerat, eamdem Curam erexit in Vicariam perpetuam, & Vicarium deputavit, dato onere retinendi duos Subcuratos annua mercede sc.40. in singulos. Brevi tamen tempore Vicarius ille noscens redditus impares esse oneribus Vicariatum dimisit, itaut Episcopus, cum nullus esset, qui Officium illud suscipere vellet, coactus fuerit administrationem committere duobus Curatis ad nutum amovibilibus, atque hac ratione, & methodo ventum est ad annum 1704:, quo Episcopas censuit satius esse Vicarium perpetuum resti uere, data eidem facultate administrandi Sacramenta jure, & nomine proprio, & redditus omnes, atque emolumenta Parochialia percipiendi, deputatis etiam duobus Subcuratis, qui eum labore levarent. Post hanc Episcopi providentiam ortæ sunt a Capitulo controversiæ, nam Capitulum sibi asserens curam habitualem, contendebat Ædituum, sive Sacristam jus habere administrandi Sacramenta promiscue, sed independenter a Vicario perpetuo, & partem dimidiam incertorum omnium reddituum accipiendi.

Controversiam hanc diremit anno 1716. transactio inter Capitulum, & Vicarium perpetuum, qui lites fugiens convenit „ Che il Signor Sagrestano pro „ tempore abbia la facoltá di assistere al Confessionale, Sagramentare, far „ proclami, congiungere in matrimonio, ed esercitare tutti, e singoli al„ tri atti Parochiali ugualmente, come il Signor Curato, e Sottocurati „ „ *Et* „ che il Signor Curato debba continuare giusta il solito inveterato di „ dare al Signor Sagrestano la metà di tutti gl'incerti in qualsivoglia modo „ provenienti, e dovuti come Paroco, compresa ancora la Torcetta, che „ si da al Curato per li defonti „ Servata hæc transactio fuit ab eo, qui transegit, Vicario perpetuo; servata fuit a successore Vicario Joseph Gabriellio, qui tandem noscens, quæ ex ea obvenerant, mala, preces obtulit Sacro huic Tribunali postulans, ut declararetur transactionem illam nullam esse; At prævenit Capitulum, quod postulavit ab A. C., ut sua custodiretur possessio, obtinuitque, quod postulavit; Ædituus enim in ea erat possessione. Causa possessionis absoluta, incæptoque petitorio Judicio, placuit Sacratissimo Principi nostro, ut res celerius absolveretur, Sacro huic Tribunali Causæ cognitionem dare, & nunc, audito jam Episcopo, duo, quæ sequuntur, Dubia ab Eminentissimis Patribus sunt definienda, disputante Gariellio Vicario transactionem illam anni 1716. nullam fuisse, atque irritam; neque jus esse Ædituo, sive Sacristæ deputato a Capitulo Sacramenta administrandi, & redditus incertos percipiendi. A Capitulo, & Ædituo nondum libellum jurium habuimus.

I. *An transactio inita anno 1716. inter Capitulum, & Vicarium Curatum Ecclesiæ Cathedralis subsistineatur, & obliget successores?*

II. *An Sacrista dictæ Ecclesiæ deputatus a Capitulo possit cumulative cum dicto Vicario Curato, eoque invito, administrare Sacramenta, & se ingerere in exercitio dictæ Curæ, & cum eodem Vicario participare pro medietate de emolumentis incertis Parochialibus?*

SURRENTINA TAXÆ: Coacto ab Archiepiscopo Lælio Brancatio, qui tunc temporis Ecclesiæ Surrentinæ præerat, Provinciali Concilio anno 1572., consensum præstantibus Capitulo, & Clero Civitatis, & Diœceseos, constitutum fuit, ut juxta Tridentini Decretum Collegium, seu Se- *Sess. 23. c. 18. de Ref.*

ininarium erigeretur, cui Beneficiati omnes Surrentinæ Diœceſeos certam annuam quantitatem præſtare tenerentur; quantitas autem conſtituta fuit Beneficiis Curatis ſcutorum 4. in ſingula centum ex redditibus, & ſimplicibus Beneficiis ſcutorum 5 Inter Beneficia, quæ ſtatutam hanc quantitatem ſolverunt, fuit Abbatia *Sancti Petri ad Crapollam*, quæ intra fines Surrentinæ Diœceſeos ſita eſt: ipſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Ampliſſimi, cum Abbates eſſent, & Collectores ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ, cum Abbatia vacaret, quantitatem illam ſolverunt. Renuit tamen illam ſolvere Archiepiſcopus Capuanus, qui Abbas eſt, ceſſiſque in irritum urbanis omnibus officiis, ſatius duxerunt Curatores Seminarii judicio contra eum agere. Auditus igitur, ut moris eſt, Archiepiſcopus Surrentinus contra Archiepiſcopum Capuanum reſpondit, Cauſaque nunc definienda proponitur.

Apertam eſſe Tridentini diſpoſitionem urgent Curatores Seminarij, ut nulla de actione eſſe poſſit diſputatio: de quantitate cautum fuiſſe Provinciali Concilio; juſtam fuiſſe quantitatem illam a Concilio ſtatutam ſatis dignoſci ex cognitiſſima Conſtitutione Optimi, Sanctiſſimique Pontificis Benedicti XIII., quæ poſt Concilium Romanum in lucem hominum edita fuit. Exceptionem unam, quam proponit Abbatiæ bona non eſſe in Diœceſi Surrentina, aut ſaltem majorem bonorum partem in ea non eſſe ſitam. Probationem hujus nullam eſſe ajunt Curatores Seminarii, quia titulus illius Eccleſiæ, quam proponit Archiepiſcopus Capuanus, non ſit *S. Petri*, ſed *S. Philippi*: Titulum, & Abbatiam in Diœceſi Surrentina ſitam eſſe aperte liquere ex centenaria obſervatione ſolvendi; Abbates enim Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Cameræ Apoſtolicæ non ſolviſſent, ſi Titulus in Diœceſi Surrentina non fuiſſet: de bonis extra Diœceſim ſitis nullam habendam eſſe rationem; ubi Titulus eſt, ibi ſolvendum eſt, non ubi bona *Barboſ. ad Concil Trident. ſeſſ. 23. cap. 18. num. 21. Pignatell. conſult. 13. n. 4. tom. 8.*, & nuper Sacrum hoc Tribunal in *Tarentina Taxæ* toties propoſita. Ab Archiepiſcopo Capuano nihil hactenus habuimus: Dubium eſt.

An ſit ſolvenda Taxa Seminario Surrentino in caſu &c.

Seſſ. 25. c. 19. de Regul.

PLACENTINA NULLITATIS PROFESSIONIS. Nullam dicit Profeſſionem, quam in Monaſterio Carmelitarum Placentiæ emiſit P Elias Maynerius nuncupatus. Nullitatis cauſam præcipuam ſumit ex defectu voluntatis, & conſenſus profitendi Regularem diſciplinam adactus ad eam deſperato ſuſcipiendam ex ſævitiis, vi, metu quæ illatis a Julio Maynerio Patre, qui militari ingenio omnia ferro, atque armis tractabat, & derelicta etiam militia, bellicos mores non exuerat, filioſque acerbiſſime excipiebat; Franciſcum enim indecoris veſtibus, fame, verberibus, catena ferrea, viliſſimis quibuſque operis afficiebat, addicebatque amore Bernabei filii primogeniti, cui ut opes maximas compararet, Franciſcum ad Regularem diſciplinam ſuſcipiendam compulit. Ut mala fugeret Franciſcus, fracta, qua alligabatur, catena, ferrea, ſeſe a tecto in viam præcipitem dedit, & ad Carmelitas perventus poſtulavit, ut in Ordinem reciperetur. Renuit primum Pater præſtare conſenſum, recuſans, quod flagrantiſſime concupierat, mox illum præſtitit, indicens tamen, ſi ſimularet, nec in Ordine permaneret, majora mala: Ita Franciſcus Profeſſionem emiſit.

Emiſſa Profeſſione, alienum animum ſuum ab illo vitæ genere palam fecit, leges, & inſtituta Ordinis nunquam ſervabat, correptus, & monitus a Præfectis ſe Regularem non eſſe reſpondit. Tandem defuncto Patre, quem fero nimis de vi, metuque filio illatis pœnituit, defunctoque etiam fratre Primogenito, P. Elias, nondum elapſo quinquennio, preces obtulit adverſus emiſſam Profeſſionem Sacratiſſimo Principi noſtro, qui cauſam cognoſci voluit ab Epiſcopo Placentino, & Superiore Ordinis. Hi pronunciarunt nullam eſſe Profeſſionem a P. Elia emiſſam. Appellavit ad hoc Sacrum Tribunal *Defenſor Profeſſionis*. Cauſa nunc proponitur: quinque Teſtes ad probandam vim,

vim, & metum illatum in causa sunt, tres *formiter* repetiti, duo ad *perpetuam*. Ab Ordine, & *Defensore Professionis* nihil hactenus habuimus. Dubium est.

An constet de nullitate Professionis in casu &c.

Die Sabbathi 5. Decembris 1750.

SUpersunt ex *Folio ultimæ Congregationis* habitæ *die* 21. transacti *Mensis Novembris* sex, quas ordine suo damus, Causæ, cum proponi non potuerint: Rogatos itaque volumus Eminentissimos Patres, ut ad eas definiendas *idem Folium* iterum consulant.

COMEN. DISMEMBRATIONIS, qua quæritur. *Sess. 21. c. 4. de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In primo loco decisis.

HERBIPOLEN. PAROCHIALIS ECCLESIÆ, ET PRIMISSARIÆ, cujus duo sunt Capita. *Sess. 7 c. 7. de Ref Sess. 14. c. 10. & 11. de. Ref.*

I. *An Abbas Monasterij Amorbacensis præsentare teneatur Presbyterum Sæcularem ad Ecclesiam Parochialem in Buchen.; seu potius præsentare valeat aliquem ex Monachis prædicti Monasterii?*

II. *An teneatur etiam præsentare Presbyterum Sæcularem ad Beneficium Primissariæ in Buchen. seu potius facultatem habeat præsentandi Monachum ipsius Monasterij.*

Affirmative ad primam partem Negative ad secundam quoad utrumque.

COMEN. DISMEMBRATIONIS, cujus unum Caput est. *Sess. 25. c. 4. de Ref.*

An sit locus dismembrationi, itaut sit standum vel recedendum a decisis in casu &c.

Esse locum Dismembrationi.

CALLIEN. NULLITATIS TRANSACTIONIS, ET JURIUM PAROCHIALIUM, in qua duo Dubia disputantur. *Sess. 24. c. 13. de Ref.*

I. *An transactio inita anno 1716. inter Capitulum, & Vicarium Curatum Ecclesiæ Cathedralis substineatur, & obliget successores?*

II. *An Sacrista dictæ Ecclesiæ deputatus a Capitulo possit cumulative cum dicto Vicario Curato, eoque invito, administrare Sacramenta, & se ingerere in exercitio dictæ Curæ, & cum eodem Vicario compartiipare pro medietate de emolumentis Parochialibus?*

Dilata omnino ad sequentem.

SUR-

Sef. 23. cap. 18. de Ref. SURRENTINA TAXÆ, cujus Caput eſt.
An ſit ſolvenda Taxa Seminario Surrentin in caſu &c.

Affirmative.

Seſs. 25. c. 19. de Ref. PLACENTINA NULLITATIS PROFESSIONIS.

Reliquæ non propoſitæ.

Seſs. 25. c. 12. de Regul. COMEN. FUNERUM, ET FUNCTIONUM CONVENTUALIUM: Pluries data fuit hæc Cauſa, numquam definita: dedimus eam primum in *Folio Congregationis* habitæ *die* 14. *Junii* ſuperiore *anno* 1749, ſed propoſita fuit in *ſequenti Congregatione* habita *die* 5. *Julii*, & reſponſum accepit - *Dilata, & coadiuventur probationes tam ſuper Collegialitate, quam ſuper conſuetudine in omnibus*. Viſum fuit Partibus litigantibus impleviſſe mandata Sacri Tribunalis, & Cauſa iterum data fuit in *folio Congregationis* habitæ *die* 24. *Januarii* hoc ipſo *anno* 1750., ſed propoſita non fuit. Data iterum in *Folio ſequentis Congregationis*, quæ habita fuit *die* 28. *Februarii*, reſponſum accepit - *Dilata in omnibus, & coadjuventur probationes juxta Inſtructionem* - Impletis itaque nunc, ut credimus, mandatis Eminentiſſimorum Patrum, VIII. ejuſdem Capita proponuntur.

I. *An Archipresbyter, & omnes Presbyteri Capituli Cleri Sæcularis Dungi aſſociando Cadavera ad Eccleſiam PP. Reformatorum teneantur incedere ſub illorum Cruce, ſeu potius iidem Reformati ſub Cruce dicti Cleri, vel ambo valeant propriam Crucem elevare?*

II. *An in eadem aſſociatione liceat dictis Archipresbytero, & Presbyteris Cleri Sæcularis ingredi dictam Eccleſiam PP. Reformatorum cum Stola, & Cruce elevata, ſeu potius teneantur ad ejuſdem Eccleſiæ fores ſiſtere, ibique ultimum vale defuncto dare?*

III. *An eidem aſſociationi debeant invitari tot Presbyteri Sæculares, quot vocatur Regulares, vel potius invitato tantum Parocho actuali, debeat in reliquis ipſorum funerum pompa ab hæredum arbitrio pendere?*

IV. *An quotieſcumque promiſcue invitantur Presbyteri Sæculares, & Regulares, candela, quæ manualiter geſtatur danda Presbyteris Sæcularibus debeat eſſe major illa, quæ datur Regularibus, vel potius æqualis ponderis, & arbitrio hæredum?*

V. *An Patres Reformati eidem aſſociationi invitati teneantur accedere ad levandum Parochum ab Eccleſia Parochiali, ſeu potius debeat dictus Parochus pro hujuſmodi effectu ſe conferre privatim ad domum defuncti juxta prætenſam conſuetudinem?*

VI. *An Cadavera eligentium ſepelliri cum Habitu S. Franciſci Patrum Reformatorum debeant patenter diſcooperta ad Eccleſiam, & locum ſepulturæ deferri, vel potius ſuper iiſdem Cadaveribus imponendum ſit ſolitum Pallium, & Tegumentum Mortuorum?*

VII. *An ſit ſolvenda quarta funeralis ſepelliendorum in Eccleſia Patrum Reformatorum, & de quibus candelis?*

VIII. *An Archipresbyter, & Presbyteri Cleri Sæcularis Dungi prohibere poſ-*

re poſſint Patribus Reformatis celebrare Miſſas aliaſque Conventuales etiam cum præventivo, campanarum ſonitu peragere ante, vel in actu celebrationis Miſſæ Parochialis in caſu &c.

FERENTINA CAPPELLANIÆ: Integram Cauſæ hujus ſpeciem, & quæ a Cuppinio rationes proponebantur, dedimus in *Folio Congregationis* habitæ *die* 22. *ſuperioris Menſis Auguſti*. Placuit Eminentiſsimis Patribus reſpondere - *Dilata, & proponatur citato Capitulo* - ideoque, nunc vocato in Jus Capitulo Cathedralis, quod ſequitur, Dubium definiendum proponitur. *Seſſ. 2. c. 3. de Ref.*

An diſpoſitio qu. Franciſci Ambroſii Cuppini præſeferat ſimplex Legatum pium cum onere Miſſarum, ſeu potius Beneficium Eccleſiaſticum in caſu &c.

CAPUTAQUEN. PARTICIPATIONIS: Cum ex Mandato Curiæ Epiſcopalis Caputaquenſis Sacerdos Marcus de Canto adſcriptus ſervitio Parochialis, & receptivæ Eccleſiæ Terræ Trentenariæ ejuſdem Diœceſeos Caputaquenſis ſeſe in Oppidum *delle Piaggine di Laurino* hyemali tempore anni 1736. contuliſſet, vitio montani frigidiſsimi aeris incidit in morbum, quo pectoris, & artuum doloribus, nervorum contractionibus, atque iſchiadico perpetuo dolore afficiebatur. Coactus igitur Patriam Terram reviſere conſilio Medicorum Neapolim conceſsit, ut mitiore Cælo frueretur, & ope præſtantiorum Medicorum priſtinam valetudinem reciperet. Tentatis omnibus, quæ Ars Medica ſuggeſsit, remediis, omnia in irritum ceſſerunt, remiſſa quidem, ſed non ſuperata vi morbi. Iterum in Patriam redire voluit, ſed iterum diſcedere coactus fuit, ſævientem magis ex aeris, Calique illius rigore vitioſa pectoris, & dolorum affectione. Ducti igitur miſeratione infelicis hominis, & agnoſcentes morbi, quo afficiebatur, gravitatem, Sacerdotes alii Participantes illius Eccleſiæ conſenſum præſtiterunt, ut abeſſet, & redditus, atque emolumenta ſui *Loci* perciperet: ipſe Epiſcopus, ſpectato Sacerdotum conſenſu, viſis Medicorum teſtificationibus, conſenſum præſtitit, ut Sacerdos Marcus Neapolim concederet, Literaſque dimiſsoriales ei indulſit, ut ſacra agere poſſet: Contra vero idem Sacerdos Marcus Sacerdotes alios Participantes ſubſtituit, ut onera Hebdomadæ, & Sacrorum, quæ ad eum ſpectabant, implerent. *Seſſ. 24. c. 12. de Ref.*

His conſtitutis, Sacerdos Marcus Neapoli recuperandæ valetudini incumbens in utramque aurem dormiebat ſecurus, & nihil cogitans adverſi de redditibus Loci ſui in Eccleſia Trentenariæ; At repente certior factus fuit alium Sacerdotem Dominicum Vernagliam decretum obtinuiſſe ab Epiſcopo Caputaquenſi, quo admittebatur ad participationem reddituum, & onerum Loci Sacerdotis Marci de Canto. Renuit tamen Clerus ille decreto parere, ſciens conſenſum, quem ei ex cauſa valetudinis adverſæ præſtiterat, ut abeſſe poſſet, & fructus percipere. Juſſit tamen Epiſcopus alio decreto, ut exequeretur decretum primum, & Sacerdos Vernaglia ad participationem admitteretur; Confugit Sacerdos Marcus ad Aſylum Sacri hujus Tribunalis, datiſque, ut moris eſt, ad Epiſcopum literis *Pro informatione, & Voto*, non reſpondit, iterum datæ fuerunt literæ, nec reſpondit; Tertio datæ fuerunt, nec reſpondit; immo cum Sacerdos Vernaglia; defuncto interim alio Sacerdote, illius Locum optaſſet, Epiſcopus ſubſtituit in Locum Sacerdotis Marci de Canto alium Sacerdotem Nicodemum Danieli. Iterum itaque ad hoc Sacrum Tribunal venit Sacerdos Marcus, & ex reſcripto lato die 6. Julii ſuperioris anni 1749. commotus Epiſcopus Caputaquenſis literas tandem dedit, quibus dixit Sacerdotem illum Ietam Neapoli vitam traducere, affectatam ejus eſſe infirmitatem, & quærelas hac de re habuiſſe ab aliis Sacerdotibus.

Poſt hoc Epiſcopi reſponſum juſſit Sacrum Tribunal, ut præfigeretur Clero terminus ad Jura ſua deducenda; Epiſcopus prefixit duos Menſes: Clerus autem declaravit, numquam ſibi in mentem veniſſe impugnandi Sacerdoti Marco de

Canto

Canto, ut abeſſet adverſæ valetudinis cauſa, & redditus Loci ſui lucrifaceret, ſolumque Epiſcopum obſtitiſſe. Proponitur nunc itaque hæc Cauſa, Clero non contradicente, ſed probante poſtulationem Sacerdotis de Canto, qui urget Juris diſpoſitionem, qua cautum eſt adverſæ valetudinis cauſa poſſe eum a Choro, & Eccleſia abeſſe, & redditus, ac quotidianas diſtributiones percipere, qua de re latius actum fuit in *Folio cauſæ Aquilana Indulti* 25. *Junii* 1645., & nuper in *Tranen. diſtributionum die* 12. *tranſacti Menſis Septembris*: a veritate, & incurabili qualitate morbi dubitandum non eſſe ex teſtificationibus cum Teſtium, tum Medicorum, neque poſſe ab Epiſcopo inficiari, cum ipſe conſenſum, ut abeſſet Sacerdos Marcus, præſtiterit, ex cauſa morbi, de quo ex teſtificationibus Medicorum, quas vidit, certior factus fuit.

Addit Sacerdos de Canto, quod ſi ei portio, & participatio adimatur, neceſſe ſit, ut ei præſtentur a Clero annui Ducati 25., qui ſunt redditus Patrimonii Sacri juxta Regionis illius mores; Cum enim ipſe Titulo participationis Eccleſiæ ad Sacros Ordines promotus fuerit, ſequitur, ut Patrimonio Sacro privari non poſſit ex Tridentini diſpoſitione, *cap.* 2. *Seſs.* 21. *de reform.* ubi *Barboſ. num.* 59. *& Rigant. ad Regul. Concellar.* 24. §. 5. *num.* 75. Hæc Sacerdos de Canto: Duo ab Eminentiſſimis Patribus definienda ſunt Dubia.

I. *An Sacerdoti Marco de Canto pro tempore ſuæ abſentiæ ex cauſa infirmitatis debeatur portio Maſſæ communis, ſicut cæteris Sacerdotibus Participantibus, deductis tantum oneribus Miſſarum ad rationem caroleni unius pro qualibet Miſſa?* & quatenus negative.

II. *An eidem ſint ſolvendi Ducati* 25. *pro Patrimonio, quovis anno durante abſentia ex cauſa prædicta in caſu &c.*

Die Sabbathi 19. Decembris 1750.

QUinque primæ, quas ſubjicimus, Cauſæ in *ultima Congregatione* habita *die* 5. *hujus Menſis* proponi non potuerunt: Placeat itaque Eminentiſſimis Patribus *Folium* illius *Congregationis*, repetita lectione, conſulere, ut earumdem ſpecies ad memoriam revocare poſſint.

*Seſſ.*24. *c.*13. *de Ref.*

CALLIEN. NULLITATIS TRANSACTIONIS, & JURIUM. PAROCHIALIUM, in qua duo Dubia diſputantur.

I. *An tranſactio inita anno* 1716. *inter Capitulum, & Vicarium Curatum Eccleſiæ Cathedralis ſubſtineatur, & obbliget ſucceſſores.?*

II. *An Sacriſta d. Eccleſiæ deputatus a Capitulo poſſit cumulative cum d. Vicario Curato, eoque invito, adminiſtrare Sacramenta, & ſe ingerere in exercitio Curæ, & cum eodem Vicario comparticipare pro medietate de emolumentis incertis Parochialibus?*

Dilata, & coadjuventur probationes hinc inde, & exhibeantur.

*Seſs.*25. *c.*19. *de Reg.*

PLACENTINA NULLITATIS PROFESSIONIS, qua quæritur. *An conſtet de nullitate Profeſſionis in caſu &c.*

Negative, & ampliùs.

COMEN.

COMEN. FUNERUM . & FUNCTIONUM CONVENTUALIUM, cujus VIII. sunt Capita ut videndum est in anteriori Congreg. 21. Novem. pag. 73. in quibus rescriptur fuit. *Sess. 15. c. 23. de Reg.*

Ad I. Negative ad primam, & tertiam partem: Affirmative ad secundam interveniente Capitulo. Ad II. Affirmative ad primam partem: Negative ad secundam, & amplius. Ad III., & IV. Arbitrio hæredum, & amplius. Ad V. Affirmative ad primam partem: Negative ad secundam. Ad VI. Affirmative ad primam partem: Negative ad secundam. Ad VII. Affirmative ad formam Constitutionis Benedictinæ, & amplius. Ad VIII. Negative.

FERENTINA CAPPELLANIÆ, in qua quæritur. *Sess. 21. c. 3. de Ref.*
An dispositio qu. Francisci Ambrosii Cuppini præsefe rat simplex Legatum pium cum onere Missarum, seu potius Beneficium Ecclesiasticum in casu &c.

Affirmative ad primam partem: Negative ad secundam.

CAPUTAQUEN. PARTICIPATIONIS, cujus duo sunt Dubia.
I. *An Sacerdoti Marco de Canto pro tempore suæ absentiæ ex causa infirmitatis debeatur portio Massæ communis, sicut cæteris Sacerdotibus Participantibus, deductis tantum oneribus Missarum ad rationem caroleni unius pro qualibet Missa?* & quatenus negative.
II. *An eidem sint solvendi Ducati 25. pro Patrimonio quovis anno, durante absentia ex causa prædicta in casu &c.*

Dilata, & ad mentem.

SALERNITANA DISPENSATIONIS: Ut Andreæ defuncti Fratris voluntatem exequerentur, Beneficium sive Cappellaniam in Cappella Familiæ sita in Ecclesia Parochiali Terræ Braciliani Archidiœceseos Salerni tanæ anno 1681. fundarunt Anna, & Laura Sorores Danieli, dato Cappellanis onere nonnullorum Sacrorum, & nominato Rectore Sacerdote Daniele Danieli, conditione adjecta, ut in patriam Terram Braciliani rediret, & Sacra ageret per se ipsum, quam nisi impleret, nullam voluerunt nominationem, & Rectorem alium nominarunt Sacerdotem Josephum Sannellam earum consanguineum. De utroque Jurepatronatus activo & passivo disposuerunt: Activum *pro se, suisque hæredibus & successoribus etiam extraneis in infinitum* reservarunt: de passivo tribus Capitibus Instrumenti verbis his, quæ, longiuscula licet, apponi debent, caverunt „ Statuerunt sorores ipsæ, quod „ prædicti earum hæredes, & successores semper, & in perpetuum præferre „ debeant illos Sacerdotes de dicta Familia Danieli ipsis sororibus magis con- *Sess. 22. c. 1. de Ref.*

„ junctos, quando tamen adeſſent; ſi autem non adeſſent de dicta Fami-
„ lia, tunc eis liceat nominare, & præſentare illum Sacerdotem dictis ea-
„ rum hæredibus melius viſum, & placitum, dummodo non ſit alienigena,
„ ſed Civis dictæ Terræ Bracilliani, & ita debeat ſemper, & in perpetuum,
„ & indeſſanter obſervari, & non aliter, nec alio modo: *Alicto autem*
„ *Capite hæc addiderunt*: Voluerunt etiam præfatæ ſorores, quod, quando
„ forſan aceſſent duo, vel plures de dicta earum Familia de Daniele, quod
„ tunc, & eo caſu debeant præferre illum; qui fuerit ipſis ſororibus in gradu
„ magis conjunctus, & ſi omnes in pari gradu exiſterent, tunc remaneat in
„ voluntate dictorum hæredum, & ſucceſſorum eligere quem voluerint ex
„ eis: *Tertio demum Capite ita edixerunt*: Voluerunt etiam dictæ Sorores, quod quando forſan adeſſet aliquis de dicta earum Familia de Daniele, qui ob paupertatem, & defectum Patrimonii non poſſet ad Sacerdotium pervenire, tunc, & in eo caſu hæredes, & ſucceſſores ipſarum ſororum teneantur, & debeant illum in dicto beneficio nominare, & præſentare etiam ad titulum Patrimonii.

Poſt varias Patronorum nominationes Beneficium hoc tandem obtinuit Hyacinthus Albani, quo defuncto menſe Aprilis anni 1746., Bernardinus, & Nicolaus Fratres Melonii aſſerentes ſeſe mediatos hæredes Annæ Danieli unius ex Fundatricibus præſentarunt Tarquinium Melonium unicum eo tempore Clericum in deſcendentia Danieli, qui etiam Gratiam Apoſtolicam impetravit: Contra vero Agnellus Danieli, tamquam qualificatus ad formam fundationis, & licet laicus, ſub ſpe tamen futuri clericatus, poſtulavit ab Archiepiſcopo Salernitano, ut Beneficium ſibi adjudicaretur. Orta igitur inter Tarquinium, & Agnellum controverſia, diu ſine ulla definitione acta fuit, ſopita tandem matrimonio nuper contracto ab Agnello, itaut ſpes eſſet Tarquinio Cappellaniam obtinendi ſine ulla controverſia; Spem tamen hanc fefellerunt Patroni alii, qui intra quadrimeſtre a die matrimonii ab Agnello contracti præſentarunt Dominicum Danieli puerum octennem, a quo preces oblatæ fuerunt Sacratiſſimo Principi noſtro, quibus veniam, ſeu diſpenſationem defectus ætatis poſtulabat. Obſtitit huic poſtulationi Tarquinius & R. P. D Datarius Cauſa hujus cognitionem mandavit Sacro huic Tribunali. Diſputat autem Tarquinius veniam ætatis in detrimentum Juris ſibi quæſiti indulgeri non poſſe, cum cognitiſsimum ſit diſpenſationes haſce in detrimentum alterius qualificati, atque habilis Jure concedi non debere.

Neque in dubium revocari poſſe ait Ius, & qualificationem ſuam, cum ipſe deſcendat ab eodem Jo: Baptiſta Danieli, a quo originem, & genus ducit puer Dominicus, cum Anna, & Laura Fundatrices *ſemper & in perpetuum* præſentari voluerit *Sacerdotes de Familia*, itaut ambigi non debeat eum eſſe paſſivè vocatum, cum ſit *Sacerdos de Familia*; hoc enim nomen agnatis æque, ac cognatis commune eſt in hac indifferenti materia Juriſpatronatus, ut pro cunctis tradidit *Piton. de controv. Patron. alleg.* 100. *num.* 191. & 196. atque hoc cuſtodiendum eſſe, licet adjectum fuerit a Fundatricibus Familiæ nomen: *Sacerdotes de dicta Familia Daniele*: Diſtinguendum enim eſſe, an Familia vel domus adjecto nomine vocata ſit imperſonaliter, quo caſu ſolos agnatos complecti certi Juris eſt, vel potius vocatio directa ſit ad perſonas illius Familiæ, quo caſu adjectio nominis Familiæ non ſtat taxativè, ſed demonſtrativè ad deſignandam originem, & Familiam, unde venire debeant ii, qui præſentandi ſunt a Patronis, ut poſt alios receptiſſimam hanc in Tribunalibus diſtinctionem dedit idem *Piton. de Controv. Patron. allegat.* 75. *num.* 3, eam vero longe amplius locum habere diſputat Tarquinius in re præſenti, quod plurimæ conveniant conjecturæ, quas late congregat, e quibus educitur mentem duarum ſororum, quæ Cappellaniam fundarunt, eam fuiſſe, ut cognati æque, ac agnati admitterentur, quas inter plurimi faciendam eſſe fœmineam Fundatricum qualitatem, ex qua vix præſumendum ſit eas deflectere potuiſſe a proprio ſexu, præſertim, cum conditionem adjectam

non

non adimplente Daniele Danieli primo Rectore, nominaverint alium Rectorem Josephum Sannellam non agnatum, sed cognatum; vitandumque sit absurdum, quod eveniret agnatis deficientibus; hoc enim casu melior esset ectraneorum, quam cognatorum conditio: Possent enim hæredes, ut utamur verbis fundationis, *si non adessent de d. Familia, nominare & præsentare illum Sacerdotem dictis earum hæredibus melius visum, & placitum*, spretis cognatis, qui nullam ex iis verbis, *Sacerdotes de dicta Familia Daniele*, vocationem haberent; Neque hic vitari posse admissione subsidiaria cognatorum ante extraneos, & post agnatos, quia cum de agnatione nullum vestigium sit, non habeat locum subsidiaria vocatio, sed & agnati, & cognati eodem Jure, eademque communi vocatione admittendi sunt.

Addit demum Tarquinius præsentationem Dominici pueri nullam fuisse, cum facta fuerit post litem de hac eadem Cappellania assequenda diu actam inter eumdem Tarquinium, & Agnellum Danieli, qui inde matrimonium contraxit, ideoque præsentationem Dominici contrariam fuisse dispositioni Juris in *Cap.* 1. & 2. *ut lit. penden. in 6.* unde educta est *Regula 29. Cancellariæ de subrogandis*, quam Juris dispositionem, qua æquissime cautum fuit, ne novus detur litigator, egregie ut solet, exornat *Rigant. in Commentar ad d. regul. 29. num. 2. tom. 3* Atque hæc Tarquinius. Contra vero Dominicus urget Apostolicæ Sedis indulgentiam, qua solet Patronis, iisque, qui de sanguine Patronorum sunt, aut alias qualificatis veniam ætatis indulgere, cum nullum inferatur detrimentum successive vocatis, si intra terminum quadrimestris laicis Patronis a Jure indultum, amoto ætatis impedimento, præsentatus habilis fiat, qua de re cum late actum fuerit nuper in *Causa Asculana Cappellaniarum super dispensatione*, quæ data fuit in *folio Congregationis* habitæ *die 22. superioris mensis Augusti* nullum hinc verbum addimus. Pergit Dominicus, negatque Jus nullum quæsitum fuisse Tarquinio ad hanc Cappellaniam ex præsentatione facta a Bernardino, & Nicolao Fratribus Meloniis, qui neque hæredes fuerunt Annæ, & Lauræ Fundatricum, neque erant in possessione præsentandi.

Quod si Tarquinius subsidiaria cognatorum vocatione nitatur, itaut, agnatis deficientibus, admitti debeat, nullum ei hoc casu Jus quæsitum fuisse disputat Dominicus; de hoc enim Jure quæsito haberi rationem duntaxat eo casu, quo Fundator ad tempus *vacationis* Beneficii verba direxisset illum vocando, qui eo tempore habilis esset, hoc casu Jus acquiritur posteriori vocato, si primo vocatus habilis non sit: hoc casu, qui secundo loco vocatus est, Jus habet præpediendi veniam ætatis primo vocato, ut explicat alios referens, & declarans *Piton. de controv. Patron. alleg. 1. num. 23.*, *& discept. Eccles. 13. num. 39. & in Parerg. ad num. 17.*, secus vero cum Fundator non ad tempus vacationis sed ad tempus *præsentationis* verba direxit, ut factum fuit a Sororibus Danieli, quæ vocarunt *Sacerdotes de Familia Daniele*, qui nominari, & præsentari deberent *semper, & in perpetuum ab earum hæredibus*, & successoribus; hoc enim diverso casu certi Juris esse nullum Jus quæsitum fuisse intra quadrimestre spatium Patronis laicis indultum, secundo loco vocatis, qui nequeunt sese contradictores constituere primo vocato veniam ætatis postulanti, ut tradiderunt *Card. de Luca de Jurepatr. disc. 70. num. 17. & 18.*, *& disc. 82. num. 5. Carol. Anton. de Luca in observ. ad Ventrigl. in Prax. par. 2. adnot. 6. §. 1. num. 8. & de lin. legal. lib. 1. artic 24. num. 11. Piton. de contr. Patr. d. alleg. 1. sub num. 23. vers. secundus est, & vers. tertius casus, & d. discept. Eccles. 13. n. 40.*, *& in d. Parerg. n. 18.*

Cæterum late disputat Dominicus ne subsidiariam quidem vocationem, defectis agnatis, proponi posse a Tarquinio cum Sorores Fundatrices repetito semper vocaverint ad hoc Beneficium *Sacerdotes de familia Daniele*, quæ cognominis expressio, faciat, ut neque in subsidium cognati admittantur, sed soli agnati, ut docuerunt *Card. de Luca de Jurepatron. disc. 26. num. 8. vers. secundo Capon. discept. Eccles. 263. artic. 2. num. 5. & seqq. & art. 4. num.*

4 *num.* 40. *tom.* 4. *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. diſcept. cap.* 258. *n.* 17. *verſ. certius Piton. de controv. Patron. allegat.* 100 *num.* 103. diſtinctionem vero illam *de Familia taxative, vel demonſtrative* vocata, & expreſſa locum habere, ubi verba fundationis dubia ſint; quia Juſpatronatus datum ſit deſcendentibus ex certa Familia, ſecus vero, ubi clara ſint, & aperta, ut eſſe contendit verba Fundationis, in qua verſamur, quæ ſolos agnatos admittant; nihil denique obeſſe diſpoſitionem Textus *in cap.* 1. *&* 2. *ut lit. penden. in* 6., quia, cum nullum Jus ad hanc Cappellaniam habeat Tarquinius, lis remanet calumnioſa, eoque amplius, quod Dominicus proſequatur Jus ſuum in ſtatu, & terminis, quibus erat Cauſa, antequam Agnelus Danieli contrahendo matrimonium ſeſe a lite ſubduceret, & ideo non poteſt repelli, ut ipſe habet *Textus in d. cap.* 2. *ut lit. penden.* his verbis: *Sane ſi ad defenſionem ipſius litis aliqui, quorum intererit, petierint ſe admitti, eos in illo ſtatu, in quo ipſam invenerint, decernimus admittendos*: traduntque ibidem *Geminian. num.* 4. *Barboſ. numer.* 1. *&* 6. aliique Interpretes; Hæc Dominicus. Definiendum igitur eſt ab Eminentiſſimis Patribus.

An ſit concedenda Diſpenſatio in caſu &c.

Affirmative.

Seſs. 24. *c.* 5. *de Refor. Matrim.*

BOJANEN. DISPENSATIONIS, ET SPONSALIUM: Sponſalia contraxit die 15 Decembris ſuperiore anno 1749. cum Carmelia Coticoni Georgeus Caroſcia Civitatis Campobaſsi Diœceſeos Bojanenſis; ſpe inde majoris dotis alia poſt triduum iniit ſub conditione certæ dotis ſponſalia cum Anna Felice Scipio. Mutato demum conſilio, aurique fame depoſita, rediit ad fidem Carmeliæ datam, ſtatuitque cum ea matrimonium contrahere. Metuens ne præpediretur ab Anna Felice, preces obtulit Epiſcopo, quibus petebat, ut una tantum futurarum nuptiarum denunciatio præmitteretur. Semel itaque denunciatis futuris nuptiis, nihil denunciatum fuit, & Georgeus ac Carmelia die 1. Januarii hujus anni matrimonium coram Parocho, & Teſtibus contraxerunt, quod cum ſive venia Epiſcopi contractum fuiſſet, cavere ſibi ſatius duxerunt Conjuges publico Inſtrumento, quo declararunt ſeorſim vivere velle, donec a Curia Epiſcopali venia iis indulgeretur. Prævenerat Anna Felix in Epiſcopali Curia Bojanenſi longe diſsita a Civitate Campobaſsi, & oppoſuerat ſponſalia, quæ cum ipſa Georgeus contraxerat, ſed, non interpellato Georgeo, matrimonium contractum fuit. Poſt matrimonium rumor exortus eſt Georgeum, & Carmeliam tertio conſanguinitatis gradu conjunctos eſſe; Verum id eſſe compertum eſt, & Conjuges continuo preces obtulerunt Sacratiſſimo Principi noſtro, quibus poſtularunt diſpenſationem *tamquam de ignoranter contracto Matrimonio*. Obſtitit huic diſpenſationi Anna Felix, dicens matrimonium ſcienter contractum fuiſſe, R. P. D. Datarius Sanctiſſimi cauſæ hujus cognitionem mandavit Sacro huic Tribunali.

Auditus, ut fieri ſolet, Epiſcopus his verbis reſpondit „ Matrimonium attentatum fuit a Georgeo, & Carmelia minus ſolemne, ne impedirentur ab „ Anna Felice Scipio, cujus ſponſalia, attentis prioribus, non ſubſtinebantur, impedimentum ipſum a contrahentibus ignorabatur; nec ab ipſis „ quidquam doloſe commiſſum eſt, vel fraudolenter contra Canonicas Sanctiones: Carmelia ipſa prorſus eſt cujuſcumque culpæ exors, adeoque non „ indigna, ut famæ ejus conſulatur, & Apoſtolica diſpenſatione ſuper hujuſmodi tertio conſanguinitatis gradu dignetur „ Cauſa nunc proponitur, & diſputant Conjuges teneri Annam difficillimam ſcientiæ impedimenti probationem facere, ne diſpenſationi ſit locus: Impoſſibile prorſus eſſe, ut hæc fiat probatione, cum ipſi impedimentum illud ignoraverunt: Sponſalia ſecunda

cunda contracta a Georgeo nulla, atque irrita esse, cum devinctus esset Georgeus primis cum Carmelia contractis; hinc nullum esse coactioni locum, quod vellet Anna Felix: Hæc Conjuges: ab Anna Felice nihil hactenus habuimus. Tria sunt controversiæ Capita.

I. *An sit concedenda Dispensatio super impedimento, de quo agitur in casu &c.*, & quatenus negative.

II. *An constet de validitate sponsalium inter Georgeum Carosiia, & Annam Felicem Scipio in casu &c.*, & quatenus affirmative.

III. *An, & quommodo sit cogendus in casu &c.*

Dilata omnino ad sequentem.

CAPUANA MASSÆ COMMUNIS: Capuanæ Metropolitanæ Ecclesiæ Capitulum Pontificalium usu, Vestibus violaceis, Cappisque rubeis Summorum Pontificum beneficio honestatum quadraginta constat Canonicis, quorum viginti, ipso etiam numerato Archiepiscopo, in ordine Presbyterali sunt, reliqui viginti in Ordine Diaconali. Par omnes Ecclesiæ servitium præstant; Impares tamen reddituum sunt, demptis enim præbendis Presbyterorum, qui *Congregationum octo Canonicorum*, uti eam vocant, constituunt, reliquæ quædam mediocres, quædam tenues sunt, unusque ex Presbyteris nullam habet Præbendam. Longe major est inter Diaconos inæqualitas, quorum Præbendæ, paucis exceptis, tenuissimæ sunt, & quatuor ex ipsis sunt sine Præbenda. Eadem inæqualitas est in distributionibus communium reddituum, nam duæ partes Presbyteris, tertia Diaconis præstantur; Hinc est, ut qui nullam habent Præbendam, nullos habeant redditus; Hinc vilescit omnium decor, collatis Canonicatibus personis ignobilibus, cum nullus sit, qui eos velit: hinc dissidia perpetua a Diaconis, qui Præbendas inhiant Presbyterales. Huic malo, atque incommodis ut prospiceretur, rationem injerunt prudentiores quidam, ductique exemplo aliarum Ecclesiarum Neapolis, Beneventi, & Salerni optimum esse censuerunt, si una ex universis redditibus fieret massa communis æqualiter inter omnes Canonicos distribuenda, servata tantum majori quadam, & congrua proportione distributionis inter Dignitates, & Presbyteros. Re proposita in Capitulo habito die 20. Maii anno 1742., placuit modus omnibus, selectique fuerunt Decanus, & quinque Canonici, qui methodum in exequutione servandam describerent. *Sess. 24. c. 13. de Ref.*

Nihil inde hac de re actum fuit ad annum usque 1749., Capitulo aliis curis distento: Decanus vero, & qui selecti fuerant, alii Canonici probe agnoscentes, eos, qui pinguiores Præbendas obtinebant, difficultates movere, quia detrimentum, & diminutionem timebant, facta communi massa, superari omnia posse censuerunt, si modus hic communis massæ exequeretur sine ullo viventium detrimento, vimque obtineret paulatim, & post mortem eorumdem. Rem itaque, uti cogitaverant proposuerunt in Capitulo habito die 1. Martii anno 1749. placuitque omnibus modus; censuerunt etiam, ut gratia hæc impetraretur a Summo Pontifice. Tertio hac de re actum fuit in Capitulo habito mense Aprili ejusdem anni, & placuit vigintinovem Canononicis, qui interfuerunt, ut fieret massa communis. Selecti iterum fuerunt Decanus, & septem Canonici, qui rem diligentius conficerent, & habita ratione communium reddituum, & particularium Præbendarum, habitaque ratione onerum, & impensarum omnium, methodum describerent, qua Communis hæc Massa exequi posset. Hi, omnibus collectis, monstrarunt redditus universos constituere summam ducatorum 11105., onera vero constituere summam Ducatorum 1505. 09., quibus detractis a majori illa summa, reliquum esse ducatorum 9600.: His autem in quadraginta portiones distributis, debitos esse cuilibet Canonico Ducatos 240., ad servandam vero inter Dignita-

gnitates, & Canonicos proportionem addendos esse censuerunt Decano Ducat. 100., Archidiacono, Canonico, Theologo, & Pœnitentiario Duc. 50., Primiceriis singulis Duc. 25. Presbyteris, ut & ipsi a Diaconis distinguerentur, addendos censuerunt Ducat. 5.

Hac composita, descriptaque methodo distribuendi Massam Communem, eam foribus Sacrarii fixerunt, ut cuique licitum esset eam expendere, & novo Capitulo habendo, quidquid vellent proponere possent Canonici *Congregationis degl' Otto*, qui licet in contractis Capitulis consensum Massæ Communi præstitissent, contra eam tamen preces obtulerant Sacro huic Tribunali. Coacto igitur Capitulo die 7. Septembris eodem anno 1749., cui affuerunt viginti, & octo Canonici, omnes, duobus exceptis, methodum illam probarunt, & quatuor Canonicos elegerunt, qui Neapolim pergerent ad Archiepiscopum in ea Civitate tunc morantem, ut officiis apud Summum Pontificem hac de re juvaret Capitulum, eodemque tempore preces oblatæ fuerunt Sacratissimo Principi, ut Massæ Communis gratiam Capitulo indulgeret. Postulationis hujus cognitio ab Optimo Principe data fuit Sacro huic Tribunali, & auditus fuit, ut fieri solet, Archiepiscopus, quem tamen, cum Romam veniret Jubilæi causa, non rescripsisse, sed ejus Vicarium Generalem, qui unus est *Congregationis degl'Otto*, dolet Capitulum, & ob id obstitisse Massæ Communi pluribus rationibus, quibus seorsim respondent Canonici, respondet in libello Jurium Advocatus Capituli, a quo dumtaxat libellum habuimus, non a *Congregatione degl' Otto*. Causam, quæ nunc proponitur, conficere videtur *Cod. de canonic., & capit. disc. 34. per tot.*, qui de eadem re consultus sententiam suam aperuit; Partes tamen erunt Eminentissimorum Patrum duo, quæ sequuntur, Dubia, ut Juris esse putabunt, definiendi.

I. *An sit locus approbationi Resolutionum Capitularium super erectione Præbendarum in Massam Communem in casu &c.*, & quatenus affirmative.

II. *An eadem Massa Communis sit exequenda juxta methodum a Capitulo præscriptam, sive alio modo præscribendam in casu &c.*

Negative, & amplius.

INDEX
CONCLUSIONUM
AC
RESOLUTIONUM
ANNI 1750.

A

ABBAS.

ABbas, Commendatarius, qui loco Epiſcopi eſt, tenetur ad Eccleſiæ Cathedralis, ſeu Titularis reparationem, in quam cauſam quartam reddituum partem aſſignare debet *pag.* 40. *cum ſeq.* §. *cenſet & p.*41. §. *contrà in princ.*

Et ex quibus dicatur an Eccleſia ſit Titularis, vel Cathedralis *p.*41. *cum ſeq.* §. *contra per tot.*

Eccleſiæ vero Parochialis, & ſimplicis Collegiatæ reparatio non Abbati, ſed Parocho, vel iis, qui in ea obtinent beneficia incumbere debet *ibid. p.* 40. *cum ſeq.* §. *cenſet circa med.*

Procedit etiamſi Abbates jure Patronatus Beneficia in Eccleſia reparanda conferrent; quoties enim redditus congrui a Patronis pro dote Beneficiorum aſſignati ſunt, compelli tunc non debent Patroni, ſed Rectores Eccleſiæ ad ejuſdem reparationem *ibid. in fin.*

Quod confirmavit Sac. Cong. *in Nullius ſeu Sublacen. reparationis Eccleſiæ p* 40. *cum ſeq.* ubi ſtatuit reparationem Collegiatæ, & Parochialis Eccleſiæ S. Andreæ non ſpectare ad Eminentiſſimum Abbatem.

Abbas Monaſterii Amorbacenſis coactus fuit ad Parochialem Eccleſiam, & Beneficium Primiſſariæ in Buchen., præſentare Preſbyterum Secularem, non vero Monachum ipſius Monaſterii *in Herbipolen. Parochialis Eccleſiæ, & Primiſſariæ p.*72.

ÆTAS QUOAD DISPENSATIONEM.

Apoſtolica Sedes ex æquitate facile impertitur diſpenſationem ætatis iis, qui de ſanguine ſunt *p.*49. §. *auditus.*

Maximè ſi talis diſpenſatio conveniat cum cauſa finali Teſtatoris *p.* 50. §. *pari in princ.*

Quod ſi diſpenſationem requirens ſit Agnatus prius vocatus & prædilectus; tunc alius ſubſtitutus nullum jus quæſitum habere dicitur, nec diſpenſationem præpedire poterit *ibid. circa med.*

Præſertim cum pendente termino quadrimeſtri nulla habeatur ratio detrimenti eventualis, quod per conceſſionem gratiæ evenire poteſt ſucceſſive vocatis, *ibid. circa fin.*

Qui nequeunt ſe ſe contradictores conſtituere primo vocato diſpenſationem ætatis poſtulanti *p.*79. §. *quod ſi in fin.*

Contrarium bene procederet ſi Fundator ad tempus vacationis Beneficii verba direxiſſet, illum vocando, qui eo tempore habilis eſſet; quo caſu jus acquiritur poſteriori vocato, ſi primus vocatus habilis non ſit, & ſecundo loco vocatus jus haberet præpediendi veniam ætatis primo vocato *p.*79. §. *quod ſi in princ.*

Quod confirmavit Sac. Congreg. in *Aſculana Cappellaniarum ſuper diſpenſatione p.*68. *cum duabus ſequen.* ubi requiſita num eſſet conſulendum SS. pro gratia diſpenſationis, affirmative reſpondit.

Atque hanc ſententiam in longe difficilioribus circumſtantiis juris quæſiti ex nominatione Patroni, & ex lapſu termini, ſequuti ſunt Eminentiſſimi Patres ut videre eſt in §. *Pari p* 50., & in præciſis terminis *in Salernitana diſpenſationis p.*77. *cum tribus ſequen.*

In cauſa reſtitutionis in integrum adverſus Religioſam profeſſionem, quæ ex defectu ætatis nulliter emiſſa dicebatur, juſſit Sac. Tribunal ut ſcriberet Defenſor Profeſſionis

nis *in Perusina restitutionis in integrum pag.34. cum seq.*

Et tandem restitutionem denegavit in repropositione ejusdem causæ *p.44.*

Ratihabitio supplere potest defectum consensus in actu professionis, non autem defectum ætatis *p 34. cum seq. §. Perusina in fin.*

ALIMENTA.

Alimentorum legatum sicuti in solo usu fixit, ideo sic inhæret ossibus Alimentarii, eumque tantum respicit, ut minime possit in alium transferri; translationesque in alios factas pluries irritavit Sac. Cong. & præcise *in Romana seu Januen. assignamenti p.37.*

ANNIVERSARIUM.

Anniversaria a Testatoribus Ecclesiæ relicta, a dignoribus, quales sunt Sacerdotes, agi debent *p.27. §. Contra.*

Accedente præsertim tacita Testatorum voluntate, qui ea agi voluisse censentur a Sacerdotibus potius, quam a Clericis *ibid. circa med.*

Eoque amplius si inter hæc plurima sint, quæ solum a Sacerdotibus agi possent *ibid. in fin.*

Sic quoque definivit Sac. Congreg. *in Gerunden. admissionis pag. 37.* ubi denegavit Beneficiatis Clericis Ecclesiæ Tutricellæ participationem emolumentorum.

APPELLARE APPELLATIO.

Appellatio ab Ordinario per Reum conventum in tempore habili interposita, & respective inhibitio Metropolitani cum compulsoria pro Actorum transmissione, fuerunt in causa, quod attentata declararentur acta ulteriora ab Ordinarii Curia, ideoque per viam nullitatis purganda, censuræque per Ordinarium latæ nullæ reputatæ fuerunt *in Minoren. seu Amalphitana censurarum p.39. cum seq.*

Censuræ si latæ post interpositas appellationes ad S. Sedem nullæ erunt; quia tales appellationes servari debent in suspensivo *p.8 § Re ad hoc in princ.*

Maxime si Judex cum causæ cognitione processerit. *ibid.*

Aut si res non sit de Synodo aut de observatione eorum, quæ in Synodo constituta sunt, quo casu in devolutivo tantum servari debet appellatio *ibid. circa med.*

APPLICARE APPLICATIO.

In Ecclesiis omnibus, Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis agi debet Sacrum Conventuale singulis diebus pro Benefactoribus in genere *pag 17. §. Lucana in princ., & pag.58. §. Post in fin.*

Limita tamen quod Sacrum Conventuale applicare non tenentur Cappellani pro iis Benefactoribus, qui certo numero Sacrorum constituto in fundatione Cappellaniæ animæ suæ consuluerunt *p.88. §. Additus.*

Et ad casum diffuse in verbo *Missa Conventualis.*

ARCHIDIACONUS IN GENERE.

In Electionibus Officialium per Capitulum in Congregatione generali fieri consuetis per schedulas, electionem Scrutatorum Schedularum ex urnis ubi nomina Vocalium sunt inscripta responsum fuit spectare ad Capitulum, & Clerum pro ejus arbitrio, non autem ad Archidiaconum *in Tarentina præeminentiarum p. 43. cum seq. ad I. d b.*

Quod procedit etiam urgente necessitate eligendi, seu substituendi infra annum unum, aut plures Officiales, seu Deputatos rerum Capitularium, quo casu ad Capitulum pro ut de jure, non autem ad Archidiaconum prædictum spectabit electio *ibid. ad II. dub.*

Et in electionibus infra annum faciendis Capitulum arbitrio suo, non vero Archidiaconus poterit adhibere vel non Scrutatores *ibid. ad III.*

Et alia ad materiam electionis in verbo *Eligere Electio.*

Archidiacono spectat efformationem tabulæ, seu elenchi Dignitatum, Canonicorum, & Presbyterorum pro celebrandis divinis Officiis in Festis primæ, & secundæ classis servato semper ordine Turni *ibidem ad V.*

Et quoad jura quæ prætendebat Archidiaconus, vel primus in Ordine Canonicus in examine faciendo in pleno Capitulo Clericorum admittendorum ad servitia, & participationem Ecclesiæ jussit Sacr. Congreg servari solitum *ibid. ad VII.*

Dignitates, & Canonicos sedentes ex parte Archidiaconi posse ingredi, & egredi ex suis respective stallis, transeundo ante stallum Archidiaconi, quatenus ex ea parte proximior pateat egressus & ingressus ad eadem stalla, resolutum fuit *ibid. ad IX. dub.*

AR-

ARCHIEPISCOPUS, ET ARCHIEPISCOPALI SCURIA.

Archiepiſcopali Curiæ Ravennæ denegata fuit poteſtas deputandi in Civitate, & Diœceſi Faventina Nótarium ad recipiandas appellationes, alioſque Miniſtros pro exercitio ſuæ Juriſdictionis *in Ravennaten., ſeu Faventina Juriſdictionis p.*20. *ad I. dub.*

Imo & decretum fuit Miniſtros omnes ſive mere Laicos, ſive Eccleſiaſticos deputatos ab eadem Curia pro exactione reddituum menſæ Archiepiſcopalis, non eſſe exemptos a Juriſdictione Ordinarii *ibid. ad III. dub.*

ASSOCIARE ASSOCIATIO.

Patres Carmelitæ Civitatis Trani occaſione aſſociationis cadaverum ſeppelliendorum in eorum Eccleſia, tenenturire ad levandum Archipresbyterum Curatum ab Eccleſia Cathedrali unica Parochiali *in Tranen. juris funerandi, & proceſſionis p.*61. *cum ſeq. ad I dub.*

Et non intervenientibus una cum aliis in Eccleſia Cathedrali, prohibitum fuit ſe poſtea immiſcere cum aliis Regularibus jam proceſſionaliter incedentibus *ibid. ad II. dub.*

Elapſa autem hora expectationis in dicta Eccleſia Cathedrali, definitum fuit licere Patribus levare Cadavera, illaque deferre ad eorum Eccleſiam tumulantem abſque interventu Archipresbyteri *ibid. ad III.*

Et dum ducitur proceſſio funebris præter præintonationem Antiphonæ fieri etiam debet præintonatio Pſalmorum ab Archipresbytero Curato, non autem a dictis Regularibus *ibid. ad VI.*

Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, & Parrochialis invitatum ad aſſociationem cadaverum ſeppelliendorum in Eccleſia Regularium, poteſt illam ingredi cum Cruce propria, & ſtola, ibique officia, aliaſque funebres functiones ſuper Cadaveribus abſolvere *ibid. ad VII.*

Et de omnibus Cereis pertinentibus ad Eccleſiam tumulantem, debetur Eccleſiæ prædictæ, vel Archiepiſcopo quarta funeralis *ibid. ad VIII.*

Similiter *in Comen. funerum, & functionum conventualium pag.* 9. *ad I. dub.* reſcriptum fuit Capitulum Cleri ſecularis Dungi aſſociando cadavera ad Eccleſiam PP. Reformatorum valet elevare propriam Crucē ſub qua incedere debent Reformati.

In eademque aſſociatione ultra Crucem elevatam, Stolam etiam deferre permiſſum fuit Clero prædicto in ingreſſu Eccleſiæ PP. Reformatorum *ibid. ad III.*

Et quantitas Presbyterorum ſæcularium, & Regularium aſſociationi prædictæ invitandorum arbitrio hæredum repoſita eſt *ibid. ad III.*

Arbitrioque pariter hæredum relinquitur pondus Candelarum diſtribuendum *ibid. ad IV.*

Et prædicti Reformati eidem aſſociationi invitati tenentur accedere ad levandum Parochum ab Eccleſia Parochiali *ibid. ad V.*

ATTENTATUM.

Appellatio ab Ordinario per Reum conventum in tempore habili interpoſita, & reſpective inhibitio Metropolitani cum compulſoria pro actorum tranſmiſſione, fuerunt in cauſa, quod attentata declararentur acta ulteriora ab Ordinarii Curia, ideoque per viam nullitatis purganda, Cenſuræque latæ per Ordinarium, nullæ reputatæ fuerunt *in Minoren. ſeu Amalphitana cenſurarum p.*39. *cum ſeq.*

B

BENEFICIUM ECCLESIASTICUM IN GENERE.

FUndator quando nihil aliud facit, quam bona ſua Clerico, aut Sacerdoti relinquere cum onere Sacra agendi, procul dubio pium legatum, aut Cappellaniam laicalem dare cenſetur, non vero Beneficium Eccleſiaſticum fundare *pag.* 56. §. *Auditus.*

Et alia ad hanc materiam perleges in verbo *Cappellania quando dicatur laicalis.*

Optionis jus non Beneficio, ſed poſſeſſioni adnexum eſt; ideoque permutato loco & exercitio Ordinis, admittitur poſſeſſio, & jus optionis *pag.* 60. §. *Ajunt, & cum ſeq.* §. *Hinc in princ.*

Beneficia regularia Regularibus, ſæcularia Sæcularibus conferenda ſunt *pag.* 51. *cum ſeq.* §. *Ex his.*

Litteræ teſtimoniales ab Ordinario datæ abſque mentione ætatis, natalium. & morum Ordinandi; imo & cum expreſſa

declaratione ineſficaciæ ad effectum promotionis, proficient ad obtinenda Beneficia ſimplicia, non autem ut Clericus ad ſacros Ordines poſſit promoveri *p.* 46. §. *Auditi*.

Neque ab Ordinibus, neque a Beneficiis Eccleſiaſticis repelli eum, qui ab incunabulis Chriſti fidem profeſſus eſt, licet Patrem Judæum habuerit, juſſit Sac. Tribunal *in Majoricen.* 25. *Jan.* 1749. *p.* 7. *cum ſeq.*

Quod decretum confirmavit in propoſitione ejuſdemmet cauſæ ſub die 9. Maii hujus anni *pag.*23. ubi reſcripſit tale impedimentum ab Epiſcopo allegatum non obſtare.

Beneficii Eccleſiaſtici de jure patronatus redditus percipi poſſunt a laico Patrono, vel hærede, non jure, & titulo Beneficii (quod equidem vacaverit dimiſſione veſtium, & Tonſuræ clericalis facta per poſſidentem) ſed jure, & titulo ſæcularis adminiſtrationis, donec aliquis veniat, qui capax ſit *pag.*25. *cum ſeq.* §. *Lalius circa med.*

Et in conſimili caſu affirmativum reſponſum protulit Sac. Congreg.; dummodo facta per vocatum clericare nolentem renunciatione Beneficii, & Clericatus, redditus juriſpatronatus poſſideret, Sacrorumque oneri per alium ſatisfaceret *in Senogallien. Cappellaniæ p.*24.

Horas Canonicas recitandi onus incumbit Beneficiis Eccleſiaſticis, non ſimplicibus Legatis piis; multoque minus ſi fundator hoc onus dare voluit iis, qui uti Clerici, & Cappellani beneficium obtinerent; non iis, qui uti Patroni, & Hæredes ſanguinis redditus perciperent ſi Clerici eſſe nollent, & nullus alius capax eſſet *p.*25. *cum ſeq.* § *Lælius in fin.*

Ex fundationis tabulis ſpectanda ſunt onera beneficii, nec Epiſcopus poteſt earum leges variare *p.*66. *cum ſeq.* §. *Confugit circa med.*

Onera tamen ex Epiſcopali viſitatione impoſita cuidam Beneficio de cujus fundatione nulla exiſtebat memoria, juſſit Sac. Congreg. eſſe adimplenda, ad quem effectum denegavit remotionem ſequeſtri *in Vercellen. p.*67.

Contributio per poſſeſſorem Beneficii confirmavit Sac Congreg. deberi Seminario pro rata bonorum poſſeſſorum *in Tarentina contributionis p.*23.

Quo in caſu non juvat aſſerere bona, extra Diœceſim ſita eſſe; titulus enim, non bona ſpectandus eſt, & ubi titulus, ibi ſolvendum eſt *p.*71. §. *apertam in fin.*

BENEFICIARIUS.

Privatus quarta reddituum parte ob non promotionem ad ſacros Ordines juxta Capituli Conſtitutiones, quamvis in cauſa aſſereret tenuitatem ſui Beneficii ad vitam honeſte ducendam juxta Tridentini ſanctionem non ſufficientis *in Romana p.*20.

BENEFICIATUS CLERICUS.

Beneficiatis Clericis denegatur intereſſe, & participare de omnibus emolumentis ad inſtar Beneficiatorum Presbyterorum *in Gerunden. admiſſionis p.* 37.

BULLÆ PARTICULARES.

Ex Tridentini, & Conſtantienſis Concilii Decretis de unionibus rejicientur Bullæ Bonifaciana, & Innocentiana, etiamſi de veritate earum nulla eſſet ſuſpicio, ſed uti Apocryphæ, commentitiæ, & falſæ *p.*51. *cum ſeq.* §. *Ex his*.

C

CANONICUS CANONICI IN GENERE.

CAnonicis, vel aliis munus celebrantis explentibus, deberi locum in Choro ad normam Cærimonialis Romani, appoſita tamen tabella Chorus, reſponſum fuit *in Tarentina præeminentiarum p.* 43. *cum ſeq. ad VI. dub.*

Dignitates, & Canonicos ſedentes ex parte Archidiaconi poſſe ingredi, & egredi ex ſuis reſpective ſtallis, tranſeundo ante ſtallum Archidiaconi, quatenus ex ea parte proximior ſit egreſſus, & ingreſſus ad eadem ſtalla *ibid. ad IX. dub.*

Urnæ pro excipiendis Canonicorum ſuffragiis collocandæ erunt in medio aulæ Capitularis, & numeratio facienda erit per Scrutatores *ibid. ad IV.*

Novus Canonicus nequit juribus, quæ Canonicatui adnexa ſunt, renunciare *p.* 26. *cum ſeq.* §. *De conditionibus in princ.*

Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Sarnen. an eſſet concedendaerectio Hebdomadariorū qui Canonicorum vices ſingulis diebus præſtarent, ipſiſque licitum inde fieret per alternativam inſervire, cum expoſceretur Sac. Tribunal, reſcripſit *affirmative cum ſolitis clauſulis in Sarnen. p.* 31. *cum ſeq.*

Cano-

Canonicus infirmus fedulo, aſſidueque ante infirmitatem Choro inſerviens, Diviniſque Officiis intereſſe ſuetus, ſi de præſenti ægritudine conſtat, non abeſſe tantum a Choro, ſed etiam diſtributiones quotidianas, ac ſi præſens ſit, lucrifacere poteſt *p.63. §. urget in princ.*

Et ad eaſdem diſtributiones lucriſaciendas neceſſe non eſt, ut cauſa morbi graviſſima ſit, ſed ſatis eſt, ut abeſſe Choro poſſit etiam ex levi morbo, cujus incrementum timeatur *pag.63. §. Præſertim in princ.*

Eoque amplius ſi res ſit de vitio, morbove interno, qui ſenſibus aliorum non ſubeſt, quique incrementum accipere poteſt ex Chori frequentia, ex cantu, ex hominum ſtrepitu, ex aeris calore &c. *ibidem*.

Sicque definivit Sac. Congreg. *in Tranen. diſtributionum p.62. cum ſeq.* onerata tamen conſcientia Oratoris.

CAPPELLANUS.

Sacrum Conventuale applicare non tenentur Cappellani pro iis Benefactoribus, qui certo numero Sacrorum conſtituto in fundatione Cappellaniæ, animæ ſuæ conſuluerunt *p.18. §. Auditus*.

CAPPELLANIA QUANDO DICATUR LAICALIS.

Fundator quando nihil aliud facit, quam bona ſua Clerico, aut Sacerdoti relinquere cum onere Sacra agendi, procul dubio pium legatum, aut Cappellaniam laicalem dare cenſetur, non vero Beneficium Eccleſiaſticum fundare *p. 56. §. Auditus*.

Eoque amplius ſi Teſtator numquam nominavit diſpoſitionem ſuam de hac Cappellania Beneficium Eccleſiaſticum *ibid.*

Amplia ſi Teſtator conſenſum, & auctoritatem Epiſcopi in erectione Cappellaniæ non requiſivit, ſed illam jure proprio facere voluerit; quo caſu nil aliud in mente habere potuit, quam fundationem ſimplicis Cappellaniæ, piique legati, quod ſine conſenſu, & auctoritate Epiſcopi poterat conſiſtere *p.56. cum ſeq. §. Id ipſum*.

Et ſi Cappellanis, vel illos nominantibus nullam obligationem, aut neceſſitatem impoſuerit petendi inſtitutionem ab Epiſcopo, quod explicat mentem Teſtatoris fuiſſe, ut ſimplex opus pium, & Cappellania laicalis inſtitueretur *ibidem circa fin.*

Similiter ſi juſſerit ut nominari deberet inops Clericus, volueritque ut ex fructibus hujus Cappellaniæ Patrimonium ſacrum conſtitui poſſet: Cum enim titulus patrimonii proprie conveniat bonis laicalibus, & inductus ſit in defectu tituli beneficialis, dici nequit Beneficium Eccleſiaſticum *p.55. cum ſeq. §. aliud.*

Et ideo Cappellania, quæ pro ſacro patrimonio conſtituta fuit, laicalis cenſenda eſt *ibid. circa fin.*

Idque colligitur etiam ex privatione, & remotione Cappellani niſi impleto vigeſimo quinto ætatis anno ad Sacerdotium aſcenderit; Naturæ ſiquidem Beneficii Eccleſiaſtici directo adverſatur hæc remotio. & privatio, quæ monſtrat Fundatorem non Beneficium Eccleſiaſticum, ſed Cappellaniam laicalem, cui convenit amovibilitas, fundare voluiſſe *ibid. circa fin.*

Et ex defectu erectionis formalis hujus Cappellaniæ numquam factæ ab Epiſcopo; cum explorati juris ſit, Cappellanias a Teſtatoribus inſtitutas Beneficii Eccleſiaſtici naturam non ſuſcipere, niſi cum Epiſcopali auctoritate erigantur, & Epiſcopus opprobet pacta, & conditiones, quæ a Teſtatoribus, & Fundatoribus appoſita fuerint *pag. 57. §. Manifeſtum in princ.*

Pariter nomen Cappellæ a Fundatore adhibitum excludit potius qualitatem Beneficii Eccleſiaſtici, cum Cappellaniæ proprie ſumptæ, non ſint Beneficia Eccleſiaſtica *pag. 57. cum ſeq. §. Manifeſtum circa med.*

Nomen vero *Præſentationis* non ſatis eſt ad Eccleſiaſticum Beneficium neceſſario deſignandum, cum promiſcue pro *nominatione*, & *electione* accipiatur, ideoque uti æquivocum nihil ad rem concludit *ibid.*

Deſignatio denique Altaris non facit, ut Cappellania Beneficium Eccleſiaſticum dici poſſit *ibid. in fin.*

Et ſic definivit Sacra Congreg. *in Ferentina Cappellaniæ p. 77.* ubi talem diſpoſitionem præferre ſimplicem legatum pium cum onere Miſſarum, non vero Beneficium Eccleſiaſticum, reſcripſit.

CENSURÆ.

Cenſuræ latæ abſque prævia monitione, interpellatione, & citatione *ad dicendum cauſam quare*, ſine qua relaxari nequeunt, nullæ, irritæque ſunt *in Albiganen. proceſ-*

*ceſſionis,& nullitatis interdicti p.*38. *cum ſeq. ad II. dub.*

Cenſuræ latæ ab Epiſcopo contra Archipresbyterum, & Canonicos Cathedralis Eccleſiæ, ex eo quod noluerunt emere exemplaria Synodi, nul æ, injuſtæque declaratæ fuerunt *in Aquinaten. ſuſpenſionis, & cenſurarum p.* 10.

Nemo enim cogitur invitus emere, vel vendere *p.* 8. §. *Injuſtas in princ.*

Et maxime quia Epiſcopi cavere debent, ne pœna cenſurarum cogant Clericos Diœceſanos ad emenda exemplaria Synodi, cum omnis quæſtus ſuſpicio ab iis debeat abeſſe *ibid. circa med.*

Cenſuræ ſi latæ poſt interpoſitas appellationes ad S. Sedem, nullæ erunt; quia tales appellationes ſervari debent in ſuſpenſivo *p.* 8. §. *Re ad hoc in princ.*

Maxime ſi Judex cum cauſæ cognitione proceſſerit *ibid.*

Aut ſi res non ſit de Synodo, aut de obſervatione eorum, quæ in Synodo conſtituta ſunt; quo caſu in devolutivo tantum ſervari debet appellatio *ibid. circ. med.*

Nullæ etiam ſi aderit defectus trinæ monitionis, ſique judicium præceps fuerit, cum ſaltem duorum menſium terminus reis præfigi debeat *ibid. circa fin.*

CLAUSURA.

Clauſura ubi hactenus fuit ſervari debet, non vero conſtitui ubi non fuit *p.* 4. §. *Urbanien.*

Contrarium placuit Eminentiſſimis PP. qui reſcripſerunt quod Atrium hærens Eccleſiæ PP. Minorum Conventualium Urbaniæ non eſſet extra Clauſuram dicti Conventus, ideoque nec eſſet ſervanda prætenſa conſuetudo immemorabilis ſuper libertate illud tranſigendi a fœminis vel ſacras pompas ſequentibus, vel ad Eccleſiam dictarum PP. accedentibus *in Urbanien. Clauſuræ p.* 21.

CLERICUS.

Clerici, qui ſemel uni Epiſcopo ſeſe addixerunt nequeunt ab altero Epiſcopo ceteris Ordinibus honeſtari *p.* 46. §. *Auditi circa med.*

Et fuſius ad rem in verbo *Ordinare Ordinatio.*

Epiſcopus qui abſque ſacro Patrimonio Clericum ad Ordines promovit, tenetur eidem alimenta præſtare donec congruum acquirat Beneficium *p.* 65. §. *Appellavit in fin.*

Clericum ad Sacros Ordines ad titulum Cappellaniarum cum ſupplemento Patrimonii bene promotum eſſe definivit Sacra Congreg. *in Nepeſina Ordinationis pag.* 67. *cum ſeq.*

COMMENDATARIUS.

Præpoſitus Commendatarius coactus fuit pro tertia parte redditiuum Commendæ contribuere ædificationi Eccleſiæ, & Conventus incendio conſumpti, necnon ſupellectilibus, & aliis ad uſum ejuſdem Eccleſiæ *in Cracovien. contributionis* 1749. *pag.* 30.

Quod decretum confirmatur hoc anno in prædicta *Cracovien. contributionis p.* 11. *cum ſeq. ad I. & II. dub.*

Tenetur ſimiliter Abbas Commendatarius pro reparatione Eccleſiæ ſuæ Titularis quartam partem redditiuum contribuere *p.* 40. §. *Cenſet, & §. Contra.*

Et ex quibus dicatur an Eccleſia ſit Titularis, vel Cathedralis *pag.* 40. *Contra per tot.*

COMMUNITAS.

Parocho quoties tot non ſuppetunt redditus, quot ad ſtipendium Cappellano præſtandum requiruntur, Communitas de proprio tenetur Cappellano prædicto ſtipendium aſſignare *pag.* 48. *cum ſeq.* § *Jure ſiquidem.*

COMMUTARE COMMUTATIO.

Neceſſitas, una eſt ex cauſis, ex quibus ultimas Defunctorum voluntates commutari poſſe indubium eſt *p.* 6. *cum ſeq.* §. *defunctis circa fin.*

Altera vero cauſa eſt utilitas, divinique cultus augumentum *pag.* 7. §. *Alteram.*

Commutatio voluntatis denegata fuit, neque eſſe conſulendum Sanctiſſimo fuit reſponſum *in Recineten. p.* 6.

CONGREGATIO PP. ORATORII S. PHILIPPI NERII.

PP. Oratorii S. Philippi Nerii coacti fuerunt reintegrare Sacerdotem injuſte ab eorum Congregatione expulſum, non ſolum loco quo gratis veluti ex quodam legato pio conſtituto fruebatur in dicta Congregatione; verum etiam fructibus omnibus a PP. perceptis ex prædicto legato pro toto tempore, quo ipſe fuit abſens ab Oratorio *in Forolivien. p.* 42. *cum ſeqq.*

CONSENSUS.

Conſenſus ſub pluribus conditionibus præſtitus, non dicitur purus; illis enim non agni-

agnitis, & impletis resolutus est, ac si numquam præstitus fuisset *p.* 54. §. *Data fuit in fin.*

Testator si consensum, & auctoritatem Episcopi in erectione Cappellaniæ non requisivit, sed illam jure proprio facere voluerit, nil aliud in mente habere potuit, quam fundationem simplicis Cappellaniæ, piique legati, quod sine consensu, & auctoritate Episcopi poterat consistere *p.* 56. *cum seq.* §. *Id ipsum*.

Ratihabitio supplere potest defectum consensus in actu professionis, non autem defectum ætatis *p.* 34. §. *Perusina in fin.*

CONTRIBUTIO.

Contributio per Possessorem beneficii confirmavit Sac. Congreg. deberi Seminario pro rata bonorum possessorum *in Tarentina contributionis p.* 23.

Et alia ad materiam contributionis leges sub titulo *Commendatarius*.

D

DISMEMBRARE DISMEMBRATIO.

Dismembrationis nullitas apparet ex defectu citationis illorum, qui in actis protestationem emisserunt *p.* 54. §. *Data fuit circa fin.*

Et ex defectu processus, & probationum, quæ necessario colligi debebant, ut posset Episcopus dismembrationem indulgere *ibid.*

Immodica distantia, viarum asperitas, & alia hujusmodi justæ, & legitimæ ad obtinendam dismembrationem causæ reputantur *p.* 54. §. *Addunt princ.*

Ecclesiæ Matrici succurrendum est, ut non obstante consensu Rectoris, aliorumque interesse habentium, dismembrationem filialis Ecclesiæ inpugnare possit, atque hoc detrimentum avertere *pag.* 54. §. *Addunt*.

Contrarium statuit Sac. Congreg. *in Comen. dismembrationis p.* 72. ubi locum esse dismembrationi respondit.

DISPENSARE DISPENSATIO.

Apostolica Sedes ex æquitate facile impertitur dispensationem ætatis iis, qui de sanguine sunt *p.* 56. §. *Auditus*.

Maxime si talis dispensatio conveniat cum causa finali Testatoris *p.* 50. §. *Pari in princ.*

Adde quod si dispensationem requirens sit Agnatus prius vocatus, & prædilectus; alius Substitutus nullum jus quæsitum habere dicitur, nec dispensationem præpedire poterit *ibid. circa med.*

Præsertim cum pendente termino quadrimestri nulla habeatur ratio detrimenti eventualis, quod per concessionem gratiæ evenire potest successive vocatis *ibid. circa fin.*

Qui nequeunt sese contradictores constituere primo vocato veniam ætatis postulanti *p.* 79. §. *Quod si in fin.*

Contrarium bene procederet si Fundator ad tempus vocationis Beneficii verba direxisset, illum vocando, qui eo tempore habilis esset; quo casu jus acquiritur posteriori vocato si primus vocatus habilis non sit *p.* 79. §. *Quod si in fin.*

Quod confirmavit Sacr. Congreg. *in Asculana Cappellaniarum super. dispensatione pag.* 49. *cum duabus sequen.*, ubi requisita num esset consulendum Sanctissimo pro gratia dispensationis, respondit affirmative.

Atque hanc sententiam in longe difficilioribus circumstantiis juris quæsiti ex nominatione Patroni, & ex lapsu termini, sequuti sunt Eminentissimi Patres ut ex §. *Pari p.* 50. *cum seq.*

Et in consimili casu *in Salernitana Dispensationis p.* 67. *cum tribus sequen.*

DOS IN GENERE.

Dotes pro erectione Canonicatus, Mansionariatus, & Clericatus jussit Sac. Congreg. solvendas esse in pecunia numerata ad effectum investiendi in tot locis montium non vacabilium, libere juxta legem fundationis, dato onere Episcopo circa executionem *in Urbinaten. erectionis Canonicatus p.* 29.

DOTALE SUBSIDIUM.

Pro monacandis a Testatore relictum, nubentibus in sæculo non est concedendum, neque consulendum Sanctissimo pro sanatione nominationis voluntati Testatoris prorsus adversantis *in Imolen. subsidii dotalis p.* 3.

E

ECCLESIA IN GENERE.

Ecclesiæ matrici succurrendum est, ut non obstante consensu Rectoris, aliorumque interesse habentium, dismembra-

brationem filialis Ecclesiæ impugnare possit, atque hoc detrimentum avertere *p.* 54. §. *Addunt*.

ELIGERE ELECTIO.

In electionibus Officialium per Capitulum Tarentinum in Congregatione generali fieri consuetis per schedulas, electionem Scrutatorum schedularum ex urnis ubi nomina Vocalium sunt inscripta responsum fuit spectare ad Capitulum, & Clerum pro ejus arbitrio, non autem ad Archidiaconum *in Tarentina præeminentiarum pag.* 43. *cum seq. ad I. dub.*

Quod procedit etiam urgente necessitate eligendi, seu subrogandi infra annum unum aut plures Officiales, seu Deputatos rerum Capitularium, quo casu ad Capitulum prout de jure, non autem ad Archidiaconum prædictum spectabit electio *ibid. ad II. dub.*

Et in electionibus infra annum faciendis Capitulum arbitrio suo poterit adhibere vel non Scrutatores *ibid. ad III.*

Prædictisque respective Officialibus a Capitulo electis fas erit dirigere, & demandare ea, quæ urgente necessitate non facile possint a Capitulo expediri, in reliquis vero recurrendum esse ad Archiepiscopum statutum fuit *ibid. ad VIII. dub.*

Cadavera eligentium seppelliri cum habitu S. Francisci PP. Refermatorum, debent patenter discooperta ad Ecclesiam, & locum sepulturæ deferri *in Comen. Funerum, & functionum Conventualium p. 76. ad 6. dub.*

EPISCOPUS IN GENERE.

Episcopus, vel Abbas qui loco Episcopi est, tenetur ad Ecclesiæ Cathedralis, vel Titularis reparationem, in quam causam quartam reddituum partem assignare debet *p.* 41. §. *contra in princ.*

Uniones non a potestate Episcopi, sed ab illa Pontificis pendent *p.* 51. *cum seq.* §. *Ex his*.

Cappellaniæ a Testatoribus institutæ Beneficii Ecclesiastici naturam non suscipiunt, nisi cum Episcopali auctoritate erigantur, & Episcopus approbet pacta, & conditiones, que a Testatoribus, & Fundatoribus apposita fuerint *pag.* 57. §. *Manifestum in princ.*

Ideoque si Testator consensum, & auctoritatem Episcopi in erectione Cappellaniæ non requisivit, sed illam jure proprio facere voluerit, nil aliud in mente habere potuit, quam fundationem simplicis Cappellaniæ, piique legati, quod sine consensu, & auctoritate Episcopi poterat consistere *p.* 46. §. *Id ipsum*.

Episcopum Nolanum sive per se, sive eo impedito per Convisitatores manutenuit Sacr. Congreg. in possessione visitandi Parochum, & Ecclesiam Parochialem Terræ S. Petri ad Scafatum, quæ a quacumque Episcoporum, & præsertim Nolani jurisdictione libera, & S. Sedi immediate subjecta asserebatur *in Nolana pag.* 33. *cum seq. ad I. dub.*

Episcopus nequit alienum Clericum ad Ordines promovere, nisi vel dimissorialibus, vel testimonialibus Ordinarii sui litteris acceptis *p.* 46. §. *Auditi*.

Adde quod si litteræ testimoniales ab Ordinario datæ fuerint absque mentione ætatis, natalium, & morum ordinandi; imo, & cum expressa declaratione inefficaciæ ad effectum promotionis; hæc proficient ad obtinenda Beneficia simplicia, non autem ut Clericus ad Sacros Ordines ab alio Episcopo possit promoveri *p.* 46. §. *Auditi*.

Quo non obstante si ordinatus fuerit, incidet in pœnas Bullæ *Speculatores*, & irregularis efficiet *in Burgi S. Donnini seu Cremonen. Ordinationis p.* 45. *cum seq.*

Clerici enim, qui semel uni Episcopo sese addixerunt, nequeunt ab altero Episcopo cæteris Ordinibus honestari *p.* 46. §. *Auditi circa med.*

An vero hoc procedat in Ordinatione Laicorum, in quibus nullam adhuc jurisdictionem Episcopus adeptus est, & de quibus Sacrorum Conciliorum Canones, & decreta non agunt *ibid in princ.*

Ministros omnes sive mere laicos, sive Ecclesiasticos deputatos a Curia Archiepiscopali Ravennæ in Diœcesi Faventina pro exactione reddituum Mensæ Archiepiscopalis non esse exemptos a jurisdictione Episcopi Faventini statutum fuit *in Ravennat. seu Faventina jurisdictionis p.* 20. *ad I. dub.*

Visitare Episcopus nequit Hospitale, si in ipso limine fundationis Episcopus expresse excludatur *p.* 24. §. *Liparen in fin.*

Et præcipue cum res sit de opere pio mere laico, quod neque Ecclesiastica Immunitate potiatur *ibid.*

Multoque magis si his accedat consuetudo Prædecessorum non visitandi *ibid.*

Qui-

Quibus non obſtantibus voluit Sacrum Tribunal Hoſpitale S. Bartholomæi Liparen. non eſſe exemptum a juriſdictione Epiſcopi quoad redditiones rationis *in Liparen. p.* 28.

Epiſcopus, qui abſque Sacri Patrimonii conſtitutione Clericum ordinavit, tenetur eidem alimenta præſtare, donec congruum acquirat Beneficium *p.* 65. §. *Appellavit in fin.*

Epiſcopi cavere debent ne pœna cenſurarum cogant Clericos Diœceſanos ad emenda exemplaria Synodi, cum omnis quæſtus ſuſpicio ab iis debeat abeſſe *p.* 8. §. *Injuſtas in princ.*

Et ad rem fuſius traditur in verbo *Cenſuræ*.

Epiſcopus nequit leges fundationis variare, ſed onera Beneficii ex fundationis tabulis ſpectanda ſunt *p.* 66. *cum ſeq.* §. *Confugit circa med.*

Onera tamen ex Epiſcopali viſitatione inpoſita cuidam Beneficio, de cujus fundatione nulla exiſtebat memoria, juſſit Sacra Congregatio eſſe adimplenda; ad quem effectum denegavit remotionem fequeſtri *in Vercellen. p.* 66.

ERIGERE ERECTIO.

Cappellaniæ a Teſtatoribus inſtitutæ, Beneficii Eccleſiaſtici naturam non ſuſcipiunt, niſi cum Epiſcopali auctoritate erigantur, & Epiſcopus approbet pacta, & conditiones, quæ a Teſtatoribus, & Fundatoribus appoſita fuerint *p.* 57. §. *Manifeſtum in princ.*

Ideoque ſi Teſtator conſenſum, & auctoritatem Epiſcopi in erectione Cappellaniæ non requiſivit, ſed illam jure proprio facere voluerit, nil aliud in mente habere potuit, quam fundationem ſimplicis Cappellaniæ, piique legati, quod ſine conſenſu, & auctoritate Epiſcopi poterat conſiſtere *p.* 56. §. *Id ipſum*.

Erectionem juriſpatronatus factam a Fundatore cum reſervatione, quod caſu quo nullus ex ſuis Vocatis eſſet qui clericare vellet, poſſet Patronus fructus ejuſdem juriſpatronatus percipere, & Sacrorum oneri per alium ſatisfacere, reſcriptum fuit eſſe verum Beneficium, non vero legatum pium laicale; ita tamen, ut facta per Patronum clericare nolentem renunciatione Beneficii, & Clericatus, fructus juriſpatronatus perciperet, Miſſiſque per alium ſatisfaceret *in Senogalien. Cappellaniæ p.* 28.

Erectioni Canonicatus, Manſionariatus, & Clericatus locum eſſe ad formam teſtamenti fundatoris, doteſque eſſe ſolvendas in pecunia numerata ad effectum inveſtiendi in tot locis montium non vacabilium; libere juxta legem fundationis, onerato Epiſcopo quoad executionem *in Urbinaten. erectionis Canonicatus p.* 29.

Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Sarnen. an eſſet concedenda erectio Hebdomadariorum, qui Canonicorum vices præſtarent ſingulis diebus, dictiſque Canonicis licitum inde fieret per alternativam inſervire, cum expoſceretur Sacr. Tribunal, reſcripſit *affirmative cum ſolitis clauſulis in Sarnen. p.* 31.

Erectio Præbendarum in Maſſam communem denegata fuit *in Capuana Maſſæ communis p.* 80. *cum ſeq.*

EXCOMMUNICARE EXCOMMUNICATIO.

Excommunicationem a Convifitatoribus Epiſcopi fulminatam contra Parochum viſitationi ſe opponentem approbavit Sacr. Congr. *in Nolana p.* 33. *cum ſeq. ad II. dub.* & alia ad hanc materiam in verbo *Cenſuræ*.

EXPELLERE EXPULSIO.

Expulſio Sacerdotis expleta per PP. Oratorii S. Philippi Nerii Forolivienſis ab eorum Congregatione, utpote injuſta, factaque contra formam Conſtitutionum ejuſdem Congregationis fuit reprobata *in Forolivien. p.* 42. *cum ſeq. ad I. dub.*

Reintegratuſque fuit prædictus Sacerdos non ſolum loco, quo gratis, veluti ex quodam legato pio conſtituto fruebatur in dicta Congreg., verum etiam fructibus omnibus a PP. perceptis ex prædicto legato pro toto tempore, quo ipſe fuit abſens ab Oratorio *ibid. ad II. & III. dub.*

F

FAMILIA.

IN materia juriſpatronatus nomen *de familia* competit æque Agnatis, ac Cognatis *p.* 78. §. *neque in dub in princ.*

Et ſi adjectum fuerit a Fundatore familiæ cognomen, diſtinguendum eſt an familia, vel domus adjecto nomine vocata ſit imperſonaliter, quo caſu ſolos Agnatos complectitur *ibid. circa med.*

Vel

Vel potius vocatio directa sit ad personas illius familiæ ; quo casu adjectio nominus familiæ non stat taxative , sed demonstrative ad designandam originem , & familiam unde venire debeant ii , qui præsentandi sunt a Patronis *ibid.*

Expressio autem cognominis facit , ut neque in subsidium Cognati admittantur , sed soli Agnati *pag.* 79. §. *Cæterum in princ.*

Et distinctio superius alligata de familia taxative vel dimonstrative vocata , locum habet ubi verba fundationis dubia sint , quia jusspatronatus datum sit descendentibus ex certa familia ; secus vero ubi clara sint , & aperta , quæ solos Agnatos admittat *ibid. circa med.*

FUNDATOR.

Fundator quando nihil aliud facit , quam bona sua Clerico , aut Sacerdoti relinquere cum onere Sacra agendi , procul dubio pium legatum , vel Cappellaniam laicalem dare censetur , non Beneficium Ecclesiasticum fundare *p.* 56. §. *Auditus* .

Eoque amplius si Fundator numquam nominavit dispositionem suam de hac Cappellania Beneficium Ecclesiasticum *ibid.*

Amplia si Fundator consensum , & auctoritatem Episcopi in erectione Cappellaniæ non requisivit , sed illam jure proprio facere voluerit ; quo casu nil aliud in mente habere potuit , quam fundationem simplicis Cappellaniæ , piique legati , quod sine consensu , & auctoritate Episcopi poterat consistere *pag.* 56. §. *Id ipsum.*

Et si Cappellanis , vel illos nominantibus nullam obligationem , aut necessitatem imposuerit petendi institutionem ab Episcopo , quod explicat mentem Testatoris fuisse , ut simplex opus pium , & Cappellania laicalis institueretur *ibid. circa fin.*

Similiter si jusserit ut nominari deberet inops Clericus , volueritque , ut ex fructibus hujus Cappellaniæ Patrimonium Sacrum constitui posset ; Cum enim titulus patrimonii proprie conveniat bonis laicalibus , & inductus sit defectu tituli beneficialis , dici nequit Beneficium Ecclesiasticum *pag.* 56. *cum seq.* §. *Aliud* .

Et ideo Cappellania , quæ pro patrimonio sacro constituta fuit , laicalis censenda est *ibid. circa med.*

Idque colligitur etiam ex privatione , & remotione Cappellani , nisi impleto vigesimo quinto ætatis anno ad Sacerdotium ascenderit ; naturæ siquidem Beneficii Ecclesiastici directe adversatur hæc remotio , & privatio , quæ monstrat Fundatorem non Beneficium Ecclesiasticum , sed Cappellaniam laicalem cui convenit amovibilitas , fundare voluisse *ibid. circa fin.*

Et ex defectu erectionis formalis hujus Cappellaniæ numquam factæ ab Episcopo ; cum explorati juris sit Cappellanias a Testatoribus institutas Beneficii Ecclesiastici naturam non suscipere , nisi cum Episcopali auctoritate erigantur , & Episcopus approbet pacta , & conditiones , quæ a Testatoribus , & Fundatoribus apposita fuerint *pag.* 57. §. *Manifestum in princ.*

Pariter nomen *Cappellæ* a Fundatore adhitum excludit potius qualitatem Beneficii Ecclesiastici ; cum Cappellaniæ proprie sumptæ , non sint Beneficia Ecclesiastica *p.* 57 §. *Manifestum circa med.*

Nomen vero *Præsentationis* non satis est ad Ecclesiasticum Beneficium necessario designandum , cum promiscue pro *nominatione* , *& erectione* accipiatur ; ideoque uti equivocum nihil ad rem concludit *ibid.*

Designatio denique Altaris non facit , ut Cappellania Beneficium Ecclesiasticum dici possit *ibid. in fin.*

Erectionem jurispatronatus factam a Fundatore cum reservatione , quod casu quo nullus ex suis Vocatis esset , qui clericare vellet , posset Patronus fructus ejusdem jurispatronatus percipere , & Sacrorum oneri per alium satisfacere , rescriptum fuit esse verum Beneficium , non vero legatum pium laicale , ita tamen ut facta per Patronum renunciatione Beneficii , & Clericatus,fructus juris patronatus perciperet Sacrorumque oneri per alium satisfaceret *in Senogalien Cappellniæ p.* 28.

FUNUS ET FUNCTIONES CONVENTUALES.

Archipresbyter , & Presbyteri Cleri sæcularis Dungi nequeunt prohibere PP. Reformatis celebrare Missas , aliasque Conventuales functiones etiam cum præventivo campanarum sonitu peragere ante , vel in actu celebrationis Missæ Parrochialis *in Comen. Funerum* , *& Functionum Con-*

Conventualium p. 76. ad VIII. dub.

Et alia ad hanc materiam in verbo *Associare Associatio*.

H

HÆRES.

BEneficii Ecclesiastici de jurepatronatus redditus percipi possunt a laico Patrono, vel hærede non jure, & titulo Beneficii, quod equidem vacaverit dimissione vestium, & Tonsuræ clericalis facta per possidentem; sed jure, & titulo sæcularis administrationis, donec aliquis veniat, qui capax sit *p.* 25. *cum seq.* §. *Lælius circa med.*

Et in simili casu affirmative rescripsit Sacrum Tribunal, dummodo facta per Patronum clericare nolentem renunciatione Beneficii, & Clericatus, redditus juris patronatus possideret, Missisque per alium satisfaceret *in Senogalien. Cappellaniæ p.* 28.

Hærede relicta anima Testatoris jus successionis ad Ecclesiam Parrochialem spectat *p.* 30. *cum seq.* §. *Compostellana*.

Multoque magis si Testator ejusdem Parrochialis Ecclesiæ Rector fuerit, erga quam præsumptus illius affectus, & labor voluntatis conjecturam præstat *pag.* 31. §. *Præsumptus*.

Unde æquum videtur, id, quod supereſt ex bonis hæreditariis, tribui Ecclesiæ Parrochiali pauperi ut in fabricam erogetur *ibid circa med.*

Sacra autem Congregat. in præcisis terminis *in Compostellana p.* 30. *cum seq.* requisita an, & cui essent distribuendi redditus &c. respondit *Arbitrio Archiepiscopi juxta mentem*.

Hæredum arbitrio reposita est quantitas Presbyterorum sæcularium, & Regularium invitandorum associationi cadaveris tumulandi in Ecclesia Regularium *in Comen. funerum, & functionum Conventualium p.* 76 *ad I. dub.*

Arbitrio pariter hæredum relinquitur pondus candelarum distribuendarum *ibid. ad IV. dub.*

HÆREDITAS JACENS SEU VACANS.

Pro adjudicatione hæreditatis vacantis an, & cujus favore esset consulendum Sanctissimo cum exquireretur Sacr. Congreg., respondit affirmative favore Monasterii S. Mariæ Angelorum *in Messanen. p.* 63. *cum seq.*

HORÆ CANONICÆ.

Canonicas horas recitandi onus incumbit Beneficiis Ecclesiasticis, non simplicibus legatis piis, multoque minus si Fundator onus dare voluit iis, qui uti Clerici, & Cappellani Beneficium obtinerent, non iis, qui uti Patroni, & hæredes sanguinis redditus perciperent si Clerici esse nollent, & nullus alius capax esset *p.* 25. *cum seq.* §. *Lalius in fin.*

I

INFIRMUS INFIRMITAS.

CAnonicus infirmus sedulo assidueque ante infirmitatem Choro inserviens, divinisque Officiis interesse suetus, si de præsenti ægritudine constat, non abesse tantum a Choro, sed etiam distributiones quotidianas, ac si præsens esset, lucrifacere potest *p.* 63 §. *Viget. in princ.*

Nec ad easdem distributiones lucrifaciendas necesse est, ut causa morbi gravissima sit, sed satis est ut abesse a Choro possit etiam ex levi morbo, cujus incrementum timeatur *pag.* 63. *Præsertim in princ.*

Eoque amplius si res sit de vitio, morbove interno, qui sensibus aliorum non subest, quique incrementum accipere potest ex Chori frequentia, ex cantu, ex hominum strepitu, ex aeris calore &c. *ibid.*

Ita quoque definivit Sacr. Congregat. *in Tranen. distributionum p.* 62. *cum seq.* onerata tamen conscientia Oratoris.

JUSPATRONATUS.

In materia juris patronatus appellatione *de familia* complectuntur æque Agnati, & Cognati *p.* 78. § *Neque in dub. in princ.*

Et in terminis melius in verbo *Familia*.

L

LEGATUM IN GENERE

PRæstationem annui legati denegaverat Sacr. Tribunal, licet verba testamenti non dispositiva, sed mere demonstrativa desiderii, & consilii Testatoris, possent dare jus ex mente, & voluntate, non ex

verborum forma *in Romana seu Januen. legati* 20. *Decembr.* 1749. *p.* 109. *cum seq.*

Sed cum hæc causa reproposita fuisset die 9. Maii hujus anni *pag.* 22. rescripsit *recedendum esse a decisis juxta modum.*

Alimentorum legatum sicuti in solo usu consistit, ideo sic inhæret ossibus Alimentarii, eumque tantum respicit, ut minime possit in alium transferri: translationesque in alios factas pluries irritavit Sacr. congreg., & præcise in *Romana seu Januen. assignamenti p.* 37.

LIS

Si ad defensionem litis aliqui, quorum interest, petierint admitti, in illo statu in quo ipsam invenerint admittendi sunt, alias lis calumniosa, & injusta diceretur *p.* 79. §. *Cæterum in fin.*

LITTERÆ DIMISSORIALES, VEL TESTIMONIALES.

Episcopus nequit alienum Clericum ad Ordines promovere nisi, vel dimissorialibus, vel testimonialibus Ordinarii sui litteris acceptis *p.* 46 §. *Auditi.*

Litteræ testimoniales ab Ordinario datæ absque mentione ætatis, natalium, & morum ordinandi; imo, & cum expressa declaratione ineficaciæ ad effectum promotionis, proficient ad obtinenda Beneficia simplicia, non autem ut Clericus ad Sacros Ordines possit promoveri *pag.* 46. §. *Auditi.*

Et melius ad rem in verbo *Ordinare* ⌣ *Ordinatio.*

M

MASSA COMMUNIS.

Rectio præbendarum in Massam communem denegata fuit in *Capuana Massæ communis p.* 80. *cum seq.*

MATRIMONIUM QUOAD DISSOLUTIONEM.

In Matrimonio, quod ex viri imbecillitate nullum prætendebatur, jussit Sacra Congreg. cohabitationem triennalem: & hoc impleto triennali periculo, cum denuo expostceretur dissolutio, rescriptum fuit quod fieret recognitio corporis mulieris per Obstetrices deputandas ab Episcopo *in Narnien. Matrimonii p.* 13.

Inspectoque ventre per Obstetrices integram atque inviolatam a viro mulierem recensentes, Sacra Congreg. dissolutionem matrimonii concessit *in Narnien. Matrimonii p.* 32. *&* 43.

Nullitas seu dissolutio matrimonii alias concessa ex defectu consensus mulieris, & veri propriique Parochi, prævio recessu a decisis denegatur in *Lisbonen. matrimonii pag.* 3. *&* 29.

MISSA CONVENTUALIS.

In Ecclesiis omnibus Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis agi debet Sacrum Conventuale singulis diebus pro Benefactoribus in genere *p.* 17. *cum seq.* §. *Lucana in princ. &* §. *Post. in fin.*

Limita tamen quod Sacrum Conventuale applicare non tenentur Cappellani pro iis Benefactoribus, qui certo numero Sacrorum constituto in fundatione ⌣ Cappellaniæ, animæ suæ consulerunt *p.* 18. §. *Auditus.*

Monachi Monasterii S. Pantaleonis Lucensis, Collegia Cappellanorum ejusdem Civitatis, & Parrochialium Ecclesiarum Parochi, ad applicationem Sacri Conventualis non tenebantur *p.* 18. *Longe.*

Cappellani, Beneficiati, seu Mansionarii Ecclesiæ Cathedralis Lucanæ obstricti sunt ad applicandum pro benefactoribus in genere Sacra Conventualia quæ celebrant per turnum; licet hoc onus ante ⌣ eorum uniones non subirent *in Lucana Missæ Conventualis p.* 17. *cum seq.*

Iisdem vero ultra distributiones assignatas omnibus de Choro adstantibus prædictis Missis Conventualibus, deberi pro dictarum Missarum applicatione eleemosynam detrahendam ex Massa communi, & propria dictorum Cappellanorum &c. non autem ex distincta Massa Canonicorum, decisum fuit *ibid. ad III. & IV. dub.*

MONASTERIUM.

Educendam esse, atque alio transferendam puellam, quæ post contracta sponsalia Monasterium ingressa, in illo sacras vestes susceipere declaravit, in quo de parentum circumventionibus, insidiisque vereri posset, ut in loco libero ejus voluntas melius exploraretur, definitum legitur in *Fanen. seu Senogallien. sponsalium* 25. *Jan.* 1749. *p.* 8.

Et alias ad hanc materiam in verbo *Sponsalia.*

O

OPTARE OPTIO.

PErmutato loco, & exercitio ordinis, amittitur poſſeſſio, & jus optionis, quod non Beneficio, ſed poſſeſſioni adnexum eſt *pag. 60. §. Ajunt & §. Hinc in princ.*

Et alia ad amuſſim requires in verbo *Permutare permutatio*.

OPUS PIUM.

Longe ſatius eſt cavere ne opus pium jam perfectum deſtruatur, quam ut novum opus fiat *pag. 6. cum ſeq. §. Defunctis circa fin.*

ORATORIUM.

In Feſto titulari Oratorii patronati, aliiſve Feſtis, decantari ibidem Miſſas independenter a Parocho denegatum fuerat *in Comen. functionum* 17. *Maii* 1749. *p.* 44. *ad I. dub.* quod in repropoſitione ejuſdemmet cauſæ ut videre eſt *in p.* 13. *cum ſeq.* confirmatum legitur.

In Oratorio Patronato quæ peragere, quæve abſque Parochi licentia, & facultate permiſſum non ſit, reperies in elapſi anni Indice ſub verbo *Oratorium*, quæ omnia approbata leguntur *p.* 12 *cum ſeq.*

ORDINARE ORDINATIO ORDO.

Epiſcopus nequit alienum Clericum ad Ordines promovere, niſi vel dimiſſorialibus, vel teſtimonialibus Ordinarii ſui litteris acceptis *p.* 46. §. *Auditi*.

Adde, quod ſi litteræ teſtimoniales ab Ordinario datæ fuerint abſque mentione ætatis, natalium, & morum ordinandi; imo & cum expreſſa declaratione inefficaciæ ad effectum promotionis, hæc proficient ad obtinenda Beneficia ſimplicia, non autem ut Clericus ad Sacros Ordines poſſit promoveri *ibid.*

Quo non obſtante ſi Clericus Ordinatus fuerit, incidit in pœnas Bullæ *Speculatores*, & irregularis efficiet in *Burgi S. Donnini, ſeu Cremonen. Ordinationis p.* 45. *cum ſeq.*

Clerici enim qui ſemel uni Epiſcopo ſeſe addixerunt, nequeunt ab altero Epiſcopo cæteris Ordinibus honeſtari *p.* 46. §. *Auditi circa med.*

An vero hoc procedat in ordinatione laicorum, in quibus nullam adhuc juriſdictionem Epiſcopus adeptus eſt, & de quibus Sacrorum Conciliorum Canones, & Decreta non agunt *ibid. in princ.*

Beneficiarius privatur quarta redditus parte ob non promotionem ad Sacros Ordines juxta Capituli Conſtitutiones, quamvis in cauſa aſſereretur tenuitatem ſui Beneficii ad vitam honeſte ducendam juxta Tridentini ſanctionem non ſufficientis *in Romana p.* 14. *cum ſeq.*

Neque ab Ordinibus neque a Beneficiis Eccleſiaſticis repelli eum, qui ab incunabulis Chriſti fidem profeſſus eſt, licet patrem Judæum habuerit, juſſit Sac. Tribunal *in Majoricen.* 25. *Jan.* 1749. *p.* 2. *cum ſeq.*

Quod decretum confirmavit in propoſitione ejuſdemmet cauſæ ſub die 9. Maii hujus anni *p.* 27 ubi reſcripſit tale impedimentum ab Epiſcopo allegatum non obſtare.

Epiſcopus qui abſque ſacro Patrimonio Clericum ad Ordines admiſit, tenetur eidem alimenta præſtare, donec congruum acquirat Beneficium *pag.* 65 §. *Appellavit. in fin.*

Clericus ad Sacros Ordines ad titulum Cappellaniarum cum ſupplemento Patrimonii bene promotum eſſe definivit Sacr. Congreg. *in Nepeſina Ordinationis p.* 67.

ORDINARIUS.

Vide *Epiſcopi*.

P

PAROCHUS.

ECcleſiæ Parochialis, & ſimplicis Collegiatæ reparatio Parocho, iiſque qui in ea obtinent Beneficia incumbere debet *p.* 40. §. *Cenſet circa med.*

Parocho quoties tot non ſuppetunt reditus, quot ad ſtipendium Cappellano præſtandum requiruntur, tenetur Communitas prædicto Cappellano ſtipendium tolvere *p.* 48 §. *Jure ſiquidem*.

Excommunicationem a Conviſitatoribus Epiſcopi fulminatam contra Parochum viſitationi ſe opponentem approbavit Sac. Congreg. *in Nolana p.* 33. *cum ſeq. ad II. dub.*

Parochumque prædictum irregularitatem incurriſſe reſpondit *ibid. ad III. dub.*

P. Miniſtro Sanctiſſimæ Trinitatis in Archihoſpitale S. Marthæ Avenionen. Civitatis, denegatum fuit denominari poſſe

Curatum ejuſdem Archihoſpitalis *in Avenionen. pag. 61. cum ſeq. ad I. dub.*

Licet tamen contra deciſum fuit eidem ſpectare jus exercendi in Cœmeterio Archihoſpitalis quaſcumque functiones pro exequiis, & tumulationibus cadaverum decedentium extra dictum Archihoſpitale, & ſepulturam ibidem eligentium, privative quoad Capitulum Collegiatæ, & Parochialis Eccleſiæ S. Petri *ibid. ad II. dub.*

PP. Carmelitæ Civitatis Trani occaſione aſſociationis cadaverum ſeppelliendorum in eorum Eccleſia tenentur ire ad levandum Curatum ab Eccleſia Cathedrali unica Parrochiali in *Tranen. juris funerandi, & proceſſionis p. 67. cum ſeq. ad I. dub.*

A quo indicta hora expectationis in præd. Eccleſia, ea elapſa, licere tunc Patribus levare Cadaver, illaque deferre ad Eccleſiam tumulantem abſque interventu Curati prædicti *ibid. ad II.*

Parochoque prædicto interreſſenti ſpectabit præintonare Antiphonam, & Pſalmos dum ducitur Proceſſio funebris *ibid. ad VI.*

PAROCHIA.

Ex Sacrorum Canonum diſpoſitione Regnaribus vetitum eſt Parochias obtinere *p. 51. cum ſeq. §. Ex his.*

Eccleſiæ Parrochialis, & ſimplicis Collegiatæ reparatio ſpectat ad Parochum, eoſdemque qui in ea obtinent beneficia *pag. 40. cum ſeq. §. Cenſet circa med.*

In diſpoſitionibus teſtamentariis anima Teſtatoris hærede relicta, jus ſucceſſionis ad Eccleſiam Parrochialem ſpectat *p. 30. §. Commpoſtellana.*

Multoque magis ſi Teſtator ejuſdem Parrochialis Eccleſiæ Rector fuerit, erga quam præſumptus illius affectus, & labor, voluntatis conjecturam præſtant *p. 31. §. Præſumptus.*

Undæ æquum videtur, id, quod ſupereſt ex bonis hæreditariis tribui Eccleſiæ Parrochiali pauperi, ut in fabricam erogetur *ibid. circa med.*

Sacra autem Congreg. in eiſdem terminis *in Compoſtellana p. 30.* requiſita an, & cui eſſent diſtribuendi redditus, vel potius locus eſſet erectioni Cappellaniæ, reſpondit *Arbitrio Archiepiſcopi juxta mentem.*

Diſmembrationem Parrochialis Eccleſiæ ab alia in novam Parrochialem erigenda ſemel, & primo conceſſerat, pluries vero denegaverat Sac. Congreg. *in Comen. diſmembrationis*; ſed tandem reproducta cauſa *ſub die 5. Decembris hujus anni p. 72.* reſponſum fuit *ſtandum eſſe primo loco deciſis.*

Et in alia pariter *Comen. diſmembrationis p. 102.* diſmembrationi locum eſſe reſpondit.

Abbatem Monaſtrii Amorbacenſis præſentare non poſſe Monachum ad Parrochialem Eccleſiam, & Beneficium Primiſſariæ in Buchen.; bene vero Presbyterum ſecularem deciſum fuit *in Herbipolen. Parrochialis Eccleſiæ, & Primiſſariæ p. 72.*

Eccleſiæ Parrochiali ſolvendam eſſe quartam funeralem de omnibus cereis ad Eccleſiam tumulantem ſpectantibus fuit deciſum in *Tranen. juris funerandi, & proceſſionis p. 67. cum ſeq. ad VIII. dub. & in Comen. junernm, & functionum Conventualium p. 76. ad VII. dub.* ubi requiſita Sac. Congreg. an eſſet ſolvenda quarta funeralis ſeppelliendorum in Eccleſia PP. Reformatorum, & de quibus candelis, affirmative reſpondit ad formam Conſtitutionis Benedictinæ.

PASCHALE PRÆCEPTUM.

Familiares, & domeſtici degentes in Archihoſpitali S. Marthæ Avenionen., eidemque inſervientes tenentur Paſchale præceptum adimplere in Eccleſia Collegiata, & Parrochiali S. Petri, non autem in illa Archihoſpitalis *in Avenionen. pag. 61. cum ſeq. ad III. dubium.*

PATRONUS PATRONATUS.

Patroni qui redditus congrui pro dote Beneficiorum aſſignaverunt compelli nequeunt ad reparandam Eccleſiam, in qua jurepatronatus Beneficia conferunt; bene vero hoc ſpectat ad Rectorem, eoſdemque, qui in ea Beneficia obtinent *p. 40. §. Cenſet circa fin.*

Patronatus Eccleſiæ differt a patronatu Beneficiorum in Eccleſia *p. 40. §. Cenſet prope med.*

Beneficii Eccleſiaſtici de jure Patronatus redditus percipi poſſunt a Laico Patrono, vel Hærede, non jure, & titulo beneficii (quod equidem vacaverit dimiſſione veſtium, & Tonſuræ clericalis facta per Poſſidentem) ſed jure, & titulo ſæcularis adminiſtrationis, donec aliquis veniat qui capax ſit *pag. 25. cum ſeq. §. Alias circa med.*

Et in ſimili caſu annuit Sacrum Tribunal; dummodo facta per Patronum clericare nolentem renunciatione Beneficii, & Clericatus, redditus juris patro-

tronatus poſſideret, Sacrorumque oneri per alium ſatisfaceret *in Senogalien. Cappellaniæ p.28.*

PERMUTARE PERMUTATIO.

Permutato loco, & exercitio Ordinis, amittitur poſſeſſio, & jus optionis, quod non Beneficio ſed poſſeſſioni adnexum eſt *pag. 60. §. Aiunt & §. Hinc in princ.*

Ideoque, licet vi retroceſſionis, & novæ permutationis in priorem Ordinem rediturus ſit, non eamdem tamen antiquitatis prærogativam, quam ante permutationem habebat, recuperare poterit; ne alii, qui medio tempore ad ſuperiores ſedes gradatim aſcenderunt, ex hac reſtitutione ſentiant detrimentum *p.60. §. Ajunt in fin.*

Nec dicatur jure regreſſus ad ſuum ordinem redire, cum hoſce regreſſus vetet Tridentinum, niſi reſervati, & admiſſi fuerint auctoritate Summi Pontificis *p.60. cum ſeq. § Hinc circa med.*

Et ſicuti ex nova gratia id fieri poteſt; ideo locum, & jura, quæ ante permutationem habebant non recuperant regrediendo in perniciem eorum, quibus medio tempore jus quæſitum fuit *ibid. in fin.*

POSSESSIO.

Permutato loco, & exercitio Ordinis amittitur poſſeſſio, & jus optionis, quod non Beneficio, ſed poſſeſſioni adnexum eſt *p.60. §. Ajunt & §. Hinc in princ.*

Et alia ad punctum reperies ſuperius in verbo *permutare permutatio.*

PROCESSIO.

Regulares cogi nequeunt ad interveniendum Proceſſionibus, niſi publicis *p.38. §. Albiganen. in princ.*

Et publica proceſsio illa dicitur, quæ in honorem Dei, & publicam utilitatem directa eſt *ibid. circa med.*

Inter inſolitas vero, & extraordinarias proceſsiones, ſicuti connumeratur illa, quæ honoris cauſa, & reverentiæ, occaſione primi ingreſſus Epiſcopi, & viſitationis fieri ſolet; *ibid.*

Ideo talis honor, & reverentia præſtari debet hac ratione a ſubjectis, non vero ab exemptis, quales ſunt Regulares *ibid.*

Loci etiam diſtantia in cauſa legitima eſſe poteſt, ob quam Regulares non ſolum ab his inſoltis, & extraordinariis; ſed etiam a publicis, atque univerſalibus proceſsionibus excuſentur *p.38. §. Diſpoſitioni in princ.*

Contrarium tamen placuit Sac. huic Congreg, arctavitque PP. Dominicanos, & Cappuccinos Tabiæ (prævia intimatione facienda nomine Epiſcopi) intervenire ad Proceſsionem fieri ſolitam occaſione primi ingreſſus Epiſcopi *Albiganen. Proceſſionis & nullitatis interdicti p. 38. ad I. dub.*

Et talis monitio, & intimatio neceſſe eſt ut legitima ſit, & perſonalis, ne Regulares a Proceſsionibus excuſentur *p.38. §. Diſpoſitioni circa med.*

An PP. Carmelitis liceret extra proprium Clauſtrum, & diſtrictum per loca conſueta Civitatis facere ſolemnem proceſsionem B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, & ad illam invitare Confraternitates laicales degentes extra ſepta Monaſterii legitimeque inſtitutas, cum expoſtularetur Sac. Congreg. reſponſum miſit, *licentiam petendam eſſe ab Archipiſcopo cui ſcribatur juxta mentem, & inſtructionem in Tranen. juris funerandi, & Proceſſionis p. 67. cum ſeq. ad, IX. & X. dubb.*

Et Patres Paganum, & Pennellam, qui contravenerunt Edicto ab Archiepiſcopo edito ad prædictæ Proceſsionis effectum, teneri ad petendam veniam ab Archiepiſcopo *ibid. ad XI.*

PROFESSIO QUOAD NULLITATEM.

Nullitas profeſſionis, quæ nec ſponte, nec ex animi ſui ſententia, ſed ad capitis periculum effugiendum emiſſa prætendebatur, denegata fuit in *Neapolitana nullitatis profeſſionis p.36.*

Metus enim qui aſſerebatur, non ad emittendam profeſſionem, ſed ad vitam tuendam fuerat directus *p.36. §. Neapolitana circa fin.*

Et maxime, quia longo tempore Sacerdotio, & muneribus Ordinis purgatus fuerat metus, & revalidata profeſſio, etiam ſi metu nulla fuiſſet *ibid.*

Profeſſio etiamſi ob vim, metumque illatum nulla fuerit, tamen ex longo 19. annorum tempore, quo profeſſus in Ordine fuerit, Sacros Ordines ſuſceperit, & vota ſingulis annis iteraverit, ratihabita dicitur *p.33. §. Contra, & in Valliſoletana reſtitutionis in integrum p.37*, in qua reſtitutio in integrum ex prædictis cauſis denegata fuit.

Ratihabitio autem poteſt ſupplere defectum conſenſus in actu profeſſionis non autem

autem defectum ætatis *p.* 34. §. *Perusina in fine*.

Sponsalia jam contracta nullam non faciunt Professionem inde emissam *p.* 33. §. *Contra in fin.*

Nullitas professionis utpote per vim, & metum emissæ denegata fuit in *Neapolitana nullitatis professionis p.* 15. *cum seq., & in Placentina &c. p.* 75.

Et alia quoad restitutionem in integrum vide verbum *restitutio in integrum*.

Q

QUARTA FUNERALIS.

Ecclesiæ Parrochiali solvendam esse quartam funeralem de omnibus cereis ad Ecclesiam tumulantem spectantibus fuit decisum in *Tranen. juris funerandi, & processionis pag.* 67. *cum seq. ad VIII. dub.*

Et in Comen. functionum Conventualium p. 73. *ad VII. dub.* ubi requisita Sac. Congreg. an esset solvenda quarta funeralis seppelliendorum in Ecclesia PP. Reformatorum *affirmative* respondit *ad formam Constitutionis Benedictinæ*.

R

REGULARIS REGULARES IN GENERE.

EX Sacrorum Canonum dispositione Regularibus vetitum est Parochias obtinere *p.* 51. *cum seq.* §. *Ex his*.

Beneficia Regularia Regularibus, sæcularia Sæcularibus conferenda sunt *p.* 51. *cum seq.* §. *Ex his*.

Regulares cogi nequeunt ad interveniendum Processionibus, nisi publicis *p.* 38. §. *Albiganen. in princ.*

Et publica processio illa dicitur, quæ in honorem Dei, & publicam utilitatem directa est *ibid. circa med.*

Inter insolitas vero, & extraordinarias processiones sicuti connumeratur illa, quæ honoris causa, & reverentiæ occasione primi ingressus Episcopi, seu Visitationis fieri solet *ibid.*

Ideo talis honor, & reverentia præstari debet hac ratione a subjectis, non vero ab exemptis quales sunt Regulares *ibid.*

Loci etiam distantia in causa legitima esse potest, ob quam Regulares non ab his insolitis, & extraordinariis dumtaxat, sed etiam a publicis, atque universalibus processionibus excusentur *p.* 38. §. *Dispositioni in princ.*

Contrarium tamen placuit Sac. huic Congreg. arctavitque PP. Dominicanos, & Cappuccinos Tabiæ (prævia intimatione facienda nomine Episcopi) intervenire ad Processionem fieri solitam occasione primi ingressus Episcopi *in Albiganen. Processionis, & nullitatis interdicti p.* 38. *ad I. dub.*

Et talis monitio, & intimatio necesse est ut legitima sit, ne Regulares a Processionibus excusentur *p.* 38. §. *Dispositioni circa med.*

P. Ministro Sanctissimæ Trinitatis in Archihospitali S. Marthæ Avenionen. Civitatis denegarum fuit denominari posse Curatum ejusdem Archihospitalis *in Avenionen. p.* 61. *cum seq. ad I. dub.*

Licet tamen resolutum fuerit, eidem spectare jus exercendi in Cœmeterio Archihospitalis quascumque functiones pro exequiis, & tumulationibus cadaverum decedentium extra dictum Archihospitale, & sepulturam ibidem eligentium, non autem ad Capitulum Collegiatæ, & Parrochialis Ecclesiæ S. Petri *ibid. ad II. dub.*

Regulares occasione associationis cadaverum seppelliendorum in eorum Ecclesia, tenentur ire ad levandum Curatum ab Ecclesia Parochiali *in Tranen. juris funerandi, & Processionis p.* 67. *cum seq. ad I. dub.*

Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, & Parrochialis invitatum ad associationem Cadaverum seppelliendorum in Ecclesia Regularium, potest illam ingredi cum Cruce propria, & stola, ibique officia, aliasque funebres functiones super Cadaveribus absolvere *ibid. ad VII. dub.*

Et fusius ad hanc materiam in verbo *Associare associatio*.

REPARARE REPARATIO.

Episcopus, vel Abbas qui loco Episcopi est, tenetur ad Ecclesiæ Cathedralis, vel Titularis reparationem, in quam causam quartam partem reddituum servare debet *p.* 41. §. *Contra in princ.*

Ecclesiæ vero Parrochialis, & simplicis Collegiatæ reparatio Parocho, vel iis, qui in ea obtinent Beneficia incumbere debet *p.* 54. *cum seq.* §. *Censet circa med.*

Patroni, qui redditus congrui pro dote Beneficiorum assignaverunt, compelli nequeunt ad reparandam Ecclesiam, in qua jure patronatus conferunt Beneficia; Quod bene

bene vero ſpectat ad Rectorem, eoſdemque qui eadem Beneficia obtinent *pag.* 40. *cum ſeq.* §. *Cenſet circa fin.*

Quæ confirmavit Sac. Congreg. *in Nullius ſeu Sublacen. reparationis Eccleſiæ p.* 40. *cum ſeq.*, ubi ſtatuit reparationem Collegiatæ, & Parrochialis Eccleſiæ S. Andreæ non ſpectare ad Eminentiſſimum Abbatem.

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

In cauſa reſtitutionis in integrum adverſus Religioſam profeſsionem, quæ ex defectu ætatis nulliter emiſſa dicebatur, juſſit Sacrum Tribunal ut ſcriberet Defenſor Profeſsionis *in Teruſina reſtitutionis in integrum p.* 34. *cum ſeq.*, & denuo reproducta cauſa, reſtitutionem denegavit *pag.* 44.

Quod reſcriptum legitur pariter *in Treviren. dimiſſionis p.* 45.

Denegata fuit reſtitutio in integrum adverſus Religioſam profeſsionem utpote vi metuque emiſſam *in Neapolitana reſtitutionis in integrum p.* 10 *in Caſertana &c. p.* 2. *in Tullen. &c. p.* 23. *in Theleſina &c. pag.* 3., *&* 23, ubi denegavit etiam Oratori remiſsoriam.

S

SEMINARIUM.

Contributio per Poſſeſſorem Beneficii confirmavit Sacra Congreg. deberi Seminario pro rata bonorum poſſeſſorum *in Tarentina contributionis p.* 23.

Taxam Seminario ſolvere coactus fuit ArchiepiſcopusSurrentinus pro rata bonorum ſuæ Abbatiæ, licet bona extra Diœceſim pro majori parte ſita eſſent *in Surrentina Taxæ p.* 73.

Titulus enim, non bona ſpectandus eſt, & ubi Titulus, ibi ſolvendum eſt *p.* 71. §. *Apertam in fin.*

SEPPELLIRE SEPULTURA.

Cadavera eligentium ſeppelliri cum habitu S. Franciſci PP. Reformatorum, debent patenter diſcooperta ad Eccleſiam, & locum ſepulturæ deferri *in Comen. funerum, & functionum Conventualium p.* 76. *ad VI. dub.*

SPONSALIA.

Sponſalia jam contracta, nullam non faciunt Profeſsionem inde emiſſam *pag.* 33. §. *Contra in fine.*

Educendam eſſe atque alio transferendam puellam, quæ poſt contracta Sponſalia Monaſterium ingreſſa in illo ſacras veſtes ſuſcipere declaravit, in quo de parentum circumventionibus, inſidiiſque vereri potuiſſet, ut in loco libero ejus voluntas melius exploraretur, reſcriptum legitur *in Fanen.*, *ſeu Senogalien. Sponſalium* 25. *Januarii* 1749. *pag.* 18.

Qua impleta translatione, cum adhuc Puella firmam omnino demonſtraſſet voluntatem ſuſcipiendi Religioſum habitum; Sac. Congreg. demandavit locum eſſe aſſumptioni habitus Religioſi, & Profeſſioni reſpective emittendæ in eadem *Fanen. &c.* hoc anno repropoſita *p.* 21. *ad I. dub.*

Muneraque facta puellæ intuitu prædictorum ſponſalium reſtituenda eſſe viro poſt emiſſam profeſſionem, qui e contra condemnatus fuit ad expenſas itineris pro præfata translatione, juxta liquidationem coram R. P. D. Segretario faciendam *ibid. ad II. dub.*

Sponſalia nulla ſunt, quoties abſque alterutrius ex partibus conſenſu, & præſentia, contracta fuerint a parentibus; Sponſalia enim ſunt mutuæ repromiſſiones *p.* 30 §. *Piſauren. in princ.*

Amplia quod etſi dici poſſent valida ſponſalia contracta a Matribus, diſſolvenda tamen ſunt, quoties res ſit de fœmina, cui levis quæcumque cauſa ſatis eſt, ut a ſponſalibus non juratis reſilire poſſit, utque cogi ad matrimonium contrahendum nequeat *ibid. in fine.*

Ita quoque definivit Sac. Tribunal *in Piſauren. Sponſalium pag* 32. ubi juſſit Sponſalia ſimili modo contracta non eſſe exequenda.

SUFFRAGIUM, SEU VOTUM.

Urnas pro excipiendis ſuffragiis Canonicorum collocandas eſſe in medio Aulæ Capitularis, & numerationmen faciendam per Scrutatores reſcriptum legitur *in Tarentina præeminentiarum p.* 43. *cum ſeq. ad IV. dub.*

V

VISITARE VISITATIO.

Epiſcopum Nolanum ſive per ſe, ſive eo impedito per Conviſitatores manutenuit Sacra Congreg. in poſſeſſione viſitandi Parochum, & Eccleſiam Parrochialem Terræ S. Petri ad Scafatum, quæ a quacumque Epiſcoporum, & præſertim Nolani juriſdictione libera, & S. Sedi immediate ſubjecta aſſerebatur *in Nolana p.* 33. *cum ſeq. ad I. dub.*

Ex-

Excommunicationemque a Conviſitatoribus Epiſcopi fulminatam contra Parochum viſitationi ſe opponentem approbavit *ibid. ad II. dub.*

Parochumque prædictum irregularitatem incurriſſe reſpondit *ibid. ad III. dub.*

Viſitationi Hoſpitalis locus non eſt ſi in ipſo limine fundationis Epiſcopus expreſſe excludatur *p.*24. §. *Liparen. in fin.*

Præcipue cum res ſit de opere pio mere laico, quod neque Eccleſiaſtica immunitate potiatur *ibid.*

Multoque magis ſi his accedat conſuetudo Prædeceſſorum non viſitandi *ibid.*

Quibus non obſtantibus ſtatuit Sac. Tribunal Hoſpitale S. Bartholomæi Liparen. non eſſe exemptum a juriſdictione Epiſcopi quoad redditionem rationis *in Liparen. p.*28.

UNIRE UNIO.

Ex Tridentini, & Conſtantienſis Concilii Decretis de unionibus, reiiciuntur Bullæ Bonifaciana, & Innocentiana etiamſi de veritate earum nulla eſſet ſuſpicio, ſed uti apocryphæ, commentitiæ, & falſæ *p.*51. *cum ſeq.* §. *Ex his.*

Uniones non a poteſtate Epiſcopali, ſed a Pontificia pendent *pag.* 51. *cum ſeq.* §. *Ex his*,

FINIS.

THESAURUS RESOLUTIONUM

Sacræ Congregationis

CONCILII,

Quæ conſentaneè ad Tridentinorum PP. Decreta, aliaſque Canonici Juris Sanctiones,

MUNUS

Secretarii ejuſdem Sacræ Congregationis

OBEUNTE

R^mo P. D. FURIETTO

PRODIERUNT

In cauſis ſub anno 1751. *propoſitis*;

Epiſcopis, eorumque Vicariis, Cauſarum Patronis, ac aliis in Eccleſiaſtico Foro verſantibus apprimè utilis, & neceſſarius.

TOMUS VIGESIMUS

DUPLICI INDICE

A' DOMINICO MAINARDI

Locupletatus.

ROMÆ MDCCLII.

Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi in Platea Agonali

Superiorum facultate, & Privilegio Sanctiſſimi.

INDEX

TITULORUM CAUSARUM

Omnium Sacræ Concilii Congregationi anno 1751. *propoſitarum ordine Alphabetico per Diœceſes diſpoſitus.*

A

Abintimillien. Matrimonii 22. Maii pag. 42.
Anconitana 10 Julii pag 50.
Ariminen Miſſæ Conventualis 18. Septembris pag 7 .
Aſten. Cappellaniæ 28. Auguſt. pag. 63.

B

Bojanen. diſpenſationis, & Sponſalium 16 Januarii pag 1.
Bononien. funerum 18 Sept. pag. 75
Bovianen., ſeu Sepinen. Reſt tutionis in Integrum 8. Maii p. 32. 10. Julii p. 47. 31. Julii pag 53.

C

Calaritana ſuppreſſionis Beneficiorum, & attentatorum 31. Julii pag. 57.
Caputaquen. Participationis 20. Novembris p. 78.
Caſtel aneten. 8 Maii p 31.
Caſtellaneten. dotis 8. Maii p. 29. 22. Maii p 36. 10 Julii p. 47.
Civitatis Caſtelli Cappellaniæ 24. Aprilis pag. 21.
Civitatis Caſtelli Juriſdictionis 19. Julii p. 45. 28. Auguſti p. 59. 20. Novembr s pag. 77.
Civitatis Caſtellanæ Juriſconcionandi 19. Junii p 46.
Civitatis Plebis ſubſidii Dotalis, & Statutorum 22 Maii p 35.
Cluſina Commutationis Beneficii. 31. Julii pag. 59.
Comen. Diſmembrationis 16. Janu. p. 1. 13. Febr. pag. 5. 13 Martii pag 14. 27. Martii p. 17. 24. Aprilis p. 20.
Compoſtellana, ſeu Lucen. Cenſurarum 24. Aprilis p 21.
Coſtantien. Canonicatus 24. Apr. p. 21. 19. Junii p. 45. 10. Julii p. 47.
Converſana Juriſdictionis 13. Martii p. 14. 24. Apr. p. 23. 8. Maii p. 29.

F

Faventina 28. Auguſti p. 66.
Ferrarien 13. Febr. p. 7. 27 Martii p. 17.
Firmana diſpenſationis 31 Julii p. 56.
Fulginaten. Matrimonii 28. Auguſti p. 60.

G

Gerunden. Beneficii 18 Decembris p. 82.

H

Herbipolen Parochialis Eccleſiæ, & Primiſſariæ 16. Januarii p. 1. 13. Martii pag 15.
Hieracen Spolii 13. Febr p. 12. 27. Martii p. 17. 18. Decembris p. 80.

L

Leodien. Indulti 10. Julii p. 49.
28. Auguſti p. 60.
18. Decemb. p. 79.
Leodien Servitii 22. Maii p. 40. 19. Junii pag. 44.
Lunen. Sarzanen. diſpenſationis 31. Julii pag. 58.

M

Marianen. Erectionis Collegiatæ 13. Febr. pag. 11.
Marſicen. Reſidentiæ 28. Auguſti p. 67. 18. Sept. p. 69.
Montis Faliſci nullitatis Matrimonii 28. Auguſti p. 61. 18. Septemb. p. 69.

N

Narnien. Erectionis Canonicatus 26. Martii p. 18.
Neapolitana nullitatis Profeſſionis 22. Maii p. 30 19. Julii p. 44.
Nepeſina Canonicatus 18. Decemb. p. 81.
Nicien, matrimonii 13. Febr. p. 6.
24. Apr.

24. Apr. p. 20. 8. Maii p. 29.
22 Maii p. 36. 19. Jun. p 44.
Nolana 19. Junii p 45. 31. Julii p, 52.
Novarien. Juris viſitandi 8. Maii p. 33.
Nullius ſeu S. Germani matrimonii 20. Novembris p. 78. 18. Decembr. p. 79.

O

Oſtunen. Reintegrationis ad participationem 24. Apr. p. 24. 19. Junii p. 46.

P

Papien unionis 16. Jan. p 12.
Piſtorien. 24. Apr. p 25.
Placentina exemptionis 10. Julii p. 48.
Privernen. Decimarum 18. Sept. p. 76. 20. Novembris p. 78.

R

Reatina unionis 22. Maii p. 37.
Ripana Quartæ Funeralis 28. Auguſti p. 60. 18. Decemb. p. 79.
Romana jubilationis 28. Auguſti. p. 68.
Romana ſeu Januen Legati 2. Martii p. 17.
Romana ſupplementi intortitiorum 18. Sept. p. 72. 20. Novembris p. 77.
Romana utenſilium 10. Jul. p. 52.

S

Sabinen 18. Sept. p. 76. 20. Novembris p. 78.
Salernitana diſpenſationis 16 Jan. p. 2. 13. Mar. p. 13
Sancti Marci ſolutionis quartæ Decimarum 24. Apr. p. 23. 22. Maii p. 36.
Spoletana Cenſurarum, & irregularitatis 31 Jul. p. 53.
Spoletana matrimonii 31. Jul. p. 55.
Spoletana 18. Sept. p. 75.
Surrentina taxæ 16. Jan. p. 2.
Syracuſana commutationis voluntatis 22. Maii p. 36. 18. Sept. p. 69.

T

Tarentina præeminentiarum ſuper executione Reſolutionis Capitularis 13. Febr. pag. 8.
Tranen diſtributionum 16. Januarii p. 2. 13. Martii p. 13.
Triventina jurium Parrochialium 13 Martii p 14. 27. Martii p. 16 8. Maii p. 30.
Trojana 16. Jan. p. 4. 13. Martii p. 13.
Tudertina 16. Jan. p. 3. 10. Julii p. 47.

V

Vaſionen. 8. Maii p. 30. 19. Junii p. 44.
Venuſina 13. Febr. p. 10, 13. Mar. p. 14. 27. Martii p. 16.

Die Sabbathi 16. *Januarii* 1751.

In Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

BOJANEN. DISPENSATIONIS, ET SPONSALIUM: Juſſu Eminentiſſimorum Patrum hæc Cauſa proponitur, cum in *ultima Congregatione* habita *die* 21. menſis *Decembris* anno nuper tranſacto 1750. reſcripſerint -- *Dilata ad ſequentem omnino* -- Rogantur itaque, ut repetita lectione *folii illius Congregationis*, tria, quæ ſequuntur, Dubia expediant. *Seſſ.24. cap. de Ref.*

I. *An ſit concedenda Diſpenſatio ſuper impedimento, de quo agitur, in caſu &c.*, & quatenus negative.

II. *An conſtet de validitate ſponſalium inter Georgium Caroſcia, & Annam Felicem Scipio in caſu &c.*, & quatenus affirmative.

III. *An, & quomodo ſit cogendus in caſu &c.*

Ad primum affirmative. In reliquis proviſum in primo.

HERBIPOLEN. PAROCHIALIS ECCLESIÆ, ET PRIMISSARIÆ: Propoſita fuit hæc Cauſa in *Congregatione* habita *die* 5. tranſacti menſis *Decembris*, & duobus ejuſdem Capitibus: I. *An Abbas Monaſterii Amorbacenſis præſentare teneatur Presbyterum ſæcularem ad Eccleſiam Parochialem in Buchen., ſeu potius præſentare valeat aliquem ex Monachis prædicti Monaſterii?* II. *An teneatur etiam præſentare Presbyterum ſæcularem ad Beneficium Primiſſariæ in Buchen., ſeu potius facultatem habeat præſentandi Monachum ipſius Monaſterii?* Reſpondit Sacrum Tribunal -- *Affirmative ad primam partem, negative ad ſecundam quoad utrumque* -- Hanc definitionem retractari poſtulat Abbas Amorbacenſis, ideoque nunc reſpondendum erit. *Seſſ.7. cap. 7. de Ref. & Seſſ. 14. cap. 10. & 11. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata ad primam poſt Cineres.

COMEN. DISMEMBRATIONIS: Hæc quoque Cauſa, quæ agitur inter Communitatem Zuinii, & Præpoſitum, ac Capitulum Eccleſiæ Cuvii, propoſita fuit in eadem *Congregatione* habita *die* 5. *menſis Decembris*, Dubioque, quod erat -- *An ſit locus diſmembrationi, itaut ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.* -- Reſponderunt Ampliſſimi Patres -- *Eſſe locum Diſmembrationi* -- Ad novum redit examen hoc reſponſum, & expediendum nunc erit. *Seſſ.21. cap. 4. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata ad primam poſt Cineres.

Seſſ.23. cap.18. de Ref.

SURRENTINA TAXÆ: In eadem *Congregatione* habita *die 5. Decembris* defini a fuit hæc Cauſa, quæ agitur inter Seminarium Surrentinum, & Archiepiſcopum Capuanum, Dubioque -- *An ſit ſolvenda Taxa Seminario Surrentino in caſu &c.* -- Reſponſum fuit -- *Affirmative* -- Iura ſua proponere nunc intendit Archiepiſcopus, & reſpondendum erit.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In Deciſis, & ampliùs.

Seſſ. 22. cap. 1. de Ref.

SALERNITANA DISPENSATIONIS: Definita fuit hæc Cauſa ab Eminentiſſimis Patribus in *ultima Congregatione* habita *die* 19. tranſacti menſis *Decembris*, qui dubio propoſito -- *An ſit concedenda Diſpenſatio in caſu &c.* -- Reſponderunt -- *Affirmative*. Non placuit Tarquinio Meloni hæc definitio, & novum nunc ſuorum jurium periculum facere vult, ut reſpondendum ſit.

An ſi ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata ad primam poſt Cineres.

Seſſ.24.cap.22. de Ref.

TRANEN. DISTRIBUTIONUM: Et propoſita, & definita fuit hæc Cauſa in *Congregaeione* habita *die* 12. *Septembris* ſuperiore *anno* 1750. nam Eminentiſſimi Patres, dubio, quod erat - *An conſtet de legitimo impedimento abeſſendi a Choro, itaut debeantur Diſtributiones quotidianæ in caſu &c.* Reſponderunt -- *Affirmative onerata conſcientia Oratoris* -- Poſtulavit, & obtinuit Capitulum, ut audiretur contra hanc definitionem, ſed pluribus licet indultis dilationibus, nondum tamen in arenam deſcendit; Urget itaque Canonicus Palumbus, quem nimis refert, ut Cauſa abſolvatur, novam ejuſdem propoſitionem, ideoque Ampliſſimi Patres, repetita lectione *folii illius Congregationis*, reſpondere poterunt.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata ad primam poſt Cineres.

Seſſ.24.cap.15. de Ref.

PAPIEN. UNIONIS: Ut divinus Cultus augeretur, & Præpoſitus, ac Canonici Collegiatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris Oppidi Lumelli Diœceſeos Papienſis ad perſonalem Reſidentiam, aſſiduumque Eccleſiæ ſervitium præſtandum allicerentur, Hyppolitus S. R. E. Cardinalis de Rubeis, qui tunc Eccleſiæ Papienſi præerat, meditatus eſt anno 1588. quotidianas diſtributionis, quæ tenuiſſimæ erant, augere. Vacante igitur eo tempore Canonicali Præbenda, cujus redditus, & bona ſita ſunt in Terra Sancti Georgei, eam cum omnibus juribus, fructibus, pertinentiis, & adnexis univit pleno jure Capitulo, ita tamen, ut fructus ex ea percipiendi juſta proportione, & juxta notam quotidianæ uniuſcujuſque reſidentiæ inter Præpoſitum, & Canonicos ſingulis annis dividerentur, eaque adjecta lege, ut Capitulum teneretur ſingulis annis die feſto Sancti Martini ſolvere ſc. 40. Canonico illi, qui eamdem Præbendam obtineret. His ab Epiſcopo compoſitis, unio illa ſuum habuit effectum, ut patet ex inſtrumento, quo conductor illorum bonorum ſequenti anno 1589. recognovit Capitulum in Dominum eorumdem: Ignoratur tamen quamdiu Præbenda illa in hoc unionis ſtatu perſtiterit. Illud certum eſt ex proviſionibus ſive Epiſcopali, ſive Apoſtolica authoritate ab anno 1620. ad hæc uſque tempora factis Præbendam illam, nulla unionis ratione habita, priſtinam naturam recuperaſſe, ſtatumque primævum, qua de cauſa incertum eſt, ſive ea fuerit Bellorum, ſive Peſtis, quæ Regionem illam vaſtavit, ſive negligentiæ Capituli.

Anno equidem 1712. cum eamdem Præbendam a Sede Apoſtolica obtinuiſſet Franciſcus Valigianus, Capitulum proteſtationem emiſit, qua jura ſua in illam Præbendam ex titulo unionis anni 1588. ſarta tecta ſervari voluit. Nu-

per

per autem consensum præstante Iacobo Tornielli Præbendæ illius possessore, Capitulum preces obtulit, quibus postulavit, ut unio facta a Cardinali de Rubeis anno 1588. confirmaretur, ita tamen, ut exequeretur post obitum Iacobi Tornielli Possessoris: quod si unionis illius confirmatio non placeat, addebat in precibus, ut Eminentissimi Patres Præbendarum Canonicalium, & distributionum tenuitati alia ratione consulerent. Bis auditus fuit Episcopus, qui respondit distributiones ita tenues esse, ut, detractis necessariis impensis, vix superfit sc. 1. 30.; Annuendum igitur censet postulationi confirmandæ unionis. Addit in postremis literis quamplura esse in illa Ecclesia beneficia simplicia, quibus, cum vacent, consuli possit huic tenuitati Massæ Capitularis, si eidem uniantur: Addit idem haberi posse ex pensione, quæ imponatur Præbendæ Præpositi: demum minui posse onus residentiæ, & ad solos dies festos reduci. Causa nunc proponitur, & Capitulum urget confirmationem unionis: quod si hæc non placeat, postulat, ut alia ratione tenuitati distributionum occurratur: Improbat tamen duos modos, quos suggessit Episcopus pensionis imponendæ Præbendæ Præpositi, & oneris residentiæ ad solos dies festos reducendæ. Videant igitur Amplissimi Patres, qua juris ratione expediendum sit Dubium.

An sit annuendum precibus Canonicorum, vel potius an, & quomodo sit providendum in casu &c.

Affirmativè ad formam Instrumenti anni 1588.

TUDERTINA: A Francisco Maria Bichio Episcopo Tudertino anno 1664. unita fuerunt Parochiali Ecclesiæ Castri Ceccanibiorum ejusdem Tudertina Diœceseos tria beneficia simplicia. Primum nuncupatum *Hospitale Sancti Terentiani*: Alterum *Sancti Petri de Cenito*, cujus Ecclesia, & Bona sita sunt in Territorio Castri Cameratæ: Tertium *Sancti Sebastiani* erectum in Ecclesia Cathedrali Tuderti. Ex visitatione facta a Camajano Episcopo, & Visitatore Apostolico anno 157?. indicium habetur unionis beneficii *Sancti Petri de Cenito* alteri beneficio *Sancti Sebastiani*, dubitative tamen, inquit enim -- *Unitum ut dicitur* -- Idem habetur ex altera visitatione peracta ab Angelo Cæsio Episcopo Tudertino anno 1592., in qua simili modo dicendi expressum fuit -- *Unitum ut asseritur* -- At diligenter inspectis tum libro unionum, tum autenticis scripturis, tum actis aliarum omnium visitationum, nec vola, nec vestigium hujus assertæ unionis reperiri potuit. Constat ex visitationibus posterioribus illis Camajani, & Cæsii Beneficium *Sancti Petri de Cenito* nullum onus habere, & semper visitatum fuisse independenter ab altero Beneficio *Sancti Sebastiani*, sub proprio Titulo *Sancti Petri*, & speciali nomine simplicis Beneficii; Contra vero Beneficium *Sancti Sebastiani* habet onus duorum sacrorum qualibet hebdomada agendorum in Cathedrali Ecclesia Tuderti. Post unionem factam ab Episcopo Bichio Parochi Castri Ceccanibiorum onus hoc impleverunt; Recentiores vero Parochi illud implere recusarunt: hos inter est, qui nunc Parochialem Ecclesiam Castri illius tenet, qui in sacra visitatione compulsus fuit ab Episcopo Tudertino, ut onus illud impleret. *Sess. 25. cap. 4. de Ref.*

At Parochus Sacro huic Tribunali preces obtulit, quibus postulabat declarari eum non teneri ad hoc onus implendum. Auditus Episcopus Tudertinus secundum eum respondit, excludit enim assertam uniones Beneficii *Sancti Petri* alteri Beneficio *Sancti Sebastiani*, & diligenti, luculentaque Epistola, in qua cunctis respondet, postulationem Parochi tuetur. Causa proponitur, & Parochus libello suo urget Beneficium *Sancti Sebastiani* omni Ecclesiastica dote carere, neque ulla se bona possidere, quæ ad hoc Beneficium spectent, ubi vero nulla dos est, nullique fructus, nulla quoque onera esse debent: Neque dotem Beneficii *Sancti Sebastiani* quærendam esse in Bonis alterius Beneficii *Sancti Petri* vi unionis, quæ asseritur in visitationi-

bus Episcoporum Camajani, & Cæsii; nullam enim horum Beneficiorum unionem umquam factam fuisse liquere nunc evidenter: quod si etiam verà fuisset unio, non liquere tamen eam fuisse subjectivam, atque extinctivam Tituli, itaut Bona unius Beneficii in dotem alterius transgredi potuerint, sed potius ex actis posteriorum visitationum dignosci eam fuisse æque principaliter factam, itaut unius Beneficii redditus oneribus alterius Beneficii obnoxii esse non debeant. Addit Parochus, redditus Parochiales, comprehensis etiam fructibus Beneficii *Sancti Petri*, ita tenus esse, ut si demantur onera, & addatur hoc alterum onus duorum Sacrorum, quod præsefert annua sc. 10. 40., vix superfint pro Parocho sc. 10., quibus vivere nequit; & quod deterius est, in maxima distantia a Castro ad Civitatem Tuderti Parochiani ex Parochi absentia plurimum detrimenti caperent. Hæc Parochus. Dubium est.

An Parochus Ecclesiæ Castri Ceccanibiorum teneatur celebrare Missas duas pro qualibet hebdomada in Cappella Sancti Sebastiani erecta in Ecclesia Cathedrali Civitatis Tuderti in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta Instructionem.

Sess. 21. c. 3. de ref.

TROJANA: Fogetanis Ecclesiasticis, qui splendidæ Urbis qualitates, opesque ante oculos habebant, displicuit subjectio Trojano Episcopo, & ad efferendam exemptionem jactabant literas Clementis III Summi Pontificis, quibus anno 1187. confirmaverat literas Guillelmi IV. Episcopi Trojani datas ad *Archipresbyterum*, *& Clericos Portionarios* Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Fogiæ, eorumque *Communitatem* nomine, & dignitate *Capituli*, *& Collegiatæ* honestaverat. Sed re in Judicium delata, victi fuerunt, & a Clemente VI. Summo Pontifice pronunciatum fuit commentitas esse, & apocryphas literas illas Clementis III, quæ præsidium erant Fogetanorum; Beneficio tamen Henrici Trojani Episcopi, qui in illo Judicio obtinuerat, *Collegialitatem* impetrarunt, ejus enim concessione nova Collegiata, eo prorsus modo, quo pridem non jure fuerat, erecta fuit, in qua *perpetuis futuris temporibus esset unus Archipresbyter, sicuti Prælatus, & Caput*, & Cantor, aliique sexdecim Canonici *tamquam membra, & Collegium*: iisque confirmavit Henricus Præbendas, Bona, emolumenta, quæ antiqua Collegiata ex facto possidebat, patiente libenter Archipresbytero, ut oblationum & Decimarum emolumenta minuerentur, & Capitulo, ac Canonicis tribuerentur. Post hæc facta fuit a Capitulo redituum divisio, ut pars cederet in *distributiones quotidianas* nomine *Missæ Communis*, pars cederet in æquales portiones singulis præstandas nomine *Præbendarum*. Cum autem hi Præbendarum redditus nonnullis Canonicis excrevissent aliis decrevissent, Sacrum hoc Tribunal anno 1651. jussit, ut nova eorumdem redditum fieret Massa, & consummatio, quæ inde in partes æquales singulis distribuerentur, ut cum æqualiter omnes Choro, Divinisque Officiis interessent, æquales quoque redditum partes obtinerent.

Nova inde exorta est consuetudo ex assignatione decimarum, atque oblationum factam in erectione Collegiatæ, ut Canonici in Massam communem referrent emolumenta *Funerum*, quæ ad Parochum, sive Archipresbyterum spectabant, veluti subrogata in locum Decimarum, & Archipresbytero, sive Parocho reservarent integra emolumenta, quæ ex Matrimoniis, & his similibus functionibus obvenirent; unde audita distinctio inter emolumenta *Stolæ albæ*, & emolumenta *Stolæ nigræ*, nam quæ ex *Stola alba* proveniebant, ad Archipresbyterum, seu Parochum pertinebant, quæ vero ex *Stola nigra* ad Capitulum, Detrimentum hoc Parochorum secum animo reputans Archipresbyter Romamondi anno 1699. in Episcopali audientia Trojana jura sua vindicare instituit tum in emolumentis *Stolæ nigræ*, tum ut obtineret reintegrationem decimarum, quæ in erectione Collegiatæ assignatæ fue-

tæ fuerant Capitulo. Res tamen compoſita fuit ab Epiſcopo Trojano, qui Archipresbytero annis ſingulis præſtari juſſit a Capitulo ſc. 30., Statuta, quibus Capitulum carebat, fieri, & recenſeri bona immobilia, ut reſciri poſſent redditus Præbendarum, & Maſſæ communis. Appellavit Capitulum ad Tribunal A. C., ſed, quid inde actum fuerit, ignoratur; Illud certo conſtat tranſactum fuiſſe inter Capitulum, & Archipresbyterum annua penſione ducatorum duodecim Archipresbytero quotannis ſolvenda a Capitulo. Poſt hanc tranſactionem condita fuere a Capitulo Statuta, quibus ſulta fuit diſtinctio *Stolæ albæ*, *& nigræ* nova diſtinctione *Curæ habitualis*, quæ apud Capitulum eſſet, & *Curæ actualis*, quæ eſſet apud Parochum, ſive Archipresbyterum.

Hac tamen nova diſtinctione in hoc Capitulum invecta uſi non ſunt Canonici anno 1733., quo juſſu Sacri hujus Tribunalis nova facta fuit Præbendarum diviſio, ut eſſent æquales, cum nihil ſibi aſſerere auſi fuerint ex emolumentis Parochialibus *Stolæ albæ* titulo Curæ habitualis. Evenit autem nuper, ut cum ob funus exteri mercatoris Capitulares ſummam ducatorum quadraginta exegiſſent, Fogetani Cives querelas ad Sereniſſimum utriuſque Siciliæ Regem detulerunt, quibus dixerunt -- *Non meno la ſuddetta eſazzione indovuta per i funerali ſuddetti, ma altresì, che ne' Matrimonj, e Fedi de medeſimi ſi eſiggeva ſomma troppo ſtravagante* -- Cenſuit igitur Rex Providentiſſimus ſubditis ſuis conſulere, & modum ſtatuit exactionis omnium emolumentorum Parochialium, quæ, ut utamur verbis Epiſcopi Trojani, *ad non modicam tenuitatem reducta ſunt*; Archipresbyter itaque Ferdinandus Muſcilli, qui delegatus fuerat a Capitulo, ut jura ſua apud Sereniſſimum Regem tueretur, videns deminutos ſine ulla ſua culpa Parochiales redditus, itaut congruam non habeat, ſtatuit contra Capitulum jura ſua coram Eminentiſſimis Patribus proponere: Auditus fuit Epiſcopus; Cauſa omnis tribus, quæ ſequuntur, Capitibus collecta fuit. A Capitulo nihil hactenus habuimus. Controverſiæ Capita ſunt.

I. *An in præſenti rerum ſtatu ob prætenſam diminutionem quantitatis emolumentorum Archipresbyteratus locus ſit ſeparationi, & aſſignationi emolumentorum provenientium ex funeribus, decimis, & oblationibus favore Archipresbyteri Eccleſiæ Collegiatæ Fogiæ privative quoad Capitulum?*

II. *An, & in qua quantitate, & ex quibus aliis bonis ſit providendum Archipresbytero tam pro tempore futuro, quam a tempore, quo, ut prætenditur, ſunt imminuta emolumenta Archipresbyteratus?*

III. *An, & a quo tempore debeantur Archipresbitero diſtributiones?*

Dilata ad primam poſt Cineres, & exhibeantur ſcripturæ per viginti dies ante propoſitionem.

Die Sabbathi 13. Februarii 1751.

COMEN. DISMEMBRATIONIS: Longam Cauſa hujus, quæ pluries in hoc Sacro Tribunali propoſita eſt inter Populum Ripariæ, & Prepoſitum Parochialis Eccleſiæ Bironici dedimus hiſtoriam in *Folio Congregationis* habitæ *die* 22. *Auguſti* 1750. Impetrata a Populo Ripariæ facultate Jura ſua proponendi contra rem Judicatam, quæ reiciebat diſmembrationem, propoſitum tandem fuit in *Congregatione* habita *die* 5. *Decembris* ſuperiore anno 1750. Diubium -- *An ſit ſtandum vel recedendum a deciſis in caſu &c.* -- Placuit Eminentiſſimis Patribus reſponde re -- *In primo loco deciſis* -- atque ita confirmare *contumaciale* reſponſum, quod latum fuerat inauditis Epiſcopo, & Præpoſito in *congregatione* habita *die* 18. *Maii anno* 1743. *Seſs.* 21. *c.* 4. *de Ref.*

no 1743. ut in *Thesaur. Resol. Vol.* XII. *pag.* 89. Postulat itaque nunc Præpositus Bironici, ut ultimum responsum illud retractetur, ideoque expendendum est.

An sit standum in primo, vel secundo loco decisis in casu &c.

Dilata, & proponatur in secunda post Cineres.

Sess. 24. *c.* 1. *de Ref. Matr.*

NICIEN. MATRIMONII: Mutuo capti amore Baro Cajetanus Tondut, & Puella Rosalia Ardizzonia Nicienses convenerunt Matrimonium contrahere, nullis præmissis denunciationibus publicis, quia Baro a Parentibus suis metuebat, qui, si publicæ præcessissent denunciationes, Matrimonium impedire facile potuissent. Modus autem, quem servarunt, hic fuit: die 18. mensis Martii superiore anno 1750 in Ecclesia Cathedrali Sanctæ Reparatæ, in qua Canonicus Garnerius Parochus Sacrum agere solebat, convenerunt, advocatis pridem tribus Testibus: Sacrum extra septa & Cancellos Cappellæ S. Joseph audiverunt, & dùm Parochus ad Populum conversus est, ut benediceret, ipsi ingressi Cappellam, & in gradu Altaris genuflexi solemnia consensus verba protulerunt: Parochus nihil respondit, sed ad Altare iterum conversus ultimum recitavit Evangelium, & illi trahentes eum per Albam, & Planetam pluries eadem solemnia verba dixerunt sed Parochus, non expectato Clerico, neque accepto bireto desiluit in Sacrarium; refert autem se Cappella egressum dixisse *ad alta voce, che non v' era niente di nuovo, perche non mi costava del loro consenso*, quæ tamen verba nullus ex testibus audivisse dicit. Post hæc in Ecclesia, & coram universo Populo gesta Baro, & Rosalia Matrimonium consumarunt.

Delata ad Episcopum Niciensem cognitione hujus Matrimonii, Rosalia in Monasterium detrusa fuit; Baro in Arce Villæ Franchæ custoditus: decem Testes formali examini subjecti fuerunt: examitata fuit Rosalia, examinatus Parochus, & post quindecim dies etiam Baro. Negavit Parochus in examine audivisse verba consensus, negavit dedisse operam, ut non audiret: dixit audivisse tantum petitionem benedictionis cum designatione Testium *benediteci, ecco qua i T stimonj*. Baro in suo examine non negat consensum, dicit non reminisci ob turbationem mentis, in qua erat eo actu, convenit cum Parocho, quod dicat petiisse benedictionem cum designatione Testium. Episcopus contra Matrimonium pronunciavit, ob defectum consensus, quem Parochus non audivit, neque censuit fidem habendam esse Testibus, quia singulares sint singularitate obstativa, & quidem de mendaciis etiam convincantur; & ut sententiam suam comprobaret, *decisionem* etiam in lucem hominum edidit, qua rationes suas collegit. Appellavit Rosalia ab hac sententiam ad hoc Sacrum Tribunal, & nunc Causa proponitur Baro Cajetanus Tondut libello suo duas precipuas illas Episcopi rationes de defactu præsentiæ Parochi, quia ipse verba consensus non audivit, & de singularitate Testium obstativa, eorumque mendaciis latius exequitur.

Contra vero Rosalia Ardizzonia consensum utriusque probat sex ex decem Testibus formali examini subjectis, qui conteses sunt de verbis mutuum consensum præseferentibus, quæ prolata fuisse dicunt duobus temporibus primo ante finem sacri, & secundo post illud impletum: Consensum etiam probat ex omnibus actibus antecedentibus, concomitantibus, & subsequentibus, ex consumatione Matrimonii, ratihabitionibus Baronis, ejusque confessionibus emissis tum ore, tum scriptis, in Epistolis nempe scriptis ad eamdem Rosaliam, dum in Arce Villæ Franchæ detineretur: Audivisse Parochum manifesto probari ex iis, quæ ipse refert in suo examine, neque alicui suaderi posse, ut audire potuerint sex Testes, qui extra septa & Cancellos Altaris erant, non vero audire potuerit Parochus, ad cujus pedes genuflexi erant contrahentes, præsertim secundo tempore, quo post Sacrum

exactus

exactum tractus fuit per Albam, & Planetam, itaut dicendum sit audire noluisse: ipsa denique verba, quæ ipse refert audivisse, petitionis scilicet benedictionis cum designatione Testium præseferre signa manifesta consensus contrahentium, cum non alia esse possit benedictio a Parocho impetranda Testibus præsentibus, nisi Matrimonialis; Testes a singularitatibus, & mendaciis purgat, iisque plenam fidem habendam esse demonstrat; summam denique eam esse memorat rationem, quæ pro Sacramento Matrimonii, & religione facit. Videant igitur Eminentissimi Patres, quia Juris ratione expediendum sit Dubium.

An constet de validitate Matrimonii in casu &c.

Affirmative, & amplius.

FERRARIEN.: Testamento, quod scripsit anno 1644. Johannes Surchius Ferrariensis hæredem scripsit in usufructu Lucretiam uxorem, in proprietate Thaddeam filiam, ejusque filios, masculos primum, iis non extantibus, fæminas. Si vero sola supereset Thaddea, & sine filiis decederet, substituit eidem in semisse hæreditatis Joannem Surchium, ejusque filios legitimos, & naturales, in alio vero semisse substituit Nicolaum, Franciscum, & Alexium filios Jacobi Surchii, eorumque pariter filios legitimos, & naturales, quibus omnibus hæc onera dedit, ut ex *fructibus hæreditatis* quotannis præstarentur Monasteriis Cappucinorum, & Cappuccinarum Ferrariæ decem mextelli vini, salma piscium, & duodecim libræ olei, quæ constituunt summam sc. 14., Voluitque pariter, ut annis singulis duodecim dotalia subsidia librarum centum triginta duarum pro quolibet, quæ faciunt summam sc. 253. Puellis, quæ nubere vellent, distribuerentur, Jus autem easdem Puellas nominandi legavit Officialibus Sodalitii Sacrorum Stygmatum Ferrariæ: Atque hæc Testamento suo voluit Joannes Surchius. Prædecessit Lucretia uxor Testatori, eoque defuncto, universæ hæreditatis possessionem nacta est Thaddea. Exequutores Testamentarii Inventarium fecerunt, detractaque dote Lucretiæ, quæ erat sc. 6. mille, compertum fuit hæreditatem esse sc 16234. 3. 3. decessit denique etiam Thaddea, nullis relictis liberis, & emissa donatione universali omnium suorum bonorum favore Monasterii, & Monialium S. Monacæ. Morte Thaddeæ evenit substitutio Joannis Surchii, & filiorum Jacobi Surchii scripta in testamento Joannis; Hi vero longam litem agere debuerunt cum Monialibus donatariis Thaddeæ, quæ tandem, ut mox dicemus, transactione sopita fuit. Obvenit substitutis ex universa hæreditates Joannis Testatoris prædium nuncupatum *la Crispa*, quod æstimatum fuit sc 5085. 88. 9. & est annui redditus sc. 65., & census, cujus debitor est Marchio Romei, ejusque fors est sc. 3, mille, redditque annuos fructus sc. 90. firmato enim judicialiter statu hæreditario Joannis Testatoris nihil aliud repertum fuit, consumptis reliquis bonis mobilibus, & immobilibus a Thaddea ex causa detractionum, quæ ad eam spectabant ex hæreditate paterna, & impensarum funeris, ac legatorum, quæ Testator reliquerat. *Sess. 25. c. 4. de Ref.*

Hæredes fideicommissarii agnoscentes fructus tenuis hujus hæreditatis non satis esse ad onera, quæ Testator dederat adimplenda, anno 1716. postularunt ab hoc Sacro Tribunali diminutionem legatorum, propositoque Dubio - *An sit locus reductioni subsidiorum dotalium in numero, vel in quantitate in casu &c.* - responsum fuit - *negative*. Anno 1719. aliud decrementum accepit fideicommissaria hæreditas Joannis Surchii, nam transactione inita cum Monialibus donatariis Thaddeæ, pars Prædii *la Crispa* pro portionem sc. 800. iisdem Monialibus adscripta fuit. Officiales tamen Sodalitii Sacrorum Stygmatum, his decrementis hæreditatis posthabitis, quot Joannes Surchius Testator designaverat, tot Puellas dotandas nominarunt, unde evenit, ut deficientibus fructibus, e quibus dotalia subsidia præstanda erant, non omnes ea consequi potuerint. Hæreditas enim vix reddit annua sc. 155. contra vero

subsidia

ſubſidia dotalia quotannis diſtribuenda, & res Monaſteriis Fratrum, & Monialium Cappuccinarum legatæ efficiunt ſummam ſc. 297. 56., ita ut onera excedant fructus hæreditatis in ſc. 142. Ipſi igitur Sodalitii Officiales agnoſcentes ex rationibus redditis ab Antonio Sorchio, in quem Jura omnia hujus fideicommiſſi nunc delata ſunt, fructus hæreditatis ſatis non eſſe implendis annuis legatis a Teſtatore relictis, conſilium inierunt adeundi una cum eodem Antonio Sacrum hoc Tribunal, ut ordo aliquis huic rei conſtituatur, utque Ampliſſimi Patres definiant, an ſit locus reductioni Piorum Legatorum, & an aliquid debeatur Antonio pro adminiſtratione bonorum fideicommiſſi. Preces itaque hac de re Antonius obtulit Sacratiſſimo Principi noſtro, a quo data fuit cognitio Ampliſſimis Patribus, auditoque jam Eminentiſſimo Archiepiſcopo, Cauſa proponitur. Urget Antonius Legata etiam Pia, minuenda eſſe, ſi vires excedant hæreditatis, neque eſſe quærendum an taxative, an demonſtrative Teſtator ea præſtari voluerit; hac enim diſtinctione utendum eſſe, ubi certum prædium deſignatum fuerit, at ubi præſtanda ſint ex *fructibus hæreditatis* univerſæ, deberi ad menſuram, & quantitatem fructuum, qui ſi deficiant, legata quoque deficere neceſſe ſit, ut in *l. ſi nomen debitoris* 22. §. *Dat ex hæredibus verſ. item rogo ff. de legat.* 3. cum aliis, quas in libello ſuo Antonius congregavit.

Addit nom omnes hæreditatis fructus in ſolutionem legatorum cedere debere; partem aliquam ſervandam eſſe fideicommiſſariis, tum ex Juris diſpoſitione, qua iniquum cenſetur, ut nomen hæredis habeat ſine ullo compendio, tum ex præſumpta mente Teſtatoris, qui omnibus hæreditatis fructibus haredem privare voluiſſe credi non poteſt, ut eos daret puellis extraneis, tum denique propter operam, diligentiam, atque induſtriam adminiſtrationis bonorum fideicommiſſi, cum ne ipſis quidem Exequutoribus Teſtamentariis, qui longum, & oneroſum ſubſtinent miniſterium, denegari poſsit ſtipendium, ipſique Officiales Sodalitii, ſi hanc adminiſtrationem ſuſciperent, ſtipendium adminiſtrationis recte peterent: quartam itaque partem fructuum hæreditatis ſibi adſcribi poſtulat Antonius, & diſputat eam partem ſibi deberi pro adminiſtratione geſta a Franciſco, & Conſtantio Surchiis, quorum ipſe hæres eſt. Reſpondet demum Antonius iis, quæ habet in Epiſtola ſua Eminentiſſimus Archiepiſcopus: dicitur in ea debitor in magna quantitate, dicitur contumax in redditione rationis, culpatur ut reus diminutionis penſionum, quibus locari ſolebat prædium *la Criſpa*: reſpondet enim redditam fuiſſe rationem, & ex ea conſtare reliquum debitum eſſe ſc. 273. 44., quæ ne ſatis quidem ſint credito compenſando, quod ipſe gabet pro adminiſtratione annorum triginta quinque: diminutionem penſionum ſibi non eſſe adſcribendam, ſed aliis cauſis: Hæc Antonius. Dubium eſt.

An ſit locus reductioni Piorum Legatorum, & adſcriptioni partis fructuum fideicommiſſi quondam Joannis Surchii, quod modo, & in qua ſumma in caſu &c.

Affirmative ad primam partem juxta votum Eminentiſſimi Archiepiſcopi, quoad ſecundam partem negative, & Eminentiſſimus Archiepiſcopus procedat prout de Jure in redditione rationis, firmo remanente ſequeſtro.

Seſs. 24. cap. 12. de Ref.

TARENTINA PRÆEMINENTIARUM SUPER EXECUTIONE RESOLUTIONIS CAPITULARIS: Exortis inter Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Tarentinæ, & Joannem Villegas ejuſdem Cathedralis Eccleſiæ Archidiaconum pluribus controverſiis, Oeconomus generalis Capituli fixa, ut moris eſt, foribus Sacrarii ſchedula indixit Congregationem Capitularem habendam die 5. Auguſti anno 1747., ut omnes dicerent, quid fieri cenſerent: Congregationi huic affuerunt triginta ſeptem Capitulares, quibus propoſitum fuit, *an nomine Capituli, & Cleri ſubſtinendæ eſſent in Judicio Præeminentiæ, aliaque Jura Collegii, quæ ab Archidiacono impetebantur*. Qui Archi-

Archidiacono favebant, ſexdecim Capitulares partim Canonici, partim Portionarii ſuadebant, ut Capitulum, & Clerus a lite ſuſcipienda abſtineret, vel ut publice quiſque diceret quid ſentiret: Placuit tamen reliquis omnibus, ut res ſecretis ſuffragiis expediretur. Sexdecim illi a ſuffragiis ferendis abſtinuerunt; cæteri ſecreta tulerunt, & viginti fuere, quibus placuit litem agendam eſſe, uno tantum in aliam abeunte ſententiam. Lis itaque acta fuit poſt varios caſus, quos late narravimus in *Folio* Cauſæ *Tarentina Præeminentiarum* dato in *Congregatione* habita *die* 20. *Junii anno* nuper tranſacto 1750. propoſita fuerunt Sacro huic Tribunali IX. Capita, quibus cauſa omnis collecta fuerat, & Eminentiſſimi Patres ea omnia ſecundum Capitulum, & Clerum contra Archidiaconum definiverunt, ut cognoſci poteſt ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 1. *Auguſti* eodem *anno* 1750.

Definitiones illæ Eminentiſſimorum Patrum authoritatem rei Judicatæ habuerunt renunciatione emiſſa ab Archidiacono; atque ita lis ſopita fuit, una tantum viva ſcintilla ob expenſas actæ litis, negante Archidiacono, & qui ei favent, Capitularibus contribuere debere univerſam Maſſam, quæ una, eademque eſt Capituli, & Cleri ex ſententia, quæ placuit viginti Capitularibus in Congregatione habita die 5. Auguſti anno 1747. contrarium vero ſentientibus XXXIV. aliis Capitularibus; itaut neceſſe fuerit novam hanc controverſiam duobus, quæ ſubiicimus, dubiis colligere. Urgent itaque triginta Capitulares ſervandum eſſe, quod placuit Congregationi die 5 Auguſti anno 1747. cum certi Juris ſit in expediendis Univerſitatum, & Collegiorum negociis id prægravare, quod majori Corporatorum numero, pluribuſque eorumdem ſuffragiis comprobatum fuit, *ut in l. quod major. 19. ff. ad municipal. cap. 1. & tot. tit. de his quæ fiunt a major. par. capit. ubi Gonzal. n. 6. Barboſ. num. 1., & Fagnan. n. 2. Pirhing. in Jus Canon. lib. 3. tit. 12. n. 2. Barboſ. de Canon. cap. 38. num. 3. & ſeqq.* Eoque amplius, quod lis, de qua agebatur in dicta Congregatione Capitulari, non reſpiciebat Jura ſingulorum, ſed Jura totius Collegii, ut patet ex novem Capitibus definitis ab hoc Sacro Tribunali, & lis erat vel neceſſaria, vel prudenter reputari poterat utilis Collegio univerſo, ideoque Capitulares, qui Tutorum vice funguntur, ut tradit *Spin. de Teſtam. gloſſ. 24. num. 56.* litem illam ſuſcipere tenebantur, ut ex *Text. in l. quoties* 10. §. *Sicut autem ff. de Adminiſtr. Tutor. leg. ſi bonam cauſam Cod. eod. tit.* docuerunt *Luc. de Penna in leg. nominationum* 45. *num.* 13. *Cod. de Decurion. lib.* 10. *Bartol. in l.* 1. §. *Si pupillis num* 2. *ibique Caſtrenſ. Barboſ. Bruneman. ff. de tutel. & ration. diſtrah. Petrus Barboſ. in l. eum qui temere* 71. *num. 79. ff. de Judic.*

Neque mutare poſſe duas exceptiones; alteram, quod ſexdecim Capitulares a ſuffragiis ferendis abſtinuerint: alteram, quod admiſſi fuerint ad ſuffragium ferendum etiam Portionarii, qui hoc Jus non habeant; Capitulares enim, qui a ſuffragiis ferendis abſtinuerunt, ſeſe eo caſu extraneos reddiderunt a Collegio, & Jus omne eorum coaluit in cæteris; Portionarii vero in negociis Capitularibus non ſecus, ac Dignitates, & Canonici Jus habuerunt, & habent ſuffragii ferendi, & licet tranſactione inita inter eos, & Capitulum, quæ confirmata fuit ab Optimo Principe Clemente XII., hoc Jus eorum certis negociis adſtrictum fuerit, inter ea tamen, quæ excepta fuerunt, non eſt illud, cum deliberandum eſt, an lis, quæ univerſum Collegium reſpiciat, ſit ſuſcipienda, & Portianarii in hac poſſeſſione ſunt etiam poſt initam tranſactionem illam, ut non potuerint, neque poſſint ab hac poſſeſſione deici: Reſpondendum igitur eſſe impenſas litis ex Maſſa communi præſtandas eſſe, ut in ſimilibus caſibus reſpondere ſuevit hoc Sacrum Tribunal, & præſertim *in Viterbien. 28. Septembris* 1737. *ad Dubium V. in Trojana Præbendarum 6. Decembris* 1738. *ad Dubium II., & in Trojana ſervitii 2. Junii, & 23. ejuſdem Menſis* 1742. *ad Dubium IV.* A Capitularibus diſſentientibus nihil adhuc habuimus. Dubia ſunt.

I. *An reſolutio Capitularis capta die 5. Auguſti* 1747. *quoad ſuſtentationem*

litis sumptibus Capituli, & Cleri subsistineatur in casu &c. Et quatenus negative.

II. *An & unde detrahendæ sint expensæ factæ tum in Partibus, tum in Curia Romana pro sustentatione litium actarum cum Archidiacono, & litis consortibus in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Provisum in primo.

Sess. 24. cap. 15. de Ref.

VENUSINA: Duæ sunt, semperque fuerunt in Terra Forentiæ Diœceseos Venusinæ Receptivæ, & Parochiales Ecclesiæ, altera nuncupata *S. Mariæ de Longobardis*, altera *S. Nicolai*, quarum Parochi *Archipresbyteri* dicebantur, sed inde ad vitandam confusionem Parochus Ecclesiæ S. Mariæ *Rectoris* nomen accepit, alter vero S. Nicolai *Archipresbyteri* nomen retinuit. Uterque intra suæ Parochiæ fines Sacramentorum ministrationem, & Jura Parochialia semper exercuit, una cum Clero suæ Ecclesiæ. Tenuitas reddituum utriusque Parochiæ in causa fuit, ut anno 1551., iisdem uniretur Beneficium erectum in vetusta Ecclesia *S. Petri*, confirmata hac unione a Summo Pontifice Julio III., & cum huic beneficio onus inesset plurium Sacrorum, & Festi agendi die S. Petri, utriusque Ecclesiæ Clerus alternis annis hæc onera implevit, itaut obventiones, & emolumenta æqualiter inter duas Ecclesias distributa fuerint, nulla habita ratione majoris, vel minoris numeri Sacerdotum cujusque Ecclesiæ. Nuper autem Archipresbyter Ecclesiæ *S. Nicolai* contendere cæpit fructus, redditusque beneficii S. Petri non esse æqualiter inter duo Corpora, & Collegia Sacerdotum utriusque Ecclesiæ distribuendos, sed per singula capita Sacerdotum, qui servitium præstant utrique Ecclesiæ. Contendit etiam defunctorum corpora, quæ in Ecclesia *S. Mariæ* condienda sunt, *sine stola associare*, & emolumentum exigere. Contendit Rectorem *S. Mariæ* non posse denunciare matrimonia inter Parochianos ejusdem Parochiæ contrahenda, non petita venia ab ipso, sibique debitos asserit carolenos tres pro quolibet Matrimonio. Censuit itaque Rector Ecclesiæ *S. Mariæ* adire hoc Sacrum Tribunal, a quo auditus Episcopus Venusinus secundum eumdem Rectorem respondit. Præfixus fuit Archipresbytero terminus unius mensis, ut Jura sua proponeret, termino dudum elapso, nondum venit in Jus. Causa tamen omnis V. Capitibus collecta fuit, quæ ab Eminentissimis Patribus nunc sunt expedienda.

I. *An fructus Beneficii S. Petri sint æqualiter in duas partes dividendi inter Ecclesiam, & Presbyteros S. Mariæ de Longobardis, & Ecclesiam, & Presbyteros S. Nicolai, seu potius dividendi sint per capita inter Sacerdotes inservientes utrique Ecclesiæ in casu &c.*

II. *An liceat Archipresbytero S. Nicolai Terræ Forentiæ etiam sine stola associare cadavera decedentium sub Parochia S. Mariæ de Longobardis, invito Rectore S. Mariæ, ejusque Parochianis in casu &c.* & quatenus affirmative.

III. *An emolumentum debitum pro dicta associatione integre spectet ad dictum Rectorem S. Mariæ, seu potius pro rata carolenorum quatuor spectet ad Archipresbyterum S. Nicolai in casu &c.*

IV. *An possit Rector Ecclesiæ S. Mariæ de Longobardis emittere in propria Ecclesia denunciationes Matrimoniorum absque licentia Archipresbyteri S. Nicolai in casu &c.* & quatenus affirmative.

V. *An liceat eidem Archipresbytero exigere carolenos tres pro quolibet Matrimonio contrahendo in dicta Ecclesia S. Mariæ in casu &c.*

Dilata.

MARIA-

MARIANEN. ERECTIONIS COLLEGIATE: Præfecti Terræ *Lurii*, quos *Patres Patriæ* nuncupant, & Clerus ejuſdem Terræ ducti exemplo Oppidi *Speluncati*, quod in eadem Diœceſi Marianenſi eſt, cujuſque Oppidani anno 1749. obtinuerunt ab hoc Sacro Tribunali erectionem Collegiatæ, Sacratiſſimo Principi noſtro preces nuper obtulerunt, quibus poſtulabant, ut Plebanam Eccleſiam *S.* Petri ejuſdem Terræ *Lurii* vacantem morte Plebani auctoritate Apoſtolica in Collegiatam ſimplicem erigeret, quæ conſtaret unica Dignitate nomine *Archipresbyteri* honeſtanda, cuique animarum cura incumberet, *ſex Canonicis*, ædituo, ſeu ut dicunt *Sacriſta*, & *duobus Subcuratis*, qui Archipresbyterum in cura animarum coadjuvare teneantur. De his præcibus R. P. D. Datarius audire voluit Marianenſem Epiſcopum, qui animi ſui ſententiam Collegiate hujus erectioni adverſam aperuit. Parochus etiam Eccleſiæ Sancti Angeli *Reolani* liberari poſtulans ab onere ſolvendi Plebanæ Eccleſiæ *Lurii* annua ſcut. 42. decimarum cauſa, ſeſe huic erectioni contradictorem præſtitit; Ideoque R. P. D. Datarius Juriſdictionem mandavit Sacro huic Tribunali, ut de hiſce omnibus cognoſceretur. Poſtulant itaque nunc Præfecti, & Clerus *Lurii* Collegiatæ erectionem, poſtulant, ut Parochus *S.* Angeli Roleani reiciatur a *gratia*, quam petit, exemptionis ab onere ſolvendi annua ſcut. 42. ex cauſa decimarum. *Seſs. 24. 12. & Seſs. 26. c. 12. de Ref.*

Erectionem Collegiatæ indulgendam eſſe diſputant, quia conveniant hoc caſu omnia requiſita a Magiſtris Juris Canonici; Eſt enim Plebana Eccleſia ſplendide extructa, chorum habet amplum, pluribus conſtat Cappellis, & Altaribus, eaque eſt latitudine, ut univerſos Terræ illius Incolas recipere poſſit: Inſtructa eſt Sacris ſupellectilibus, quibus Sacræ omnes Functiones, quæ in aliis Collegiatis Eccleſiis agi ſolent, agantur, utque conſervari, & augeri poſſit Sacra ſupellex annua ſcut. 20. Sacrario tribuuntur. Terra Lurii non eſt ignobilis, componiturque numeroſo Populo animarum 1078.: nova Collegiata congruo Canonicorum, aliorumque Miniſtrorum numero conſtabit, quo divina Officia, Sacræque Functiones rite peragi poſſint: dos, quæ Dignitati, ſex Canonicis, Subcuratis, & ædituo conſtituitur ex annuis Plebanæ Eccleſiæ redditibus excedit quotannis ſcut. 500., ut ſatis eſſe videatur: Divini Cultus augumentum ex hujus Collegiatæ erectione inficiari non poteſt: Nullæ conditiones adiiciuntur, nulli detrimentum infert erectio, itaut concludendum ſit denegandam non eſſe Collegiatæ erectionem, poſthabitis difficultatibus objectis ab Epiſcopo, quas inſubſiſtentes eſſe monſtrant libello ſuo Clerus, & Præfecti.

Reiiciendum vero eſſe Parochum Eccleſiæ S. Angeli Roleani a poſtulatione liberationis ab onere ſolvendi ex cauſa decimarum annua ſcut. 42., cum, ſi Plebana Eccleſia Lurii in Collegiatam erigatur, redditibus, quibus indiget, ſpoliari non debeat; Præſertim, quod Parochus Roleani non monſtret neceſſitatem: Congruam enim habet pro more Regionis, & onus retinendi Subcuratum annuo ſtipendio ſcut. 8. non ita grave eſt, ut ferri non poſſit, ſicut illud æquo animo tulerunt antecedentes Parochi, & ipſe adhuc illud tulit; Eoque amplius, quod vel ipſe ſibi imputare debet, ſi Parochiam voluit, quæ hoc habet onus, vel, ſi aliquid præſtandum eſt, præſtari debet a Parochianis, quibus Subcuratus præſto eſt, non a Plebana Eccleſia Lurii, quæ decimas recipere debet. Hæc Præfecti, & Clerus Lurii. Duo ſunt Cauſæ Dubia.

I. *An locus ſit erectioni Plebanæ Eccleſiæ Sancti Petri Terræ Lurii in ſimplicem Collegiatam in caſu &c.*, & quatenus affirmative.

II. *An Parochus Eccleſiæ Sancti Angeli Roleani eximi debeat ab onere ſolvendi Parochiæ Plebanæ Eccleſiæ Sancti Petri annua ſcut. 42. ſolvi ſolita in cauſam portionis decimarum in caſu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Negative, & amplius.

Sess. 25. c. 1. de Ref.

HIERACEN. SPOLII: Decessit anno 1729. Dominicus Diez Episcopus Hieracensis, eique in Episcopali Sede suffectus fuit D. Idelphonsus del Tuso, qui Bona universa ab antecessore Episcopo relicta, quæque sub spolio cadebant, occupavit. Capitulum Cathedralis Ecclesiæ preces obtulit Summo Pontifici, quibus postulabat, ut partem Bonorum sub spolio cadentium applicaret in augumentum distributionum, quæ tenues erant. Data fuit postulationis hujus cognitio R. P. D. Thesaurario, & Capitulum contradictorem habuit Episcopum suum, qui defendebat integra Bona spolii absumpta esse ære alieno, quo Episcopus Diez gravabatur, aliisque necessariis impensis, quæ fieri debuerant. Lite igitur incæpta necessarium esse visum fuit, firmare statum activum, & passivum Bonorum spolii. Cognitio tamen hujusce rei data fuit Sacro huic Tribunal, a quo die 21. Junii anno 1732 mandata fuit Jurisdictio Metropolitano Rheginensi, *qui procedat super firmatione status spolii, & redditione rationis prout de jure*. Placuit tamen Episcopo transactionem inite cum Capitulo, qua conventum fuit, ut summa ducatorum 4. m. cederet in augumentum distributionum, & alia summa ducatorum 2. m. Sacrario applicaretur.

Hanc transactionem rejecit hoc Sacrum Tribunal, a quo die 19. Septembris anno 1733. rescriptum fuit -- *Metropolitano pro præfixione termini duorum mensium* -- & die 19. Augusti sequenti anno 1734. decretum fuit -- *Fieri redditionem rationis coram Archiepiscopo Rheginen., & quatenus expediens fuerit, prævio accessu ejusdem Archiepiscopi, vel ejus Delegati ad Civitatem Hieracen. sumptibus spolii, seu hereditatis* -- Hæc tamen Sacri Tribunalis providentia in irritum cessit nova transactione inita inter Episcopum & Capitulum, in qua Capitulum renunciavit petitioni firmationis status activi, & passivi, & Judicio redditionis rationis. Contra vero Episcopus spopondit Capitulo assignationem ducatorum 2. m. in augumentum distributionum, suscepitque onus dimittendiæs alienum ab Episcopo Diez relictum, & reliquias spolii assignandi pro dote Cathedralis Ecclesiæ juxta Constitutionem Optimi Principis BENEDICTI XIV., cujus initium est *Sacrosancti*. Placuit Sacro huic Tribunali audire de hac nova transactione sententiam Eminentissimi Domini Cardinalis Lercari, qui die 28. Decembris anno 1735., censuit mandandam esse jurisdictionem *Nuncio Apostolico Neapolis pro firmatione status controversi spolii tam activi, quam passivi etiam cum facultate subdelegandi, utque ulterius referat statum Capituli Cathedralis Hieracen. quoad annuas distributiones*. Probavit Sacrum Tribunal hanc sententiam, & delegatus fuit Episcopus Oppidensis, qui Hieracium concessit, dispunctisque rationibus spolii, retulit Episcopum Hieracensem liquidum debitorem esse ducatorum 3461.

Rogatus iterum fuit, ut de hac dispunctione rationum sententiam animi sui aperiret, Eminentissimus Dominus Cardinalis Lercarius, qui respondit sibi non liquere, quæ impensæ in causas necessarias cesserint, quæ vero in voluptuosas & voluntarias. Rescripsit igitur Sacrum Tribunal die 1. Martii anno 1738. -- *ostendatur Votum* -- res inde silvit: Episcopus Hieracensis Episcopatum dimisit. Qui vero nunc Ecclesiæ illi præest, Episcopus, cognito Capituli statu, jussit Capitulum prosequi derelicta Causam. Postulat itaque nunc Capitulum, ut Reverendissimus del Tuso damnetur *pro nunc* ad solutionem ducatorum 3461., quorum liquidus debitor renunciatus fuit ab Episcopo Oppidensi. Ab eodem Rmo del Tuso nihil habuimus. Dubium est.

An Reverendissimus Dominus Idelphonsum del Tuso olim Episcopus Hieracen. pro nunc condemnandus sit favore Capituli ad solutionem ducatorum 3461. ab eo debitorum ex causa reliquatus assis spolii bon. mem. Episcopi Diez antecessoris juxta relationem Episcopi Oppidensis Delegati Apostolici, sine tamen præjudicio aliorum Jurium dicti Capituli pro ulteriori redditione rationis assis spolii prædicti in casu &c.

Ad secundam post Cineres. Die

Die Sabbathi 13. Martii 1751.

PLacuit Eminentiſſimis Patribus in *Congregatione* habita *die* 16. tranſacti menſis *Januarii* dilationem concedere *ad primam Congregationem poſt Cineres* primis hiſce *quinque*, quas ſubiicimus, *Cauſis*, ideoque obſequentes eorumdem imperio eas hic damus rogantes eoſdem Eminentiſſimos Patres, ut *Folium* illius *Congregationis diei* 16. *Januarii* ad eas expediendas iterum conſulant.

HERBIPOLEN. PAROCHIALIS ECCLESIÆ, ET PRIMISSARIÆ, cujus Dubium eſt. *Seſſ.* 7. *c.* 7. *ac Ref. Seſſ.* 14. *c.* 10. *& de Refor.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

COMEN. DISMEMBRATIONIS, quæ agitur inter Communitatem Zuinii, & Præpoſitum, ac Capitulum Eccleſiæ Cuvii, queque aliis duobus Capitibus aucta nunc eſt conſenſu utriuſque Partit. *Seſſ.* 21. *c. de Ref.*

I. *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis?* & quatenus affirmative quoad primam partem, & negative quoad ſecundam.

II. *An, & a quibus ſubminiſtranda ſit congrua Parocho noviter erecto?* & quatenus ſubminiſtranda ſit ab Eccleſia Præpoſiturali Cuvii.

III. *An, quid, & quantum, & quale Jus debeat reſervari Eccleſiæ Præpoſiturali, & Matrici in caſu &c.*

Ad I. In deciſis, & amplius. Ad II. Subminiſtrandam eſſe congruam juxta Decretum Epiſcopi in omnibus. Ad III. Quoad præeminentias, & præſtationes ſervetur Decretum Epiſcopi, quo vero ad nominationem, ſervetur alternativa impoſterum inter præpoſitum Terræ Cuvii, & Communitatem Zuinii.

SALERNITANA DISPENSATIONIS, in qua quæritur. *Seſſ.* 22. *cap.* 1. *de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Non propoſita attenta renunciatione Partis.

TRANEN. DISTRIBUTIONUM, cujus Dubium eſt. *Seſſ.* 24. *cap.* 12. *de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis ad annum, & Archiepiſcopus mandet ſuppleri Lectiones Sacræ Scripture ſumptibus Canonici Palumbi.

TROJANA, cujus tria ſunt Capita. *Seſs.* 21. *c.* 3. *de Ref.*

I. *An in præſenti rerum ſtatu ob prætenſam diminutionem quantitatis emolumentorum Archipresbyteratus locus ſit ſeparationi, & aſſignationi emolumentorum provenientium ex funeribus, decimis, & oblationibus favore Archipresbyteri Eccleſiæ Collegiatæ Foggie privative quoad Capitulum?*

II. *An, & in qua quantitate, & ex quibus aliis bonis ſit providendum Archipresbytero tam pro tempore futuro, quam a tempore, quo, ut prætenditur, ſunt imminuta emolumenta Archipresbyteratus?*

III. *An*

III. *An, & a quo tempore debeantur Archipresbytero distributiones?*

Dilata, & ad D. Secretarium ad mentem.

Sess.24.cap.15. de Ref.

VENUSINA: Hæc quoque causa *dilationem* obtinuit in *Congregatione* habita *die* 13. *Februarii* Collecta fuit *quinque* Capitibus, quæ, repetita lectione *Folii illius Congregationis*, ab Amplissimis Patribus sunt definienda.

I. *An &c.*

Reliquæ non propositæ.

Sess.25.cap.13. de Ref.

TRIVENTINA JURIUM PAROCHIALIUM: Repetenda est species hujus Causæ ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 17. *Decembris anno* 1740., quod in lucem hominum editum fuit *Vol.IX. Thesaur. Resolut. Sac. Congregat. pag.*111., eam enim hic iterum dare inutile videtur ne actum agamus. *Quatuor* tunc Dubia proponebantur, quorum *primum* erat -- *An subsistineatur concordia inita de anno* 1724. *inter Archipresbyterum de Vago, & Rectores DD. Joannem de Christophano, & Hieronymum de Alena?* & quatenus affirmative -- *secundum* vero erat -- *An sit locus pœnæ conventionali?* quatenus vero negative -- *tertium* erat -- *An sit servandum solitum quod vigebat ante concordiam?* -- *quartum* denique erat -- *An, & ad quem spectent functiones Parochiales in Ecclesiis, & locis sitis extra mœnia, & in parte territorii correspondentis districtui Parochiæ Sancti Petri in casu &c.* -- Dubia hæc proposita non fuerunt *in illa Congregatione*, sed proposita fuerunt, & definita *in Congregationem* habita *die* 28. *Januarii anno* 1741., ut in eodem *Thesaur. Resolut. Sac. Congregat. Vol.X. pag.*14. Respondit autem Sacrum Tribunal -- *Ad primum servandam esse concordiam citra approbationem matricitatis, & exclusa pœna conventionali, & Episcopus incumbat pro executione concordiæ. Ad secundum, & tertium provisum in primo: Al quartum dilata, & videatur particulariter* -- Post hanc definitionem nihil actum est a litigantibus, nisi quod ob exercitium functionis Parochialis in districtu Territorii Ecclesiæ Sancti Petri, extra tamen mœnia Oppidi Frusinonis, magna animorum contentione actum est de attentatis. An novum itaque Judicium veniunt *tria* illa Dubia jam a Sacro Tribunali definita: venit *quartum*, quod *ailationem* obtinuit: venit denique *alterum*, quo agitur de attentatis, ut Eminentissimi Patres cognoscere poterunt ex libellis, qui dati sunt ab utrisque litigantibus, Causa itaque omnis *tribus* hisce Capitibus collecta est.

I. *An, & in qua parte sit standum, vel recedendum a decisis super Dubiis I.II., & III., resolutis die* 28. *Januarii* 1741. *in casu &c.*

II. *An, & ad quem spectent functiones Parochiales in Ecclesiis, & Locis extra mœnia, & in parte Territorii correspondentis districtui Parochiæ S. Petri in casu &c.*

III. *An constet de attentatis, quomodo, & a quo, vel a quibus sint Purganda in casu &c.*

Sess.25.c.5 7. 9. 11. & 17. de Reg.

CONVERSANA JURISDICTIONIS: Post cognitissimam controversiam Jurisdictionis in Oppido Putignani, quæ per duo sæcula acta est inter Episcopus Conversanos, & Sac. Ordinem Hierosolymitanum sopitam tandem Decretati Sacratissimi nostri Principis, cujus initium -- *Apostolicæ* -- alia orta est controversia inter eumdem Episcopum Conversanum, & Monasterium, ac Sanctimoniales Ordinis Carmelitici ejusdem Oppidi. Cum enim Episcopus Monasterium illud visitare vellet, restitere Moniales, restititque P. Commissarius, & P. Procurator ejusdem Monasterii: Hinc re post varios casus delata ad cognitionem Sacri hujus Tribunalis, controversia omnis collecta fuit XXVI. Capitibus, quæ versantur in materiis celeberrimarum Constitutionum *Inscrutabili*, & *Sperne*, de quibus centena sunt Decreta, responsaque Sacri hujus Tribunalis collecta nuper in celebri *Wormatien jurisdictionis*

tionis. A Monasterio, & Patribus Carmelitis nihil hactenus habuimus. Dubia sunt.

I. *An in Monasterio Monialium Carmelitarum Putignani electio Abbatissæ fieri valeat sine presidentia Episcopi Conversani sive ejus Delegati?* & quatenus affirmative.

II. *An illa aliter facta sine hujusmodi Presidentia, dum Episcopus declaravit juxta Bullam Inserutabili præsidere velle sit nulla, itaut ad novam electionem procedi valeat.*

III. *An munus Prioriss æ in Moniales juxta antianitatis ordinem, & sine ullo meritorum defectu ibi conferri debeat: sive potius Monialium suffragia in alias etiam non antianas juxta qualitates, & merita libere dari valeant?*

IV. *An Superior, seu Commissarius dicti Monasterii per P. Generalem Ordinis ad triennium eligi solitus, postea per idem tempus in Confessarium ordinarium Monialium nominari, vel saltem P. Generalis valeat alium nominare in Confessarium ordinarium?*

V. *An Episcopus sub censuris probibere valeat Superiori Regulari dicti Monasterii, & Confessariis ordinario, & extraordinario, ne extra propria respective munera cum Monialibus alloquantur?*

VI. *An possit Episcopus pro clausuræ custodia Presbyterum sæcularem deputare qui claves Monasterii retineat, sive potius illæ per Confessarium Regularem sint retinendæ?*

VII. *An Superiori, seu Commissario Monasterii sine censurarum incursu licitum sit etiam cum justa, & legitima causa clausuram ingredi absque licentia Episcopi, vel ejus Delegati?*

VIII. *An licentiæ concessæ pro Medicis, & aliis, qui ex necessitate in clausuram ingrediantur, privative dari debeant a Commissario Monasterii, sive cumulative etiam ab Episcopo?*

IX. *An hujusmodi licentiæ pro Medicorum, aliorumque ingressu absolute, vel ad limitatum tempus sint concedendæ?*

X. *An ad alloquendum cum Monialibus concessio licentiæ sæcularibus, ac aliis quibuscumque privative quoad Episcopum pertineat ad Superiorem Monasterii: sive potius cumulative ad dictum Superiorem, & Episcopum, vel ejus Delegatum?*

XI. *An Episcopus sub censurarum pœna probibere possit tam Priori Conventus Carmelitarum existen. in Terra Putignani, quam aliis quibuscumque Religiosis ejusdem Ordinis, ne sine ejus vel Vicarii licentia inscriptis cum Monialibus alloquantur?*

XII. *An Episcopus probibere valeat dictis Superiori, & Religiosis Conventus, ne sine ejus licentia Missam im Ecclesia Monialium celebrent, & in casu contraventionis procedere possit contra ipsos ad aliquam pœnam?*

XIII. *An ad crates Ecclesiæ, seu Collocutorii, aut alibi liceat Commissario Monasterii sermonem, aut conciones habere ad Moniales sine Episcopi licentia?*

XIV. *An ordines prohibentes accessum ad collocutoria & crates Monialium a solo Episcopo indici, & publicari debeant?*

XV. *An sub censuris per Episcopum prohiberi valeat, ne portam clausuræ Prioriss a aperiat tam in accessu consanguineorum, & affinium in primo, & secundo gradu ad alloquendum cum Monialibus, quam ubi, & quando, res in Monasterium per rotam introduci possunt?*

XVI. *An absolutio Monialium a censuris pro violata clausura, aut pro Can.* si quis suadente *pertineat ad P. Commissarium Monasterii, sive potius ad Episcopum?*

XVII. *An Provincialis Carmelitarum clausuram visitans ad tramites Alexandrinæ Constitutionis teneatur præventive Episcopum certiorem reddere de*

re de die, & hora explendæ Visitationis, & quomodo hujusmodi certioratio fieri debeat?

XVIII. *An Episcopo licitum sit in visitanda clausura stolam deferre, eique Moniales teneantur stratum parare omnesque in ingressu obviam ire?*

XIX. *An Episcopus toties, quoties expedire putaverit, possit etiam, inconsultis Superioribus Regularibus, tam clausuram quam cellas Monialium in concernentibus eamdem clausuram visitare adhuc præcisive tam a suspicione, quod illa violata fuerit, quam a quacumque Superiorum Regularium negligentia?*

XX. *An dies, & hora explendæ visitationis præfatæ clausuræ ab Episcopo Monialibus ante accessum & dici, & notificari debeat?*

XXI. *An ejusdem clausuræ Visitatio ab Episcopo sine Superiorum Regularium, seu alicujus Religiosi interventu fieri valeat?*

XXII. *An ultra Visitationem localem licitum sit Episcopo Visitationem personalem cujusvis Monialis explere, atque illam interrogare in attinentibus ad clausuram tam materialem, quam formalem?*

XXIII. *An revisio computorum administrationis dicti Monasterii facienda sit ab Episcopo una cum Superiore Regulari, dum bona, & redditus per Religiosum Carmelitam administrantur?*

XXIV. *An acta necessaria pro receptione Puellarum tam pro educatione, quam pro eorum ingressu, & professione facienda sint in Cancellaria Episcopi, a quo danda sit licentia pro earum ingressu, & professionis emissione, & ad quem spectet exploratio voluntatis earumdem puellarum?*

XXV. *An Pater Commissarius velum dare possit Monialibus professis, adhuc si vigesimum quintum annum non expleverint?*

XXVI. *An, & a quo sit prestandus assensus alienationi bonorum Monasterii, quæ fit vigore* Can. Terullas *in casu &c.*

Die Sabbati 27. Martii 1751.

EX quatuor primis, quas ordine suo subijcimus, Causis, duæ Priores in *ultima* Amplissimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 13. proponi non potuerunt: Duæ vero, quæ sequuntur in *Congregatione* habita *die* 13. transactis mensis *Februarii* responsum acceperunt- *Dilata ad secundam post Cineres*- Quartæ novum Dubium accessit. Rogantur itaque Eminentissimi Patres, ut *Folia illarum Congregationum* iterum consulant.

Sess. 24.*c.*15. *de Ref.*

VENUSINA, cujus quinque sunt Capita. *ut videre est ia Congr. Diei* 13 *Febr.p.*15. *cum seq.* quibus fuit responsum.

Ad I. Affirmative ad primam partem: Negative ad secundam. Ad II. Negative. Ad III. Affirmative ad primam partem: Negative ad secundam. Ad IV. Affirmative. Ad V. Negative.

Sess. 25.*c.*13. *de Ref.*

TRIVENTINA JURIUM PAROCHIALIUM, quæ tribus Capitibus constat.

I. *An, & in qua parte sit standum, vel recedendum a decisis super Dubiis I. II. & III, resolutis die* 28. *Januarii* 1741. *in casu &c.*

II. *An & ad quam spectent functiones Parochiales in Ecclesiis, & Locis extra mœnia, & in parte Territorii correspondentis districtui Parochiæ S. Petri in casu &c.*

III. *An*

III. *An conſtet de attentatis, quomodo, & a quo, vel quibus ſint purganda in caſu &c.*

Ad I. In deciſis, & amplius. Ad II. ſpectare ad Parochum S. Petri. Ad III. Negative.

COMEN DISMEMBRATIONIS, quæ inter Populum Ripariæ, & Præpoſitum Parochialis Eccleſiæ Bironici longo jam tempore agitur, & cujus unum Caput eſt. *Seſs. 21. c. 4. de Ref.*

An ſit ſtandum in primo, vel ſecundo loco deciſis in caſu &c.

Dilata ad primam poſt Agnos, etiam unica.

HIERACEN. SPOLII, cui ut diximus, alterum nunc Dubium acceſſit. *Seſſ. 25. cap. 1. de Ref.*

I. *An Reverendiſſimus D. Idelphonſus del Tufo olim Epiſcopus Hieracen. pro nunc condemnandus ſit favore Capituli ad ſolutionem ducatorum 3461. ab eo debitorum ex cauſa reliquatus Aſſis ſpolii bon. mem. Epiſcopi Diez Anteceſſoris juxta relationem Epiſcopi Oppidenſis Delegati Apoſtolici, ſine tamen præjudicio aliorum Jurium dicti Capituli pro ulteriori redditione rationis Aſſis ſpolii prædicti in caſu &c.*

II. *An præter ſummam ducatorum 3461. debitorum ex cauſa reliquatus ſpolii bon. mem. Diez juxta relationem Epiſcopi Oppidenſis condemnandus quoque ſit Reverendiſſimus D. Idelponſus del Tufo olim Epiſcopus Hieracen. ad ſolutionem aliorum ducatorum 1536. ab eo debitorum vigore ſchedulæ exharata die 15. Aprilis 1730. in caſu &c.*

Dilata, & ad mentem.

FERARIEN. Propoſita, & definita fuit hæc Cauſa in *Congregatione* habita *die* 13. tranſacti menſis *Februarii* Dubioque, quod erat -- *An ſit locus reductioni Piorum Legatorum, & adſcriptioni partis fructuum Fideicommiſſi quondam Joannis Surchii, quomodo, & in qua ſumma in caſu &c.* -- reſpondit Sacrum Tribunal *Affirmative ad primam partem juxta Votum Eminentiſſimi Archiepiſcopi, & quoad ſecundam partem negative, & Eminentiſſimus Archiepiſcopus procedat prout de jure in redditione rationis, firmo interim remanente ſequeſtro* -- Retractari hanc definitionem poſtulat Surchius, & reſpondendum eſt. *Seſſ. 25. cap. 4. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

ROMANA, SEU JANUEN. LEGATI: Data fuit hæc Cauſa in *Congregatione* habita *die* 20. *menſis Decembris anno* 1749. Duo erant ejus Capita I. *An, & a quo tempore ſit locus præſtationi ſcutorum* 25 *in caſu &c.* II. *An, & quæ ſumma ſubminiſtranda ſit pro primis expenſis in caſu &c.* -- Reſpondit Sacrum Tribunal -- *Ad I. Negative pro nunc. Ad II. Proviſum in primo.* Non placuit Franciſco Juſtiniani hoc reſponſum rediitque ad hoc Sacrum tribunal *die* 18. *Apr. ſuperiore anno* 1750. ſed Cauſa ea die non potuit proponi: Propoſita fuit in *ſequenti Congreg.* habita *die* 9. *Maii*: Dubioque quod erat -- *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu* -- Reſponderunt Ampliſſimi Patres *Recedendum a deciſis juxta modum, & modus eſt, quod durante curſu Triremium ſubminiſtrentur ſcut.* 15 *menſtrua ultra ſcut.* 25., *& quoad primas expenſas nihil.* Poſt hanc definitionem Franciſcus Juſtiniani adiit Sacratiſſimum Principem noſtrum, qui juſſit, ut Cauſa hæc ad novum examen revocaretur. Poterunt itaque Eminentiſſimi Patres, repetita lectione *Folii primæ Congregationis* habitæ *die* 20. *Decembris anno* 1749. quod publi- *Seſſ. 22. cap. 8. de Ref.*

ci Juris factum eſt in *Volum. XVIII. Theſaur. Reſolut. Sac. Congregat.* decernere.

An ſit ſtandum, vel recedendum ab ultimo loco deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

Seſſ.24. cap.12. de Ref.

NARNIEN. ERECTIONIS CANONICATUS: Hanc quoque Cauſam dedimus in *Folio Congregationis* habitæ *die* 20. *Decembris anno* 1749., quod pariter in lucem hominum editum fuit *Volum. XVIII. Theſaur. Reſolut. Sacr. Congregat.* Dubium, quod inſtante Capitulo Eccleſiæ Otriculanæ propoſitum fuit, erat -- *An ſit locus erectioni Canonicatus in Inſigni Collegiata Terræ Otriculi, ſeu potius Cappellaniæ amovibilis ad nutum in eadem Collegiata in caſu &c.*--Reſpondit huic Dubio Sacrum Tribunal--*Affirmative ad primam partem, & negative ad ſecundam.* Alexander Caphalaſſius, qui tunc declaravit in actis non repugnare, ut Canonicatus, aut Cappellania erigatur, ſed ſua tantum intereſſe, ut alterutrius Patronatum habeat, poſtulavit audiri, & nunc Dubium proponitur.

In deciſis, & amplius, & Epiſcopus incumbet redditioni rationis.

Seſs. 24. cap. 12. de Ref.

CONSTANTIEN. CANONICATUS: Species hujus Cauſæ repetenda eſt ex *Folio Congregationis* habitæ *die 6. Maii anno* 1727., quod editum fuit *Volum. XVI. Theſaur. Reſolut. Sacræ Congregat.* Cauſa ea die proponi non potuit, ſed propoſita, & definita fuit in *ſequenti Congregatione* habita *die* 20 ejuſdem *menſis Maii*. Duo erant dubia I. *An Canonicus Stapff teneatur ad perſonalem reſidentiam, ſeu potius valeat alium ſubſtituere in caſu &c.* II. *An tempore abſentiæ participare valeat de omnibus diſtributionibus tam ordinariis, quam extraordinariis, prout participant cæteri Canonici intereſſentes, ſeu quomodo ſit providendum in caſu &c.* -- reſpondit Sacrum Tribunal *Ad I. Affirmative ad primam partem, & negative ad ſecundam: Ad II. Negative extra caſus a jure permiſſ s* -- ut in eodem *Vol. XVI. Theſaur.* Confirmatum fuit hoc Reſponſum *in Congregatione* habita *die* 15. *Julii eodem anno* 1747; Propoſito enim Dubio -- *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.* -- Reſponderunt Ampliſſimi Patres -- *In deciſis, & amplius* -- ut in eodem *Vol. XVI. Theſ* Poſt. hæc e re ſua eſſe cenſuit Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ ad S. Margharitæ Vvaldkrirckii, ut Canonicum Stapff ad reſidentiam perſonalem cogeret, monitorium in Tribunali A. C. expedire, quo petebat exequutionem Decretorum ab Eminentiſſimis Patribus. Hoc Monitorium præſentatum fuit Canonico, qui tunc erat in Urbe: ſententiam, ut Capitulum poſtulabat tulit A. C. ſed hæc non movit Canonicum, qui tandem *die 6. menſis Martii anno* 1749. in jus vocatus fuit a Capitulo, ut ei *præfigeretur terminus ad redundum ad ejus Canonicalem reſidentiam ad formam reſcriptorum Sacræ Congregationis, quo elapſo, impertiri licentiam Capitulo inſtanti nominandi alium Canonicum in ſui locum* Præfixus fuit *ad effectum de quo ſupra, terminus unius menſis.*

Non paruit huic Decreto Canonicus Stapff, ideoque expeditum fuit Inſtrumentum Decreti, & Capitulum *die 6 Auguſti anno* 1749. in locum illius nominavit, elegitque Canonicum Franciſcum Joſephum Buiſner, qui tandem *die* 20. *Decembris eodem anno* 1749 in Canonicatu inſtitutus fuit. Canonicus Stapff ignarus, ut jure putandum eſt, eorum, quæ advenerant *menſe Januario anni* 1750. preces obtulit Sacratiſſimo Principi noſtro, quibus poſtulabat, ut declararet *terminum menſis ſibi præfixum* non eſſe rigide interpretandum, addebatque *immo res eſt adhuc integra. dum nemo alius proviſus fuit de eodem Canonicatu, & multo minus ex capite privationis* Annuit Princeps Beneficentiſſimus *die* 28. *Januarii anno* 1750 hoc reſcripto -- *SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER, audita relatione Epiſcopi Conſtantienſis, necnon infra-*

ſtaſcripti Secretarii hujuſmodi oratoris precibus benigne annuit pro Gratia. Adiit hac de re Capitulum eumdem Sacratiſſimum Principem, a quo rejectum fuit ad R. P. D. Secretarium *ad Mentem*, & hanc aperiendo *die 15. Aprilis eodem anno* 1750. hoc latum fuit Decretum *Remiſit inſtantiam ad Sacram Congregationem Concilii ad formam reſcripti SANCTISSIMI, & interim inibuit hinc inde* Cauſa nunc proponitur, tuente Capitulo privationem Canonicatus: ſed viderint Eminentiſſimi Patres, an reſcriptum Sacratiſſimi Principis, non æquitati tantum, ſed juris diſpoſitioni nitatur, cum cautum ſit Decreto Tridentini, qua ratione eundem ſit contra eos, qui abſunt, & contumaces ſunt in abſentia, itaut præfixio illa termini accipienda ſit juxta Tridentini diſpoſitionem. A Canonico Stapff nihil habuimus, Cauſæ Capita duo ſunt.

I. *An prætenſa privatio, & nominatio Capituli ſubſtineatur, ſeu potius ſit exequendum Reſcriptum Sanctiſſimi in caſu &c.* & quatenus negative ad primam, & affirmative ad ſecunndam partem.

II. *An, & a quo tempore debeantur Canonico Stapff fructus, diſtributiones, & alia quæcumque emolumenta Canonicalia in caſu &c.*

Non propoſita.

CIVITATIS CASTELLI CAPPELLANIÆ: Teſtamento, quod condidit anno 1692. Valerius Auguſtinus Salvatorius hæredem ſcripſit Cappellam S. Antonii Patavini ſitam in Eccleſia inferiori Cathedralis Tipherni, data Canonico Florido Salvatorio fratri ſuo, quem Exequutorem nominavit, facultate declarandi onera, conditionis, & pacta, quibus Cappellania erigi deberet, expreſſa tantum voluntate, ut primus Cappellanus nominaretur Canonicus Hyppolitus Novellius, eoque defuncto aliquis e gente Andreoccia. Canonicus Floridus Salvatorius publico Inſtrumento anno 1694, fundavit Cappellaniam, eidemque dotem ex bonis omnibus hæreditariis conſtituit quam auxit ſua pecunia in ſc. 900., declaravitque in eodem Inſtrumento ſe id facere, *per poi ottenere da Monſignor Veſcovo di detta Città di Caſtello l' erezzione della medeſima Cappellania nel miglior modo poſſibile colle dichiarazione, ed altro come ſi dirà*, & ad hanc obtinendam erectionem ab Epiſcopo Procuratorem conſtituit eumdem Canonicum Hyppolitum Novellium. Pacta autem in Inſtrumento adjecta hæc fuerunt -- *Che la ſuddetta Cappellania debba eſſere puramente laicale Juſpatronato di eſſo Sig. Canonico, e delli ſuoi eredi, e Succeſſori, a quali appartenghino in perpetuo le nomine libere di tutti, e ſingoli Cappellani -- Che a Monſignor Veſcovo di Città di Caſtello pro tempore ſpetti l' erezzione di detta Cappella ſenza alcuna minima ſubordinazione alla Dataria Apoſtolica, ne s' acquiſti Jus al detto Monſignor Veſcovo di conferire dette Cappellanie come Benefizio Eccleſiaſtico, ne tampoco d' inſtituire il nominato -- Che detto Cappellano, o Cappellani ſiano amovibili ad nutum, & ad libitum di detto Sig. Canonico, e ſuoi Succeſſori etiam ſine cauſa* -- Ut denique Cappellani onera ſacrorum etiam per alios implere poſſent. *Seſs. 21. cap. 1. de Ref.*

Erectio hujus Cappellaniæ numquam facta fuit ab Epiſcopo, & Canonicus Novellius primus Cappellanus poſſeſſionem fundorum dotalium accepit, & ſacra egit. Deceſſit Canonicus Floridus Salvatorius fundator anno 1699., & Teſtamento, quod condidit, voluit, ut Cappellaniæ hujus, quam *Laicale di ſemplice officiatura, & amovibile ad nutum* nominat, Juſpatronatus ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus in Inſtrumento Fundationis, & Dotis reſervatum, in Blaſium Righium hæredem ſuum, ejuſque filios, & deſcendentes maſculos, iiſque deficientibus, in fœminas earumque filios, & deſcendentes in infinitum tranſiret his conditionibus, ut Canonicus Novellius, & poſt ejus obitum Blaſius Andreoccius amoveri non poſſent a Cappellania, utque *in futuro li Cappellani da nominarſi ſi ſcielgano da diſcendenti in perpetuum del Sig. Biagio Bighi mio erede ancorchè ſemplici Chierici, quali poſſano far celebrare da altri Sacerdoti con l' elemoſina a loro arbitrio, e non eſſendoci alcuno de'*

discendenti suddetti, o offendo ineapaci per difetto d' età debba dal reverendissimo Capitolo della Catedrale di Città di Castello nominarsi un Sacerdote de gremio del Reverendissimo Capitolo, cui Jus nominandi reliquit, defecta penitus descendentia masculina, & fœminina a Blasio Righio.

Post obitum Canonici Novellii Cappellaniam obtinuit Canonicus Andreoccius nominatus a Testatore, qui anno 1716. a Vicario Capitulari literas provisionis hujus Cappellaniæ obtinuit. Defuncto Canonico Andreoccio, Cappellaniam obtinuit ex re Judicata Petrus Catrani descendens a Blasio Righio. Hic autem, cum uxorem ducere velit liberorum quærendorum causa, postulat ab Eminentissimis Patribus, ut declarent, an Cappellania isthæc Beneficium Ecclesiasticum sit, vel simplex legatum pium, & Cappellania Laicalis quam ipse retinere possit in statu conjugali, Auditus fuit Episcopus, qui nihil definit, asseritque dumtaxat erectionem illius factam non fuisse ab Episcopo, & ex tribus Cappellanis duo possessionem illius sine institutione Canonica habuisse, unum, qui fuit Canonicus Andreoccius provisionis literas habuisse a Vicario Capitulari. Disputat nunc igitur Petrus Catrani Cappellaniam hanc esse laicalem, idque probari ex verbis Fundationis, & testamenti, quibus nuncupata fuit *Juspatronatus*, *Cappellania Laicalis*, *simplex officiatura*: Probari etiam, quia erecta non fuerit authoritate Episcopi, sine Canonica institutione conferatur, Cappellani amovibiles sint ad nutum, & excluſum fuerit Jus omne Datariæ Apostolicæ, & Episcoporum Tiphernatum: nihil obesse monstrat, aut erectionem, quam Canonicus Floridus Salvatorius fieri voluit ab Episcopo, aut literas provisionis, quas a Vicario Capitulari habuit Canonicus Andreoccius anno 1716., non dissimile hujus quæstionis exemplum præstat *Causa Ferentina Cappellaniæ* quam dedimus in *Folio Congregationis* habitæ *die* 22. *Augusti transacto anno* 1750. quæque ab Eminentissimis Patribus definita fuit in *Congregatione diei* 19. *Decembris eodem anno* quam sat est ad eorum memoriam revocasse. Pertinet igitur ad eorumdem Eminentissimorum Patrum Jurisprudentiam definitio Dubii, quod proponitur, expediendum.

An Cappellania, de qua agitur, sit mere Laicalis, itaut retineri possit ab Oratore in statu conjugali in casu &c.

Dilata a sequentem.

Die Sabbathi 24. Aprilis 1751.

Sess 24. *c.* 1. *de Ref. Matr.*

NICIEN. MATRIMONII: Postquam in *Congregatione* habita *die* 13. superioris *mensis Februarii* Causa hæc *unanimi* Amplissimorum Patrum consensu fuerat definita, Dubioque, quod erat: *An constet de validitate Matrimonii in casu &c.*: responderat Sacrum Tribunal: *affirmative*, & *amplius*: Baro Cajetanus Tondut *in Congregatione* habita *die* 27. tranfacti *mensis Martii* iterum *audiri* postulavit novarum rationum præsidio: Facta igitur eidem hac potestate ab Eminentissimis Patribus, Causa nunc proponitur, & expediendum est Dubium.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata ad primam omnino.

Sess 21. *c.* 4. *de Ref*

COMEN. DISMEMBRATIONIS: Imperio Eminentissimorum Patrum proponitur hæc Causa, quæ inter Populum Ripariæ, & Præpositum Parochialis Ecclesiæ Bironici agitur, & in qua Præpositus tres numerat Sacri hujus Tribunalis definitiones; Placuit enim Amplissimis Patribus in *ultima Congregatione* habita *die* 27. tranfacti *mensis Martii* rescribere: *dilata ad pri-*

primam post Agnos etiam unica : definiendum itaque nunc est post tot discrimina Dubium.

An sit standum in primo, vel secundo loco decisis in casu &c.

In ultimo loco decisis, & amplius.

CONSTANTIEN. CANONICATUS · Data fuit hæc Causa in *Folio ultimæ Congregationis* habitæ *die* 27. elapsi *mensis Martii*, sed proposita non fuit: Proponetur nunc, ut credimus, & Eminentissimi Patres, repetita lectione *illius Folii*, duo, quæ sequuntur, Capita definire poterunt. *Sess.* 24. *c.* 11 *de Ref.*

I. *An prætensa privatio, & nominatio Capituli subsistineatur, seu potius sit exequendum Rescriptum Sanctissimi in casu &c.*, & quatenus negative ad primam, & affirmative ad secundam partem.

II. *An, & a quo tempore debeantur Canonico Stapff fructus, distributiones, & alia quæcumque emolumenta Canonicalia in casu &c.*

Ad I Negative ad primam partem: Affirmative ad secumdam. Ad II. Quoad fructus Præbendæ deberi pro toto tempore. In reliquis deberi a die redditus ad Residentiam.

CIVITATIS CASTELLI CAPPELLANIÆ : Hæc quoque Causa data fuit in *Folio ultimæ Congregationis die* 27. *Martii*, sed Dominico Catrani dilationem postulante, rescriptum fuit: *Dilata ad sequentem* : Expediendum itaque est Dubium. *Sess.* 21. *c.* 3. *de Ref.*

An Cappellania, de qua agitur, sit mere Laicalis, itaut retinere possit ab Oratore in statu conjugali in casu &c.

Affirmative ad primam partem: Negative ad secundam, & amplius.

COMPOSTELLANA, SEU LUCEN. CENSURARUM : Cum Petrus Rivera de Quiroga Parochus S. Juliani de la Vega, & S. Mariæ de Rubin impar videretur ob senectutem muneri suo obeundo, Angelus Gomez Angujano Vicarius Generalis Lucensis, quem *Provisorem* vocant, die 22. Mensis Octobris anno 1746. ei jussit, ut Sacerdotem nominaret, qui vice sua curam animarum exerceret, idque se facere, & jubere Provisor ait, ut exequeretur Decretum ab Episcopo latum in visitatione. Parochus duos nominavit Sacerdotes, qui facultatem, potestatemque habebant excipiendi Confessiones Sacramentales, nempe Antonium de Gamba, & Marcum Lopez. At Provisor, spreta nominatione facta a Parocho, eoque non audito, die 11. Novembris eodem anno deputavit Vicarium Curatum Sacerdotem Josephum Pineiro, eique assignavit stipendium ducatorum 60, & dimidiæ partis obventionum, quæ dicuntur *del pie del' Altare*. Provocavit illico Parochus ad Metropolitanam Curiam Compostellanam, & literas ab ea obtinuit *Citatoriales*, & *Inhibitoriales*, sed metuens a Provisore Lucensi eas non edidit, petiitque a Provisore, ut amoto Sacerdote Josepho Pineiro, alterum ex Sacerdotibus, quos iterum nominavit, Vicarium Curatum deputaret. Semel, iterum, tertio postulavit id Parochus jure optimo, appellans, nisi id fieret, & petens literas testimoniales appellationis, & decreti, si quod latum fuisset: Frustra tamen; Provisor enim nullum tulit Decretum, neque appellationem rejecit, sed ira percitus jussit, ut Parochus sese in Civitate Lucensi sisteret, & continuo Promotor Fiscalis Parochum senem capularem de criminibus carnis accusavit. Paruit Parochus, venitque in Civitatem Lucensem, eique illico indictum est a Provisore, ut Urbem illam loco carcerum haberet, dum Testes criminum perquirerentur a Pineiro Vicario Curato, qui a Promotore Fiscali Procurator constitutus fuerat in causa criminali. *Sess.* 25. *c.* 13. *de Ref.*

In his

In his anguſtiis Parochus opem, præſidiumque quæſivit ex literis *Citatorialibus*, *& Inhibitorialibus* Curiæ Metropolitanæ, quas ut diximus, obtinuerat quidem, ſed non ediderat; Licet autem Proviſor Lucenſis iis detulerit, & obtemperare ſeſe paratum oſtenderit, Parocho tamen indixit, ut vel ſe in carceribus conſtitueret, vel intra circulum unius diei ſatiſdaret de habendo Civitatem loco carcerum. Rediit itaque Parochus ad Curiam Metropolitanam, & lamentabili hiſtoria narrata obtinuit, ut expedirentur literæ *Compulſoriales* in cauſa civili deputationis Vicarii Curati; & *Citatoriales*, ac *Inhibitoriales* in cauſa criminali, adjecta tamen conditione, ut in carceribus remaneret, donec de criminali cauſa cognoſceretur: Atque his pariter literis obedientiam præſtare ſe paratum eſſe dixit Proviſor Lucenſis, petiitque Parochus, ut priſtinæ libertati reſtitueretur. Sed poſtulatione hac neque admiſſa neque rejecta, Parochus moræ impatiens ſeſe e Civitate Lucenſi arrepta fuga ſubduxit, recepitque in Urbem Compoſtellæ, petiitque a Judice Metropolitano, ut Proviſorem Lucenſem compelleret ad acta tranſmittenda, quibus de utraque oauſa cognoſceretur. Annuit Vicarius Generalis Metropolitanus, data Parocho Civitate pro carceribus. Novis inde literis a Curia Metropolitana datis Proviſor Lucenſis pariturum reſpondit, paruitque, nam traditum fuit integrum Actorum exemplar. Cauſa acta eſt contumace ſemper Promotore Fiſcali Lucenſi, qui in Jus vocatus venire noluit; Lata tandem fuit a Judice Metropolitano ſententia, qua in cauſa civili pronunciatum fuit Parochum eſſe redintegrandum ad exercitium curæ animarum, & removendum eſſe Sacerdotem Joſephum Pineiro, eique ſubſtituendum eſſe alterum ex Sacerdotibus a Parocho nominatis. In Cauſa vero criminali mandavit Judex Acta tradi Promotori Fiſcali, qui, ſi ſua intereſſet, opponeret, atque ageret, interim vero Jus eſſe Parocho domum ſuam repetendi, præſtita cautione de ſe præſentando ad omne Judicis mandatum.

Authoritatem rei Judicatæ accepit hæc Judicis Metropolitani ſententia, cum nullus appellaſſet; Expeditis itaque literis *Exequutorialibus* injunctum fuit Proviſori, aliiſque Officialibus Curiæ Lucenſis *ſub pœna excommunicationis*, ut rem judicatam exequerentur, neve Parochum de impictis criminibus inquietarent. Pariturum ſere more ſuo Proviſor Lucenſis reſpondit, ſed ad eos, qui aderant, converſus minatus eſt Parochum in carceres conjicere, ubi animam emiſiſſet, niſi conſenſum præſtaret deputationi Joſephi Pineiro in Vicarium Curatum, & appellationi renunciaret. Reſcivit id Parochus, & ſibi cavens extra Diœceſim Lucenſem vagabatur, novam quærens opem, præſidiumque a Curia Metropolitana. Aliæ igitur ab eadem datæ fuerunt literæ, quibus injuncta fuit Proviſori Lucenſi, & Joſepho Pineiro exequutio Decretorum, quæ lata fuerant ſecundum Parochum *ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda; ſic ut abſque ulla monitione, quatenus denuo parere detrectaſſent, declarari poſſent excommunicati mediante affixione, & publicatione Cedulonum*. At hæ literæ nihil Parocho profuerunt, juſſit enim Proviſor, ut domus, & bona Parochi venundarentur. Confugit Parochus ad aſylum Curiæ Metropolitanæ petens purgationem attentatorum, & Curia Metropolitana tertio literas dedit, quibus injungebatur exequutio rei Judicatæ *ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ*, neve Proviſor ulla ratione offenderet tabellionem, qui ad Civitatem Lucenſem veniret, ut eaſdem literas exequeretur..

Cum autem tabellio a Curia Metropolitana miſſus tranſiret per Parochiam *de la Vega* reperiit Miniſtros atque Apparitores Curiæ Epiſcopalis Lucenſis, qui domum, & bona Parochi vendebant. Edita igitur commiſſone Curiæ Metropolitanæ vetuit iis, ne id agerent; perventus inde in Civitatem Lucenſem, & mandatis Metropolitani exhibitis Proviſori, in carceres indigniſſime conjuctus fuit, & compedibus vinctus, idemque fatum paulo poſt obtigit Parocho, qui fretus literis Curiæ Metropolitanæ in Civitatem Lucenſem venerat. Hæc ubi ad Archiepiſcopum Compoſtellanum dalata fuerunt,

victa

victa patientia, qua diu minis usus fuerat in hominem sibi nimis arrogantem, quique famoso libello Suffraganeos omnes ad seditionem incendere ausus fuerat, ad vindicandum Jus Metropoliticum, læsamque authoritatem Archiepiscopalem Executores misit in Civitatem Lucensem, ut prævia monitione Provisorem excommunicatum denunciarent affixis *Cedulonibus* per loca publica Civitatis. Adventu Exequutorum latitare cæpit Provisor declinaturus personalem citationem; necesse itaque fuit eumdem domi citare tanta Fratris illius audacia, ut carceres minitari ausus fuerit *omnibus, qui expedirentur a Domino Metropolitano, & cum eo met, si auderet personaliter venire ad faciendas aliquas diligentias*, ideoque Commissarii Archiepiscopi Provisorem publice excommunicatum declararunt affixis *Cedulonibus* in locis publicis,

Nihil commotus Provisor, spreta declaratoria excommunicationis, Jurisdictionem exercere, choro interesse, & sacra agere ausus est, jus sibi dicens etiam de censuris magno scandalo universæ Compostellanæ Provinciæ. Frustra censuræ aggravatæ, & reaggravatæ fuerunt a Curia Metropolitana; non resipuit Provisor, sed *Cedulones* ejus mandato defixi fuerunt, & licet iterum affixi fuerint, impavidus Provisor nullum obedientiæ, nullum resipiscentiæ signum præstitit. Ut igitur durities hæc Provisoris frangatur, Promotor Fiscalis Metropolitanæ Curiæ eumdem Provisorem in Jus vocavit coram R.P. D. Auditore Sanctissimi, ut declararetur eum incidisse in pœnas a Sacris Canonibus statutas adversus eos, qui in censuris insordescunt. Data fuit a R. P. D. Auditore Sanctissimi rei cognitio Amplissimis Patribus, & Provisor ne *absolutionem* quidem *ad cautelam* hactenus petiit. Duo itaque dubia proponuntur. & longum nimis esset rationes colligere post longam facti narrationem: Legent eas Eminentissimi Patres in libello Promotoris Fiscalis Curiæ Metropolitanæ; nihil enim habuimus a Provisore. Dubia sunt.

I. *An Censuræ subsistneantur in casu &c.* & quatenus negative.

II. *An sit locus novæ declaratoriæ Censurarum in casu &c.*

Negative ad utrumque, & Procurator Lucensis moneatus juxta mentem.

CONVERSANA JURISDICTIONIS: Dedimus hanc Causam, quæ XXVI. Dubiis collecta est in *Folio Congregationis* habitæ *die* 13. transacti *Mensis Martii*, sed ea die proponi non potuit: Dilationem petebant Carmelitæ, sed hac temporis accessione parati fortasse erunt ad pugnam. Subjicimus itaque Dubia ab Eminentissimis Patribus expedienda. *Sess. 25. c. 5. 7. 9. 11. & 17. de Reg.*

I. *An &c.*

Dilata, & proponatur omnino in sequenti.

SANCTI MARCI SOLUTIONIS QUARTÆ DECIMARUM: Licet Clerus, & Parochialis Ecclesia Oppidi Mattosellonis Diœceseos Sancti Marci ex Decimis, quæ a Civibus solvuntur, nonisi tumulos triginta quinque frumenti quotannis percipiant, ex his tamen quindecim præstat Episcopo ratione quartæ Decimarum eidem debitæ. Postulavit itaque Clerus ab hoc Sacro Tribunali, ut hæc annua præstatio minueretur ad quantitatem a Jure præfinitam. Auditus Episcopus respondit vera hæc esse, sed redditus Mensæ Episcopalis tenues esse, & inæqualem præstationem hujus quartæ Decimarum; plurimas enim suæ Diœceseos Parochias numerat, quæ tenuem frumenti portionem præstant, licet maxima sit, quam titulo, & nomine Decimarum percipiunt: Colligit igitur *vel immutandum esse statum omnium Paræciarum, & ad unam, eamdemque rationem reducendam, augendo nempe Jus quartæ in aliis Parochiis pinguioribus eadem ratione, qua in Terra Mattosellonis minui contigerit, vel in illa, sicut & in omnibus* *Sess. 25. c. 12. de Ref.*

bus aliis ſolitum ſervandum fore. Cauſa nunc proponitur, & Clerus diſputat ex Decimis Parochialibus nonniſi quartam partem Epiſcopi eſſe præſtandam, ut eſt in *cap. conquerente de offic. ordin. cap. quoniam ibique Fagnan. n. 5. cap. dudum de Decim. cap. quarta de Præſcript. Barboſ. de Jur. Eccleſiaſtic. lib. 3. cap. 20. num. 12. Cardin. de Luca de decim. diſc. 17. n. 13.* Quartam autem eam deberi Epiſcopis, quæ ſingulis annis ab Eccleſiis percipitur nomine Decimarum, ut explicant *Joann. Andr. in dicto cap. conquærente n. 4. Fagnanus in dicto cap. quoniam num. 15. Barboſ. dicto cap. 20.*, ideoque conſequens apertum eſſe, ut, ſi Clerus annis ſingulis percipit Decimarum nomine tumulos triginta quinque, nequeat Epiſcopus tumulos quindecim, ſed quartam partem tumulorum triginta quinque ſingulis annis exigere: Æquum eſſe, ut ſi inæqualis eſt quartæ hujus præſtatio, ad æqualitatem redigatur, quæ pluris habent minus ſolvent, ne quæ vero minus habent plus ſolvant Eccleſiæ: Agat igitur Epiſcopus, ſuoque Jure utatur; quartam exigat æqualiter ab omnibus Eccleſiis Parochialibus; nullam denique habendam eſſe rationem de cæteris redditibus, quos in ſumma ducat. 100. præter Decimas habet Eccleſia Parochialis Mattofellonis; abſumuntur enim in ſtipendiis Sacrorum, Suppellectili Eccleſiæ, penſione Seminarii, Cathedratico, aliiſque hujus generis oneribus, ideoque de his nulla habenda ratio eſt pro ſtatuenda quarta Decimarum *cap. novum genus de decim. Barboſ. Vot. deciſ. lib. 2. vot. 41. num. 7.* Hæc Clerus. Unum eſt Cauſæ Caput.

An, & in qua quantitate ſit ſolvenda quarta Decimarum in caſu &c.

Dilata ad primam poſt proximam.

Seſſ. 14. a. 7. ae Ref.

OSTUNEN REINTEGRATIONIS AD PARTICIPATIONEM: Hora ſecunda noctis, quæ ſequuta eſt diem 28. Novembris anno 1733., pluribus vulneribus confoſſus fuit, quibus inde obiit, Petrus Memmola Sacerdos Matricis, Parochialis, & Receptivæ Eccleſiæ Oppidi Sancti Viti Diœceſeos Oſtunenſis, & Vicarius Foraneus Epiſcopi. Tanti criminis ſuſpicio cecidit in Maximilianum Nardellium, & Dominicum Donatum Carellam ejuſdem Parochialis, & Receptivæ Eccleſiæ Sacerdotes, qui vix patrato hoc ſacrilego facinore, fuga ſeſe ab Oppido ſubduxerant. Capitulum ejuſdem Matricis, & Parochialis Eccleſiæ eorum nomina delevit e Canone, & Sacra, quæ ab ipſis agi debebant, aliis Sacerdotibus ejuſdem Receptivæ Eccleſiæ tribuit agenda. Curia Epiſcopalis Oſtunenſis contra eos ſententiam tulit excommunicationis, a qua tamen pluries ex facultate mandata a Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium abſoluti fuerunt ab Epiſcopo cum *reincidentia*. Huc illuc per quinquennium profugi, tandem depoſito metu, die 20 menſis Auguſti anno 1738. ſeſe in carceribus Epiſcopalibus ſponte ſua conſtituerunt, ſed licet conſtantiſſime facinus horrendum negaſſent, licet a conſanguineis occiſi Sacerdotis conſenſum impetraſſent, damnati tamen fuerunt *ad exulandum per annos decem a Civitate, & Diœceſi, & ad diſtantiam viginti milliarum a tota Provincia Hydruntina*. Ab excommunicatione inde abſoluti fuerunt, & ſententiam, Judiciumque in eos latum agnoſcentes, obligationem emiſerunt *de finibus exilii ſervandis*. Anno denique 1742. lata ſententia ab exilio nimis clementer revocati fuerunt. Poſtularunt pluries ab hoc Sacro Tribunali diſpenſationem ab irregularitate, rejecti ſemper, & die 12 Maii anno 1746 libello ab iis dato reſcriptum fuit -- *Supplicent poſt expletum decennium a die condemnationis* -- & rurſus die 10. Martii ſequenti anno 1747. -- *In Decretis, & ſupplicent poſt expletam pœnam, & concordato Fiſco*.

Impleto decennio preces iterum obtulerunt petentes diſpenſationem ab irregularitate; auditoque novo Epiſcopo Oſtunenſi, reſcriptum fuit die prima Martii anno 1749. -- *pro Gratia abſolutionis, & diſpenſationis, dummod*

Miſſas

Missas lectas tantum celebrent, & non solemnes in privata Ecclesia, & extra Parochialem, & Matricem. Ex hoc rescripto animum erexerunt, & postularunt, ut iterum in Canonem Matricis, Parochialis, & Receptivæ Ecclesiæ referrentur, & ad participationem Missæ Capitularis admitterentur. Lecto Sacri hujus Tribunalis rescripto Sacerdotûm Participantium suffragiis rejecti fuerunt, statuitque Capitulum, ut audiretur sententia Sacri hujus Tribunalis, cui novas preces obtulerant Nardellius, & Carella, Episcopus, qui de his novis precibus consultus fuit, Cancellarium misit in Oppidum Sancti Viti, ut Testium dicta, & utriusque Partis probationes excipere. Audivit Cancellarius Testes editos a Nardellio, & Carella: Articulos datos a Procuratore Capituli, ejusque Testes audire, & excipere recusavit, monitis Capitularibus, ut coram Episcopo venirent *cum eorum Advocatis, & Procuratoribus ad dicendum, allegandum, opponendum quidquid dicere, opponere, & allegare vellent*. Respondit tandem Episcopus, animique sui sententiam aperuit secundum Nardellium, & Carellam: scripsit onera sacrorum Matricis illius, Parochialis, & Receptivæ Ecclesiæ impleri posse extra illam, licet contrarium voluerint Fundatores, & Testatores: Ait consuetudinem esse in illa Ecclesia, ut discedentes ob crimina jus habeant, si redeunt, ad reintegrationem, & participes esse possint; hanc tamen consuetudinem negat Capitulum, eamque, si adesse probaretur, accipiendam esse ait de absentibus ob levia delicta, qui inde redeant, non vero de iis, qui atrocissima admiserunt, quale hoc est, de quo inquinati sunt Nardellius, & Carella, nulla enim extat memoria a Sacerdotibus hujus Capituli indignissimum hoc scelus patratum fuisse, ut numquam initium habere potuerit consuetudo, de qua Episcopus, quæ ex repetitis actibus constare deberet, ut nemo unus ignorat.

Quod vero Episcopus manutenendos esse censeat Nardellium, & Carellam in quasi possessione participationis, & putet *ad discordias, & lites precidendas extendendam esse gratiam Oratorum, ut liceat ipsis Missas quoque non tamen cantatas in dicta Ecclesia Receptitia, quæ Matrix est, celebrare, ut sic sublata discordiæ, & litis causa, pax invicem componatur atque omnes mutua dilectione se confoveant* abesse prorsus a Juris placitis monstrat Capitulum; custodiri enim non potest possessio illa, a qua Nardellius, & Carella Jure ceciderunt; Atrocitatem hujus criminis, & pœnas a Sacrorum Canonum providentia inflictas iis, qui Sacerdotem necant, memorant, ut cognoscatur devium esse a Jure, & praxi Tribunalium, ut Gratia possit extendi, & criminosi illi ad participationem sint reintegrandi. Hæc Capitulum, a Nardellio, & Carella nihil habuimus. Duo sunt Causæ Capita.

I. *An favore Maximiliani Nardelli, & Dominici Donati Carella sit locus extensioni Gratiæ super facultate celebrandi Missas in quibuscumque Ecclesiis etiam Parochialibus.*

II. *An, a quo tempore eisdem competat reintegratio ad participationem in Ecclesia Receptitia Terræ Sancti Viti in casu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Competere a die obtentæ gratiæ quoad Chorum, & Horas Canonicas tantum.

PISTORIEN. Spe Sobolis suscipiendæ ab infœcunda Uxore dejectus Petrus Franciscus Franchinius Faviani nobilis Pistoriensis anno 1651. chirographum scripsit, ut Joannes Maria ejus frater nubere posset, quo numeratis bonis, quæ cum fratre possederat, & diviserat, declaravit ea maxima ex parte subjecta esse fideicommissis majorum, revocavit divisionem factam cum fratre, promisitque se aliam non ducturum Uxorem, si quam habebat, prædecessisset, ut succedere possent fratris filii. Matrimonium itaque contraxit Joannes Maria, sed paulo inde decessit relicta Uxore, quæ utero gerebat, quæque inde filium enixa est, qui Patris Joannis Mariæ nomen

Sess. 25. c. 4 de Ref.

 suscepit.

fuſcepit. Orta inter Petrum Franciſcum, & Pupilli Matrem controverſia de tutela, alia peperit inter eos diſſidia, quæ in Pupilli detrimentum ceſſerunt, nam Petrus Franciſcus anno 1677. teſtamento, quod condidit, oblitus iis, quæ ſcripſerat in chirographo, hæredem inſtituit Sodalitium laicorum erectum in Eccleſia Sancti Proſperi, vulgo nuncupatum -- *delli Trentatre* -- his datis oneribus -- *di fare ogn' anno nel dì, che ſarà ſucceſſa la morte di eſſo Teſtatore, celebrare un Trenteſimo di 29. Meſſe piane &c., ed una cantata, di far fare a tre Sacerdoti tre quotidiane Officiature, quali Sacerdoti ſiano obligati di celebrare &c. ogni giorno nella Chieſa di San Proſpero una Meſſa &c., e devino conſeguire per lor ſalario, ed elemoſina la ſomma di ſcudi 40. ogn' anno per ciaſcheduno &c. Item di far fare due altre ſimili Officiature da ſodisfarſi, e farſi ſodisfare da figliuoli del quondam Signor Atto di Bartolomeo Arfaroli ſuoi Nipoti di Sorella, e da i loro diſcendenti in infinito, laſciando all' iſteſſi per ragion di legato, e non altrimenti &c. il Juſpadronato da durare in perpetuo nella loro deſcendenza.*

Poſt hæc converſus Teſtator ad Gentem ſuam, & Pupillum Joannem Mariam Fratris filium hæc dixit, quæ longiuſcula licet, neceſſario tamen ſunt apponenda -- *Item ordino, e commando per utile, e ſollievo della Famiglia de Franchini Taviani, e ſpecialmente del Signor Gio: Maria ſuo Nipote, e ſuoi Figlj, e diſcendenti, che li ſuddetti ſuoi Eredi riſpettivamente iſtituiti, e ſurrogati devino, e ſiano obligati conſegnare, e dare ogn' anno in mano dell' infraſcritti ſuoi Signori Eſecutori la ſomma, e quantità di ſcudi 300. di denari dell' entrate della ſua eredità; quali Signori Eſecutori nel termine di un meſe dal dì, che averanno ricevuto la ſomma predetta di ſcudi 300., devino quella impiegare in compra di Luogi di Monte di Roma non Vacabili, aggravando la loro coſcienza, mentre non eſguiſſero nella forma predetta, imponendo anche all' iſteſſi il procurare, che li frutti, che correranno d' anno in anno, s' impieghino ſimilmente in altri di detti Luogi a fine, che tanto di detti Capitali, e frutti che creſceranno ogn' anno, e che ſi augumenteranno, e che ſaranno reſpettivamente creſciuti, ed augumentati, ſe ne faccia un Peculio, e Maſſa à favore della Caſa de Franchini Taviani; acciò dalla ſopradetta Maſſa, e Peculio, quando ſaranno in detta Famiglia figlie da maritare, e monacare, ſe ne cavino le doti per l' iſteſſe in queſto modo, e forma, cioe per ciaſchedana di eſſe figlie, che ſi mariterà, ſi eſtragga dalla detta Maſſa, o Peculio eſiſtente ſu li predetti Monti di Roma la ſomma di ſcudi due mila, e quella li ſi aſſegnerà per ſua dote, e per ciaſcheduna figliuola, che ſi farà Monaca, ſi eſtragga ſimilmente la ſomma di ſcudi 700. per la ſua dote, e corredi.*

Pergit Teſtator, atque inquit -- *Item ordinò, e volſe, che l' ultimo de deſcendenti maſchi &c della predetta famiglia de' Franchini Taviani poſſa a ſuo beneplacito diſporre d' ogni avanzo, che in quel tempo ſi trovaſſe eſiſtere in detto Peculio, e cumulo fatto come ſopra pervenuto in lui, conſtituendolo, e dichiarandolo aſſoluto Padrone di detta proprietà, e frutti, come ſopra, cumulati ſu li Monti predetti &c. Eſtinta poi, e mancata la predetta deſcendenza, e famiglia de' Franchini Taviani, in tal caſo ordinò, e volſe, che gli medeſimi ſuoi Eredi &c. depoſitino non più in mano di detti Signori Eſecutori i frutti, ma in ſul Monte della Pietà di Piſtoja &c. ogni anno la ſudetta ſomma di ſcudi 300. ad effetto di doverſi fare eſtrarre ſimilmente due doti &c.* -- His ita diſpoſitis, voluit Teſtator, ut, quod reliquum erat ex redditibus hæreditatis, partim Sacrario pro cera, vino, & veſtibus, aliiſque neceſſariis pro Sacris quinque Officiaturarum, partim perſonis iis, qui fructus hæreditatis colligere debebant, ſolveretur, partim denique in eleemoſynas, alioſque Pios uſus erogaretur. Defuncto Teſtatore, lis primum in poſſeſſorio Judicio, inde in petitorio acta eſt inter Matrem, ac Tutricem Pupilli Jo: Mariæ, & Sodalitium, ſeu Congregationem *delli Trentatre*, contendente Tutrice nullum fuiſſe teſtamentum

mentum ob chirographum ſcriptum a Petro Franciſco, cum Jo: Maria frater uxorem duxit, &, quia cum bona maxima ex parte eſſent fideicommiſſis majorum obnoxia, non poſſet Petrus Franciſcus de iis diſponere.

Sopita fuit hæc controverſia tranſactione inita anno 1689. in qua ſuppoſitum fuit multiplicum ſcut. 300. ſingulis annis faciendum favore filiarum dotandarum familiæ Franchiniæ Taviani, explendum eſſe ex reſiduo hæreditatis Teſtatoris. Convenerunt igitur Sodales, & Tutrix, ac Pupillus, ſervatis omnibus Juris ſolemnitis, ut Sodalitium tot bona hæreditaria retineret, quot ſatis eſſent pro implendis oneribus perpetuis a Teſtatore relictis, & præſertim illo quinque Officiaturarum, reliquum vero aſſignaretur Tutrici, Pupilloque loco multiplici, ſuſcepta a Tutrice, & Pupillo obligatione præſtandi dotes ex fructibus bonorum, quæ eis obvenirent, detractis iis, quæ retineri debebant a Sodalitio, atque ita abiit in auras, non facto multiplico, Providentia Teſtatoris, & legatum illud tot, quæ ſupra dedimus verbis expreſſum: Pactum quoque illud conventum fuit, ut, ſi forte bona hæreditaria, quæ retinebantur a Sodalitio tot redditus non præſtarent, quot ſatis eſſent oneribus implendis, tenerentur Franchinii Taviani ſupplere fructibus reliquorum bonorum. Tranſactio hæc confirmata fuit a Sacro hoc Tribunali, & Brevi Venerabilis Servi Dei Innocentii XI. ſervata fuit tranſactio ad hæc uſque tempora; ſed diminutis redditibus bonorum, quæ Sodalitium retinuit pro implemento onerum quinque Officiaturarum, coactus fuit Joannes Maria ex pacto in tranſactione convento ſupplere, & præſtatio hæc quotannis eſt in ſcut. 40. Cenſuit igitur Joannes Maria preces offerre Sacro huic Tribunali anno 1748., quibus petebat, ut cum prædium nuncupatum *Volpacchiana*, quod ei unice obvenit ex eadem tranſactione detrimentum acceperit, itaut cum eo tempore redderet annua ſcut. 90., nunc vix reddat annua ſc. 72., tranſactio illa anni 1689., quæ ad iniquitatem vergebat, redigeretur ad æqualitatem. Auditus fuit de his precibus Epiſcopus Piſtorienſis; ſed defuncto interim Joanne Maria filii ejuſdem, qui ultimi ſunt Familiæ, adito Sacratiſſimo Principe noſtro, obtinuerunt, ut Sacro huic Tribunali injungerentur facultates omnes *pro aperitione oris*, ne obſtaculum ſit a Brevi Innocentiano.

Epiſcopus veram eſſe refert diminutionem fructuum omnium bonorum, quæ Teſtator reliquit, idque ſine ulla culpa, aut Sodalium, aut Jo: Mariæ: deminutionem prædii *Volpacchiana* tum in pretio, tum in redditu eveniſſe, exundantibus duobus fluminibus, quibus, ambitur; Peritorum quoque teſtificationes adjecit de veteri ejuſdem redditu, & de pretio ejuſdem prædii; Cenſet autem *in his circumſtantiis indulgendum eſſe Supplicantibus mediante aliquali aquitativa reductione Millarum, & Officiaturarum non obſtante tranſactione anni* 1689., & hanc ſuam ſententiam generalibus, & ſpecialibus rationibus confirmat. Sodales Congregationis *delli Trentatre* folium dederunt Epiſcopo, qui illud Epiſtolæ ſuæ annexuit, quo factum narrant, & ex eo Epiſcopus refert eos *æquo, libentique animo receptaros quamcumque reſolutionem magis beneviſam Sacræ Congregationi, vel habito reſpectu ad Juſtitiam, vel ad æquitatem, vel demum ad gratiam, attento quod eadem Societas nullum aliud in hoc habet intereſſe, quam nominandi Cappellanos ad Officiaturas relictas in teſtamento dicti Petri Franciſci Taviani*: Addit folium Sodales curaturos, *che ſia puntualmente eſeguita la di lui volontà riſpetto a i Legati Pii laſciati nel di lui teſtamento, ma ſempre in quei termini, che più ſaranno conformi al giuſto, e di minor poſſibile pregiudizio a chi che ſia*. Cauſa nunc igitur, nullo contradicente, proponitur, quæ ratio fuit, ut ipſe teſtamenti verba de Multiplico, quod numquam initium habuit, & factum hujus Cauſæ integre dederimus, ut oculis Eminentiſſimorum Patrum omnia ſubjiciantur.

Diſputant Fratres Franchinii Taviani filii Jo: Mariæ tranſactionem initam anno 1689. inter Tutricem, & Sodalitium non ſubſtineri; diſputant non te-

neri ad ſupplendos redditus annuos, qui Sodalitio deficiunt pro implendis oneribus Sacrorum, ſed onera illa eſſe reducenda: nullam dicunt tranſactionem, quia falſo ſuppoſitum fuerit multiplicum annuum ſc. 300. faciendum eſſe iis fructibus hæreditatis, qui ſupereſſent deductis cæteris oneribus, cum conſtet ex teſtamento legatum directo datum fuiſſe Familiæ, neque alio loco Teſtator de reſiduis fructibus mentionem habuit, niſi poſtrema teſtamenti parte, qua conſulere voluit Sacrario, & Eccleſiæ: Læſivam eamdem tranſactionem eſſe, quia, diminutis fructibus prædii *Volpacchiana*, venerit ad eum caſum, a quo incipere non poterat, neque mutare; ſervatam eam fuiſſe annis 60., cum quæ nulla ſunt, tempore non convaleſcant, & quia ipſi, qui ex propria perſona ad multiplici proprietatem veniunt, affici non poſſint tranſactione illa, pactiſque cum Patre, & Tutrice conventis; Reductioni vero locum eſſe, quia iniquum ſit eos dumtaxat ferre debere detrimentum, quod obtigit univerſæ hæreditati, diminutis redditibus ſine eorum culpa; æquum igitur eſſe, ut proportione aritmetica damnum inter Sodalitium, & Familiam Franchiniam Taviani partiatur, ita etiam jubente diſpoſitione Juris, quæ vult hæredem, & legatarium pati debere per contributum hæreditariarum rerum deminutionem. Hæc Fratres Franchinii Taviani.

Addit Epiſcopus in Epiſtola ſua *Canonicum Attonem Equitem Franciſcum, & Abbatem Antonium Fratres de Arfarolis, qui ex Teſtamento Petri Franciſci Taviani habent Juſpatronatus duarum ex quinque Officiaturis* veniſſe coram eo, *& oppoſuiſſe petitæ per Tavianos Oratores reductioni Miſſarum pro illa parte ſaltem, quæ reſpicit eorum intereſſe ſub fundamento, quod dictum Juſpatronatus ſuper duabus Officiaturis relictum fuit a Teſtatore ex ſpeciali affectione eorum authoribus, ut pote ejuſdem ex ſorore nepotibus, & etiam ad effectum illos exonerandi a ſolutione fructuum duorum cenſuum ab eiſdem Arfarolis venditorum dicto Petro Franciſco in capitali lib.* 22000., *& in annuo fructu ſcutorum ſeptuagintatrium circiter ſumma fere correſpectiva annuali ſolutioni ſc.* 80. *quam Societas de' Trentatre, in quam uti hæredem tranſierunt Jura dictorum cenſuum quotannis ſolvit Arfarolis pro eleemoſynis duarum Officiaturarum*: concludit igitur Epiſcopus: *quam petitionem, quamquam non requiſitus fuerim, notam reddere arbitratus ſum EE. VV., ut illam vel amplectantur, vel reijciant, vel quatenus credant locum eſſe, aut ex æquitate, aut ex gratia reductioni Officiaturarum, vel ex quinque ad quatuor, vel proportionabiliter ad quantitatem reddituum bonorum, quæ per Societatem Trigintatrium Fratrum adminiſtrantur, reſcribant, arbitrio ejuſdem Societatis remittendam eſſe electionem Cappellanorum in caſu reductionis, ſalvis Juribus Fratrum de Arfarolis, vel quomodo pro eorum ſumma prudentia ſatius eſſe judicaverint.*

Hæc in Cauſa ſunt. Duo ſunt Cauſæ Capita.

I. *An tranſatio inita anno 1689. cum venerabili Confraternitate delli Trentatre Civitatis Piſtorienſis a Familia Franchini Taviani ſubſtineatur in omnibus ſuis partibus?* Et quatenus negative.

I. *An deſcendentes de dicta Familia Franchini Taviani teneantur ex redditibus ſibi in tranſactione obventis ſupplere onera Miſſarum impoſita dictæ ven. Confraternitati, ſive potius ſit locus eorumdem onerum reductioni in Caſu &c.*

Dilata, & ſcribatur Epiſcopo juxta Inſtructionem.

Die Sabbati 8. Maii 1751.

DUæ, quæ ſequuntur, Cauſæ in ultima Ampliſſimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 24. tranſacti *menſis Aprilis* dilationem *ad hanc Congregationem* obtinue-

obtinuerunt: Rogantur itaque Eminentiſſimi Patres, ut ad eas definiendas *Folium* illius *Congregationis* iterum conſulant.

NICIEN. MATRIMONII, cujus Caput eſt. *Seſſ.24. cap.1. de Ref. matr.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Non propoſita.

CONVERSANA JURISDICTIONIS, in qua XXVI. Dubia diſputantur ut in folio Congreg. diei 13. Martii. Quibus reſponſum fuit. *Seſſ.25.c.5 7. 9. 11. & 17. de Reg.*

Ad I Negative. Ad II. Affirmative. Ad III. Negative ad primam partem: Affirmative. ad ſecundam. Ad IV. Negative ad primam partem: Affirmative ad ſecundam. Ad V. Dentur decreta. Ad VI. Negative ad primam partem: Affirmative ad ſecundam. Ad VII Negative excepto caſu Viſitationis faciendæ ſemel in anno. Ad VIII. Negative ad primam partem: Affirmative ad ſecundam. Ad IX. Concedendas eſſe ad tempus limitatum, Ad X. Negative ad primam partem: Affirmative ad ſecundam. Ad XI. Affirmative. Ad XII. Negative. Ad XIII. Affirmative pro ſolis Monialibus, & clauſis Januis. Ad XIV. Affirmative quoad ordines publicandos per Edictum. Ad XV. Negative. Ad XVI. Quoad primam partem ſpectare ad Epiſcopum in caſibus non reſervatis S. Sedi, quo vero ad ſecundam ſpectare ad Epiſcopum in percuſſionibus gravibus tantum. Ad XVII. Affirmative juxta decretum in Licien. Ad XVIII. Affirmative. Ad XIX. Affirmative onerata conſcientia Epiſcopi. Ad XX. Negative. Ad XXI., XXII., & XXIII. Affirmative. Ad XXIV. Omnia ſpectare ad Epiſcopum. Ad XXV. Negative. Ad XXVI. Spectare ad Epiſcopum.

CASTELLANETEN. Species hujus Cauſæ, quæ agitur inter Epiſcopum Caſtellanetæ, & Archidiaconum. Theſaurarium, & Cantorem Eccleſiæ Cathedralis Exequutores Teſtamentarios Sacerdotis Joannis Juvenazzi repetenda eſt ex *Folio Congregationis* habitæ *die 16. Martii anno 1748.* quod in lucem hominum editum fuit *Volum. XVII. Theſaur, Reſolution. Sacra Congregationis* ubi duabus Cauſis altera *Caſtellaneten. Subſidiorum*, altera *Caſtellaneten.* factum integrum dedimus. Proponi hæ duæ Cauſæ illa die non potuerunt, ſed propoſitæ, & definitæ fuerunt in *Congregatione* habita *die 27. Aprilis eodem anno*. Earum Prima definita fuit reſponſo -- *Subſidium deberi Catharinæ la Fratta* -- nec de ea quæritur amplius, ſubſidium enim Catharinæ datum fuit, & nova ſubſidii præſtatione nova lis exorta eſt, de qua agamus inferiore loco in alia Cauſa *Caſtellaneten. Dotis*: Altera vero Cauſa, que inter Exequutores agitur, definita pariter fuit in eadem *Congregatione diei 27. Aprilis* propoſitis VIII. Dubiis, quibus collecta fuerat. *I. An Epiſcopus Caſtellanetæ valeat eligere, ſive deputare Defenſorem ad tuenda Jura Pii Montis Juvenazzi, de quo agitur, & quatenus Affirmative. II. An eidem Defenſori aliquod debeatur ſalarium? III. An aliquo occurrente diſſidio ſuper admittendorum qualitate, illud extrajudicialiter, ſive potius judicialiter dirimi debeat?* Et quatenus affirmative quoad primam partem. *IV. An attendenda ſit reſolutio majoris partis Exequutorum & quid in paritate ſuffragiorum? V. An Epiſcopo in diſtributione, ſeu adjudicatione ſubſidiorum extrajudicialiter vel judicialiter procedente, aliqua, ipſi, ſive ejus Miniſtris debeantur emolumenta, & quæ in caſu &c? VI. An ſchedula diſtributionis ſubſidiorum ſuſcribenda ſit a ſolo Epiſcopo, vel ab aliis Exequutoribus VII. An geſta per Archidiaconum Sebaſtianum Patrone, Theſaurarium Hieronymum Plageſe, & Cantorem Nicolaum Tria aſſ. Exequutores Pii Montis ſint nulla in caſu &c.*, & quatenus affirmative. *VIII. An iidem inciderint in cenſuras, vel in alias pœnas in caſu &c.*, reſpondit his Sacrum Tribunal-- *Seſſ.22. cap.9 de Ref.*

Ad I.

Ad I. Negative. Ad II. Proviſum in primo. Ad III. Affirmativæ ad primam partem negative ad ſecundam. Ad IV. Affirmative ad primam partem, & quoad ſecundam procedendum eſſe per ſortes. Ad V. Negative ad primam partem affirmative ad ſecundam juxta Taxam Innocentianam. Ad VI. ſubſcribendam eſſe ab omnibus Ad VII. Affirmative, & impoſterum nominationem faciendam eſſe collegialiter. Ad VIII. Negative, & ad mentem. Poſt trium annorum ſilentium retractari has definitiones poſtulat Epiſcopus, & nunc decernendum eſt ex his, quæ proponuntur.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis in omnibus & amplius.

Seſſ. 25. cap. 13. de Ref.

TRIVENTINA JURIUM PAROCHIALIUM: Data fuit hæc Cauſa in *Folio Cangregationis* habitæ *die* 13 ſuperioris *menſis Martii*, ſed proponi non potuit. Propoſita fuit, & definita in *Congregatione* habita *die* 27 *ejuſdem menſis*. Tria illius erant Capita. *I. An, & in qua parte ſit ſtandum vel recedendum a deciſis ſuper Dubiis I. II. III. reſolutis die* 28. *Januarii* 1741. *in caſu &c. II. An, & ad quem ſpectent Functiones Parochiales in Eccleſiis, & locis extra Mœnia, & parte Territorii correſpondentis diſtrictui Parochiæ Sancti Petri in caſu &c. III. An conſtet de attentatis quomodo, & a quo vel a quibus ſint purganda in caſu &c.* Reſpondit Sacrum Tribunal -- *Ad I. in deciſis, & amplius. Ad II. Spectare ad Parochum Sancti Petri. Ad III. Negative* -- Ad novum venit Judicium Archipresbyter, cui diſplicuit definitio hæc ſecundi, & tertii Dubii, & nunc reſpondendum eſt.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis quoad II. & III. dubium in caſu &c.

In deciſis, & amplius,

Seſſ. 22. c. 9. de Reformat. Seſſ. 25. c. 13. de Regular. Seſſ. 25. cap. 8. de Ref.

VASIONEN. Vetuſtiſſimum Noſocomium, & Zenodochium, quod Vaſione Piorum largitionibus extructum fuit cum Eccleſia, & Turri Campanaria laudatiſſimus ille doctiſque omnibus cognitiſſimus Joſeph. Maria Suareſius Vaſionenſis Epiſcopus, cujus nomen nulla ætas, nulla unquam oblivio delere poterit, pecunia ſua reſtituit anno 1692., pluribuſque editis decretis removit Adminiſtratores, alioſque ſuffecit. Idem factum fuit ab Epiſcopo Generio anno 1690., latis in viſitatione decretis. quibus expulit eum, qui redditus omnes exigebat, præſentibus Civitatis Conſulibus, & in ejecti locum ſubſtituit Canonicum Cathedralis Eccleſiæ. Eadem in hoc Hoſpitali Juriſdictione uſi ſunt Epiſcopi alii. Anno ſiquidem 1704. Epiſcopus Gualterius pro recta Adminiſtratione, & regimine ejuſdem, Civitate aſſenſum ſuum præſtante Congregationem VIII. Virûm inſtituit, quorum quatuor eſſent Eccleſiaſtici, duo perpetui Præpoſitus, & Parochus Cathedralis Eccleſiæ Vaſionenſis, duo annarii, & amovibiles; quatuor vero Laici, duo perpetui Conſul, & Exconſul Civitatis, duo annarii pariter, & amovibiles. Hæc Congregatio VIII. Virûm, quæ coram ipſo Epiſcopo, aut ejus Vicario, Generali habebatur, defecit anno 1714. exortis inter Laicos, & Eccleſiaſticos diſſidiis, ideoque idem Epiſcopus Gualterius novam inſtituendam eſſe cenſuit Congregationem, quæ VI. Viris conſtaret, duabus nempe Dignitatibus Eccleſiæ Cathedralis, & quatuor Laicis, quos inter duo eſſent Exconſules Civitatis, reliqui ex primo, & ultimo Civium Ordine; hos autem VI. Viros Concilium Civitatis eligeret præſente Vicario Generali, ut a VI. Rectoribus, & Civitate eligeretur, qui redditus Hoſpitalis exigeret, & Depoſitarius, qui coram Epiſcopo obligationem emitterent de fideliter adminiſtrando, impletoque anno rationem redderent, neglecta vero a Rectoribus, & Civitate horum electione, Jus eos eligendi ad Epiſcopum devolveretur. Hæc omnia tranſactione conventa fuerunt; additum eſt ut pro regimine Hoſpitalis Statuta ab Epiſcopo conderentur.

Sta-

Statuta hæc condita fuerunt, & quia non omnium, quæ evenire possunt, ratio haberi potest, neque omnes casus mente complecti potest, qui leges condit, ideo Episcopus facultatem sibi servavit *di fare i nuovi statuti di mutare, modificare, e riformare i suddetti in tutto, o in parte secondo l'occorrenza, e l'esigenza de' casi.* Hoc rerum statu ventum est ad annum 1734., quo tempore, auctis redditibus Hospitalis plurimis accessionibuss Legatorum, & hereditatum. Rectores ejusdem postularunt ab Episcopo facultatem transferendi Hospitale in ampliorem aptioremque locum, qui erat in Suburbiis Civitatis, diruendo antiquam Domum, & adjunctam illi Ecclesiam diruendo, ut cæmenta, tigna, & ornamenta in novam Ecclesiam ædificandam transferrentur. Hac igitur facultate impetrata, translatum fuit Hospitale in Suburbia Civitatis extructo amplo ædificio cum nova Ecclesia, quæ tabulis pictis, supellectilibus, ornamentis, campanis, aliisque ad veterem Ecclesiam spectantibus, aucta fuit. Novus hic Hospitalis status novas inter Laicos, & Ecclesiasticos excitavit discordias: licet enim Rectores Ecclesiastici in regimine, & administratione primas semper partes habuerint, & præcedentiam obtinuerint in Congregationibus, & subscriptionibus mandatorum, Rectores tamen Laici & præsertim Exconsules, præcedentiam negarunt Ecclesiasticis, ipsique Episcopo bellum indicentes, jurisdictionem nullam ei competere in Hospitali contendebat *privatum* illud esse, & *Laicale*, atque omnino *exemptum* dicentes, idcoque Capitulum, & Canonici Cathedralis Ecclesiæ, ut jura sua, & ipsius Episcopi tuerentur, preces hac de re obtulerunt Sacro huic Tribunali; auditoque jam, ut moris est, Episcopo, Causa nunc tribus collecta Capitibus proponitur, quorum lectione quid in controversiam veniat illico percipi potest. A Civitate, & Exconsultibus Laicis Rectoribus nondum libellum habuimus. Dubia sunt.

I. *An Reverendissimo Ordinario Vasionen. visitare liceat venerabile Hospitale pauperum Infirmorum dictæ Civitatis, & pro recto illius regimine, & circa bonorum administrationem Decreta condere in casu &c.*

II. *An Dignitatibus, & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Vasionen. duobus ex Rectoribus dicti ven. Hospitalis competat præcedentia respecta Rectorum Laicorum tam in Congregationibus, aliisque Functionibus dicti Hospitalis quam in subscriptione Resolutionum, & Mandatorum administrationem bonorum respicientium in casu &c.*

III. *An singulis Rectoribus sive Ecclesiasticis, sive Laicis absque aliorum consensu liceat privative munera dicti ospitalis exercere in casu &c.*

Dilata ad primam post proximam.

CASTELLANETEN. DOTIS: Testamentaria dispositio Sacerdotis Joannis Juvenazzi, qui pium Montem fundavit, & lites actæ inter Exequtores Testamentarios atque inter Capitulum, & Catharinam la Fratta, quæ dotale subsidium obtinuit; constant Eminentissimis Patribus ex *Folio Congregationis* habitę *die 16. Martii anno 1648.* quod, ut supra diximus, in alia Causa *Castellaneten.*, quæ inter Exequutores Testamentarios agitur, in lumen hominum editum fuit *Volum. XVII Thesaur. Resolut. Sacræ Congregat.* Nova nunc orta est controversia inter Elisabeth Chiesi, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ ob Legatum dotis debitum pro triennio exacto, atque impleto *mense Augusto anno* 1747. Elisabeth, in qua omnes sunt qualitates, quas voluit Testator, Legatum hoc sibi dari postulat in summa redditus pervenerit: Capitulum contra hanc quantitatem Elisabeth deberi negat, & detrahendam esse contendit portionem ex causa impensarum litis actæ cum Episcopo, ut in alia Causa *Castellaneten.* Urget itaque Elisabeth libello suo Capitulum a veri specie recedere, nam licet testator quolibet triennio dotem dari jusserit Ducatorum 300., non inde tamen sequatur, ut si redditus hoc triennio quantitatem illam excesserint, sola illa quantitas ducatorum 300. præstanda sit; In- *Sess. 22. cap. 8. de Ref.*

dubii

dubii ſiquidem Juris eſſe, ut augumentum, & acceſſiones legati ad Legatarium ſpectent ex *leg. ſi ex toto fundo ff. de legat.*1., quod, an locum habeat in quantitate legata, viderint Eminentiſſimi Patres. Hanc fuiſſe Teſtatoris voluntatem colligi *ex cap. Fundationis*, quo ipſe cavit, ut ſi Puella decederet infra triennium, nondum eidem præſtito ſubſidio dotali ducator. 300., portio illa accreſceret Puellæ, quæ Legatum dotis ſequenti triennio caperet: Id quoque longo 30. annorum ſpatio ſervatum fuiſſe; quotquot enim Puellæ Legatum dotis habuerunt, lucriſecerunt etiam quidquid reddituum excreverat ultra quantitatem ducat. 300.: Illud denique conſiderandum eſſe, augumentum illud, cui cedere deberet, niſi præſtaretur Puellis: Multiplicum enim finitum eſt: ſervari quantitas illa non poteſt donec, efficiantur alii ducat. 300. alteri Puellæ præſtandi in caſum dotis, quia, quolibet triennio, unam dotem uni Puellæ dari voluit Teſtator; reliquum igitur eſſe, ut augumentum reddituum ſingulis Puellis quolibet triennio accreſcat; Ex his colligi mentem Teſtatoris, dum deſignavit ducat. 300., eam fuiſſe, ne dos præſtanda minor eſſet ea quantitate; Idque ita verum eſſe, ut anno 1725. neceſſe fuerit Apoſtoliacam impetrare diſpenſationem, ut dos in minori quantitate præſtari poſſet. Nullam demum Capitulum Cathedralis Eccleſiæ actionem habere, diſputat Eliſabeth ex cauſa impenſarum litis contra Epiſcopum, niſi probet pactum, aut obligationem Eliſabeth, aut utile eidem negotium hac lite geſtum fuiſſe: pactum, & obligationem nullam eſſe: tacitum conſenſum Eliſabeth in hanc litem abeſſe, cum detrimentum ex ea acceperit dilata dotalis ſubſidii ſolutione ob hanc controverſiam. Eadem quæ habet Eliſabet in ſuo libello habet Epiſcopus, ut fieri ſolet, auditus. A Capitulo nihil habuimus; duo ſunt Cauſæ Capita.

I. *An ſubſidium Dotale Pii Montis Juvenatii debeatur Eliſabeth Chieſi, & in qua quantitate?*

II. *An ſumptus litis contra Epiſcopum per exequutores Pii montis erogati deſumi debeant ex redditibus ejuſdem Pii Montis in caſu &c.*

Dilata ad ſequentem.

Seſſ. 25. cap. 19. de Reg.

BOVIANEN., SEU SEPINEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM; Bona Auguſtini Vaſſallini Lucerienſis, qui anno 1718 deceſſit, unico ſuperſtite filio infanti, occuparunt Avunculus Carolus Antonius della Banca, & Patruus magnus Joannes di Filippo, neve bona Pupilli dimittere, cum ad legitimam perveniſſet, ætatem, & tutelę, ac curæ, quam invita matre ſuſceperant, rationem reddere tenerentur, omnem navarunt operam, ut Joſeph, hoc erat puero nomen, monaſticæ diſciplinæ nomen daret; nec minis nec verberibus abſtinuerunt. Cum nihil proficerent, indixerunt militiam. Fugit Joſeph crudeles terras, & in matris domum, quæ ad ſecundas venerat nuptias cum Joanne de Enrico Fogetano, ſeſe recepit. Sors tamen eadem fuit, male habitus a Victrico, qui eum domi ſuæ ægre ferebat; Patriam igitur, Avunculum, Patruumque magnum matris conſilio reviſit: iterum ab iis ventum eſt ad minas, & verbera. Inops conſilii, animoque fractus adoleſcens conſensum præſtitit, ut Regularis fieret, nulla injecta mora ad Patres Ordinis Minorum Obſervantium, qui in Civitate Sepini ſunt, ductus ſuit, neve ab iis recuſaretur, falſum tulit Avunculus teſtimonium publicum, quo cunctis patere teſtabatur alterum ex Auguſtino Vaſſallini ſupereſſe filium ætate majorem Joſepho. Veſtes itaque Ordinis, licet febri laboraret, ſuſcepit, & licet probationis tempore averſum animum a diſciplina Regulari, & metum ac vim ſibi illatam ſociis aperuiſſet, Profeſſionem tamen emittere debuit, nomenque ſuſcepit P. Auguſtini a Luceria; cavit tamen ſibi, ut potuit, pluribus emiſſis proteſtationibus de vi metuque ſibi illatis, deque animo proponendi, cum poſſet, nullitatem Profeſſionis, necquicquam obſtante quinquennio, aut Sacris Ordinibus. Biennio poſtquam nomen Regulari Ordini dederat, cum apud Avunculum eſſet, & quæreretur de vi metuque ſibi illatis, alter in alterum

terum manus injecit. Coactus itaque Monasterium repetere, nullitatem Professionis numquam potuit proponere, nisi postquam Avunculus sero nimis conscientiæ stimulis actus opem præstitit. Oblatis itaque Precibus Sacratissimo Principi nostro, a quo data fuit cognitio Amplissimis Patribus, mandata fuit Episcopo Jurisdictio, ut servata forma Constitutionis ejusdem Sacratissimi Principis, Processus Judicialis fieret. Formiter auditi fuerunt plures Regulares, pluresque testes Laici, Avunculus, qui lamentabilem historiam narrat. Victricus, & ipse P. Augustinus a Luceria. Episcopus animi sui sententiam his aperuit: *Quæ ab Oratore in medium prolata sunt, certa atque explorata agnovi, usque adeo, ni fallor, ut ea omnia, qua ipsum prater animi sui, voluntatisque sententiam, ut Religiosam vitam profiteretur, ac dein Professum ad merito reclamandum retardarunt. aperte perspiciantur; idcirco restitutionem in integrum concedendam puto*: Ab Ordine, *& defensore Professionis* nihil hactenus habuimus: Dubium est.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata, & scribat defensor Professionis.

NOVARIEN. JURIS VISITANDI: Oppido Varalli, quod est in Valle Siccida Novariensis Diœceseos Mons imminet prisca religione sacer, & maximis piorum hominum concursibus celebratus; speciem enim præsefert Hierosolymitani illius, in quo humanæ reparationis Mysterium consumatum est. Sedet in radicibus Montis Monasterium cum Ecclesia Virgini Matri dedicata, & in vertice Montis Eremitorium Sancti Sepulchri. Hæc omnia Varalli Populus anno 1486. publico, legitimoque actu donavit B. Bernardino de Caymis Vicario Generali Ordinis Minorum Observantium, ejusque Fratribus, qui authoritate Innocentii VIII. Pontificis Maximi hanc donationem agnovit. In actu illo publico donationis aperte exprimitur Eremitorium Montis *esse de membris dicti Monasterii* idemque habetur in Instrumento publico possessionis traditæ B. Bernardino de Caymis. Dum vixit Vir Beatus pax summa fuit inter ejus Fratres, & Varalli Populum, sed eo defuncto, plurima exorta sunt dissidia, quæ nondum componi potuerunt. Origo fuit Arca, in qua Piorum oblationes, & eleemosinæ reponuntur; hujus enim claves, Fratres, & Populus sibi vindicabant. Rea Consulibus Varalli delata ad Julium III Summum Pontificem, oblationum, & eleemosynarum administratio Consulibus concessa fuit, dato Brevi ad Episcopum Novariensem. Id ubi Fratres resciverunt, questi sunt de subreptione, & obreptione Brevis, & ab eodem Pontifice obtinuerunt, ut rei cognitio ad Episcopum Laudensem deferretur. *Sess. 21. c. 8. de Ref.*

Hujus Causæ exitus ignoratur, illud certum est a Gregorio XIII. Summo Pontifice id negocii datum fuisse Divo Carolo Borromeo ut controversias componeret. Adiit Vir Sanctus Montem Sacrum, sed in Febrim incidit, & inde decessit. Lites omnes substulisse visum est Sisto V. immortalis memoriæ Pontifici, qui lata Constitutione. voluit: *Curam, & Administrationem dicti Montis Varalli, Fabricæ, Ædificiorum, Sacrarum Imaginum, eleemosynarum &c. perpetuo spectare debere tam ad dictum modernum, & pro tempore existentem Guardianum dic. domus Fratrum Minorum quam etiam ad dict. Universitatem, & Homines ipsius Oppidi Varalli*: Mandavitque Episcopis Novariensibus: *ut ad decorem ejusdem Sacri Montis, & Divini cultus augumentum Oratoria, Imagines, ac Mysteria Passionis ad Evangelicæ historiæ veritatem accurate fieri, exprimi, & suo ordine collocari curet, ac vocatis, & adhibitis in consilium viris aliquot prudentibus, & hujusmodi rerum peritis, certum locum, modum, & formam Fabricæ, Ædificiorum, Oratorium, & SS. Imaginum assignet, atque a forma semel per ipsum Episcopum Novariensem præscripta non liceat Fabricariis, aliisve personis latum unguem recedere ædiculas, &c. adiicere, & de novo construere*

ſine ipſius licentia Eidem Novarienſi Epiſcopo, qui Eccleſiæ illi præeſſet, facultatem indulſit „ Tamquam Sanctæ Sedis in hac parte ſpecialiter Delegato, „ &c. in eventum diſcordiæ Guardiani, & Conſilii præfatorum libere, ut „ præfertur eligendi, & expenſas, ut dictum eſt, ſuo arbitrio fieri mandandi, quam etiam &c. Controverſias, & diſſentiones inter Guardianum, & „ Conſilium ortas vel orituras cum omnibus incidentibus &c. ſummarie, de „ plano, ſine ſtrepitu, & figura Judicii arbitrio ſuo decidendi „ At neque hac Conſtitutione diſſidia ceſſarunt.

Mandata igitur fuit Juriſdictio a Clemente VIII. Pontifice Maximo Cardinali Friderico Borromeo, ut Sacrum Montem viſitaret, & ſi pax, & concordia reſtitui non poſſet ejiceret Patres Minores Obſervantes, & in eorum locum Fratres ejuſdem Ordinis Reformatos ſubſtitueret. Ita factum eſt a Cardinali Borromeo, curante Populo Varalli Obſervantium remotionem, & ut Reformati ſufficerentur, qui ſuffecti fuerunt „ ut omnibus, & ſingulis gratiis privilegiis etiam ſpiritualibus, Indultis, exemptionibus, Immunitatibus, & „ Indulgentiis, quibus alii aliarum ejuſdem domorum Cuſtodes, & Fratres „ utuntur, fruuntur, & gaudent &c. ac uti, frui gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum pari modo uti, frui, gaudere poſſint, & „ valeant „ Mutatio tamen hæc perſonarum ſperatam pacem non attulit: Iterum delegatus fuit Cardinalis Fridericus Borromeus, qui plura tulit decreta. Meditantes itaque *Fabricerii* Varallenſes Eccleſia m in Monte ſitam iterum in ampliorem, & elegantiorem formam ædificare publico Inſtrumento proteſtationem emiſerunt nullum ſibi jus Patres Reformatos vindicare, atque aſſerere in ea Eccleſia poſſe, niſi juxta Xiſtinam Conſtitutionem. Exacto novæ Eccleſiæ opere, eam Varalli Populus Reformatis tradidit, ut poſſent *officiare, e celebrare non però privative ouo d alios Sacerdotes, ch' ciò faranno col conſenſo de' Fabriceri*, alia adjecta fuerunt pacta, & reſervationes, quas longum eſſet referre. Poſt hæc nova inter Fratres, & Epiſcopum, nova inter Fratres, & Populum Varalli orta ſunt diſſidia: Epiſcopus Torniellus viſitationem explere in Sacro Monte contendebat: Populus dominium privativum ejuſdem Montis Patribus denegabat Lis cum Epiſcopo Novarienſi tandem ſopita fuit tranſactione inita anno 1647., qua inter alia conventa pactum fuit, ut Xiſtina ſervaretur Conſtitutio, ex qua Jus eſſet Epiſcopo Sacrum Montem adeundi, & ſacras inſpicere Imagines, & formam tum ædicularum, tum Imaginum præfinire, *eccettuatene però la Chieſa ſ periore del Monte fuori che nel caſo di rivedere le robbe e ſpeſe fatte in eſſa da Fabricieri*.

Lis alia cum Populo a Senatu Mediolanenſi anno 1750. finita fuit, itaut Pars utraque uti poſſideret, ita poſſeſſi nem proſequeretur ad niniſtrationis juxta Xiſtinam Conſtitutionem, & Decreta Cardinalis Friderici Borromei. Poſt obitum Novarienſis Epiſcopi Torniellinova lis acta fuit inter Patres, & Epiſcopum Maraviglia Torniellii Succeſſorem quæ tamen tranſactione ſopita fuit, quam confirmavit anno 1671. Clemens X Pontifex Maximus Ha tranſactione probata fuit, & confirmata tranſactio inita inter Fra res, & Epiſcopu n Torniellum; & hæc præcipua pacta conventa fuerunt „ che Monſignor Veſcovo „ poſſa parimenti andare ſempre, che le parerà. nella Chieſa ſuperiore dell' „ Aſſunzione nel d Monte nuovamente fabbricata, e riconoſcere le Statue, „ Pitture &c. la ſacra ſuppellettile, che ſi anderá facendo, ſpeſe fatte &c. „ Che per li due Corpi Santi e Reliquie &c. donate da Monſignor Veſcovo „ Beſcapé poſte in d Chieſa &c. poſſa Monſignor Veſcovo dimandarne conto „ al Guardiano per ſapere. come ſiano decentemente tenute: Che ogni volta anderà Monſignor in detta Chieſa le ſii ſporta l'acqua ſanta dalla Perſona „ Eccleſiaſtica più degna della ſua corte ſenza cotta e ſtola; che reſtando la „ Chieſa vecchia di S. Carlo deſtinata per fare la Cappella del giudizio, ogni „ volta ſi facci, reſti ſoggetta come le altre a Monſignor Veſcovo: Che in „ virtù di queſta nuova concordia non s' intenda derogato nè alla Coſtituzione di Siſto V., nè al Breve di Clemente VIII. „ nondum tamen litium, &

diſcor-

discordiarum finis fuit. Parochus, & Sacerdotes Varalli sacra agere contendebant, aliasque explere Ecclesiasticas Functiones in Ecclesiis Fratrum, & præsertim in nova Ecclesia dedicata Assumptioni Beatissimæ Virginis, sed qui in Tribunali A. C. eo anno 1687. Juri dicundo præerat, secundum Fratres Reformatos pronunciavit. Acrior inde exarsit controversia inter Fratres, & Episcopum Novariensem Vicecomitem, qui cum in Ecclesia Sacri Montis Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum Populo ministrare vellet, Patres autem cunctarent, & moras necterent, ne claves custodiæ traderent, sera per vim aperta, & factis adorationibus, Sacramentum in ea non reperiit, atque ira percitus continuo Fratres omnes a confessionibus audiendis suspensos voluit. & Censurarum mucrone feriit. Data fuit a Summo Pontifice Causæ universæ cognitio Congregationi particulari, quæ contra Episcopum pronunciavit,, nul-
„ lam aliam Jurisdictionem sive ordinariam, sive delegatam competere dicto
„ Episcopo visitandi dictas Ecclesias, Cappellas, Oratoria, ac totum Sacrum
„ Montem, quam ad formam transactionis initæ inter bonæ memoriæ Josephum
„ Mariam Maravigliam Episcopum Novariensem, ac RR. Fratres dicti Ordi-
„ nis Minorum strictioris Observantiæ Reformatorum &c., & propterea om-
„ nes, & quoscumque prætensos actus per dictum Dominum Episcopum factos,
„ & attentatos in dictis Ecclesiis, ac in toto Sacro Monte contra, & præter
„ formam dictæ transactionis tamquam nullos, invalidos, & attentatos annul-
„ lamus, & revocamus.

Post hanc sententiam nullus Episcopus Sacrum Montem visitavit, & Julius Odeschalchi Episcopus Novariensis adiit quidem Ecclesiam novam, sed a Visitatione abstinuit, Licet a Laicis *Fabriceriis* Varallensibus urgeretur, ut constat publico Instrumento. Qui nunc tamen Novariensi Ecclesiæ præest Episcopus, prævio, ut ipse narrat, consensu Patris Provincialis, Sacrum Montem visitare voluit, & plurima tulit Decreta, quæ singillatim in ejus libello numerantur. Confugerunt Patres Reformati ad hoc Sacrum Tribunal questi de nullitate hujus visitationis, qua & transactiones, & res Judicatæ violantur, & petentes eam nullam, atque irritam ab Eminentissimis Patribus declarari. Auditus fuit ut fieri solet, Episcopus, qui tandem respondit. Causa nunc proponitur, datis utrinque libellis, e quibus Amplissimi Patres utriusque Partis rationes cognoscere poterunt: Longum enim quod narravimus, factum non patitur ut eas excerpere, & hic dare possimus, ne *Folium* in volumen excrescat. Duo sunt Causæ hujus Capita:

I. *An Actus Visitationis exercitiper Reverendissimum Episcopum Novariensem in Ecclesiis, & Cappellis Sacri Montis Varalli sustineantur, vel potius sint annullandi in casu &c.*, & quatenus negative ad primam partem, & affirmative ad secundam.

II. *An, & quomodo in posterum sit providendum in casu &c.*

Actus visitationis non sustineri, & in reliquis ad Eminentissimum Præfectum cum Sanctissimo juxta mentem.

NEAPOLITANA NULLITATIS PROFESSIONIS: Maritalis thalami genio contempto, & in crimine deprehensus Eliseus Priscolus gravissimas inimicitas cum nobilibus Viris amicæ consanguineis contraxit, quos numquam pacare potuit, operam licet omnem navasset Pater Matthæus Laurus. Ut igitur inimicorum iram, & sicariorum insidias eluderet, nullum aliud supererat diffugium, nisi ut vel sacramento militari adstringeretur, vel Monasticæ disciplinæ nomen daret. Hanc elegit Eliseus, & Benevento, in quam Urbem sese receperat, Neapolim revocatus Monasterium Ordinis Sancti Joannis de Deo ingressus est, & Professionem emisit suscepto nomine Patris Januarii. Postquam per annos viginti octo in Ordine fuit, & officia gessit, nam, & Vicarii, & Convisitatoris generalis munera exercuit, nullam dicit Professionem, & in integrum adversus eam restitui postulat, quod, vi, metuque gra-

Sess. 25. c. 19. de Reg.

graviſſimo vitæ ſuæ adactus, non ex animi ſui ſententia eam emiſerit. Reiiciendum eum eſſe contendunt Defenſor Profeſſionis, & Ordinis, quod vis, & metus illata non fuerunt, ut ipſe Regulari Ordini nomen daret, ſed ad vindicandum honorem ab eo læſum turpi adulterio elegiſſe eum hoc vitæ genus libenter, ut mortem fugeret: Arbitrium habuiſſe alia ratione vitæ ſuæ conſulendi fuga, militia, aliiſque; ſi placuit Profeſſionem Regularem eligere, diſplicere non poſſe, quod ſemel placuit. A Patre Januario nihil habuimus. Dubium eſt.

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Die Sabbathi 22. Maii 1751.

Seſs. 24. c. 1. de Ref. Matr. NICIEN MATRIMONII: Poſt longas moras, & dilationes, quas obtinuit Baro Cajetanus Tondut, Cauſa hæc nunc proponitur, & ideo Eminentiſſimi Patres rogantur, ut *Folium Congregationis* habitæ *die* 13. ſuperioris menſis *Februarii*, quo primum data fuit, & unanimi Ampliſſimorum Patrum conſenſu definita, iterum conſulant, ut Dubium, quod ſequitur, expediant.

An ſit ſtandum vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata ad primam.

Seſs. 25. c. 12. de Ref. SANCTI MARCI SOLUTIONIS QUARTÆ DECIMARUM: Data fuit hæc Cauſa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 24. tranſacti menſis *Aprilis*, placuitque Eminentiſſimis Patribus reſpondere *dilata ad primam poſt proximam*; Obſequimur itaque eorum imperio, & Cauſam hic damus, cujus unum Caput eſt.

An, & in qua quantitate ſit ſolvenda quarta Decimarum in caſu &c.

Non propoſita.

Seſs. 22. c. 8. de Ref. CASELLANETEN. DOTIS: Cauſa hæc, quæ data fuit in *Folio* ultimæ *Congregationis* habitæ *die* 8 *hujus menſis*, reſponſum accepit -- *Dilata ad ſequentem* -- Duo itaque nunc ejus Capita proponuntur.

I. *An ſubſidium Dotale Pii Montis Juvenazzi debeatur Eliſabeth Chieſi, & in qua quantitate?*

II. *An ſumptus, litis contra Epiſcopum per Exequutores Pii Montis erogati, deſumi debeant ex redditibus ejuſdem Pii Montis in caſu &c.*

Ad I. Deberi pro tota ſumma maturata. Ad II. Affirmative pro rata taxanda coram D. Secretario.

Seſs. 25. c. 19. de Reg. l. NEAPOLITANA NULLITATIS PROFESSIONIS: Dilationem obtinuit *ad hanc Congregationem* P. Januarius Priſcolus in hac Cauſa, quæ data fuit in *Folio ultimæ Congregationis*. Rogamus itaque Eminentiſſimos Patres, ut *idem Folium* iterum inſpiciant, Dubiumque expediant.

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Dilata, & proponatur in prima, etiam unica. In reliquis nihil.

c. 6. SYRACUSANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. Species omnis hujus Cauſæ habetur in *Folio Congreg.* habitæ *die* 14. menſis *Martii anno* 1750. Propoſita fuit in *Congregatione* habita *die* 18. *Aprilis eodem anno*, Dubio-

Dubioque, quod erat -- *An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro commutatione voluntatis in caſu &c.* -- reſpondit Sacrum Tribunal - *Negative* -- Oblatis ab Epiſcopo novis precibus, Cauſa data fuit in *Solio Congregationis* habitæ *die* 12. *Septembris eodem anno* 1750., novoque Dubio, quod erat -- *An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro Gratia juxta novas preces in caſu &c.* -- Reſponderunt Eminentiſſimi Patres - *Affirmative, & ſcribatur Epiſcopo juxta mentem* -- & poſt hanc definitionem expeditum fuit Breve Pontificium; quia vero in propoſitione Cauſæ vocatus non fuerat Placidus Platamone Sacerdos, qui ſolus ſupereſt ex Collegio fundato a Margherita de Grandis, adiit hic R. P. D. Auditorem Sanctiſſimi, qui decrevit, ut Cauſa in hoc Sacro Tribunali proponeretur auditis Partibus. Proponitur nunc igitur, & reſpondendum eſt.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Prævio receſſu a deciſis, ſervandum eſſe Inſtrumentum fundationis.

REATINA UNIONIS: Everſo funditus Oppido *Todii Poponiſchi* in Diœceſi Reatina, ſola ruinis ſuperfuit Eccleſia Beatæ Mariæ *del Toggio*, Populus autem in proximum locum, quem vocant *Hiamgano*, ſeſe recepit, ædificatis Domibus, conditoque Oppido non ignobili, cui ſubſunt quinque Vici, inter quos eſt *Mercatum*. Eccleſiam illam Beatæ Mariæ *del Poggio* fuiſſe de Jurepatronatus Familiæ *Papa*, duaſque ejuſdem Eccleſiæ Cappellas fuiſſe pariter de Jurepatronatus Familiarum *Todini*, & *Gualdieri*, quæ Familiæ Flamineanenſes erant, probatur ex Teſtibus, actuſque Viſitationum Epiſcopalium Eccleſiam hanc vetuſtate dilapſam Populus Flamineani piis largitionibus, & oblationibus reſtituit, amoliavitque, claves retinuit ſemper, tenueſque redditus illius adminiſtravit. At, cum anno 1706. Cappellaniam *de Gualdieri* haberet Joannes Pompejus Parochus *Mercati*, preces hic obtulit Vicario Apoſtolico, qui eo tempore Reatinam Eccleſiam regebat, quibus narravit, *come dalla quondam Maddalena Pompei ſua Madre a ſue proprie ſpeſe fu riſarcita una Chieſa chiamata la Madonna del Poggio Poponeſchi già andata a terra, che poi ſubſeguentemente a cauſa di detto riſarcimento, creſciuta la devozione con molto concorſo di Gente, e Benefattori, ſi è moltiplicata qualche ſomma, per la quale ſi è fatta compra, ed aſſegna di diverſi beni ſtabili, e perchè detta Chieſa è ſoggetta alla Parochiale di Mercato, ſpettandoli detto accreſcimento, o per dir meglio il frutto di eſſa, ſupplica degnarſi unire tutti li Beni della Madonna del Poggio ſuddetto ſtante ſi trova eſſer ſoggetta alla Parochiale ſuddetta di Mercato.* His precibus ductus Vicarius Apoſtolicus, inauditis Patronis, inauditoque Populo, & Clero Flamineani, decrevit his verbis -- *Stante augumento Bonorum prædictorum eadem Bona unimus, & incorporamus Parochiali Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Mercati cum hoc, quod de fructibus, & redditibus eorumdem Bonorum Orator ipſe, & alii Rectores pro tempore exiſtentes teneantur celebrare ſingulis menſibus Miſſas duas in Eccleſia Sanctæ Mariæ Lauretanæ in Podio Poponiſcho de recenti ex piis eleemoſynis, ut ſupra conſtructa ſub cura ſupradicti Rectoris pro ſalute &c., & de Bonis, ut ſupra acquiſitis fiat memoria in libro, ſeu inventario prædictæ Eccleſiæ Mercati.* Memoria hæc facta fuit a Pompejo, hoc addito Bona ad ipſum ſpectare, ſed ex Piorum oblationibus, & largitionibus comparata fuiſſe ex confeſſione ipſius Joannis Pompei adnotavit ſua manu, qui inde Epiſcopatu Reatino functus, fuit Guimgius. *Seſs. 21. c. 5. de Ref.*

Latuit Populo Flamineani ad hæc uſque tempora Unio illa facta authoritate Vicarii Apoſtolici, nam Pompejus nihil mutavit; Eccleſiæ curam, claves, cuſtodiam ſemper retinuit Populus, ſacra ſolemnia ſemper facta fuerunt a Sacerdotibus Flamineani, & Populus ſacris pompis ad Eccleſiam ivit ſtatis, ut ſolebat, diebus; ſed Pompejo defuncto, Andræas Scialaret in Patochia-

li *Mer-*

li *Mercati* succeſſor, poſtquam pluribus annis nihil ipſe quoque mutaverat, tandem mutavit conſilium, ſibique aſſerere cæpit dominium, poſſeſſionem, & adminiſtrationem Eccleſiæ, eorumque omnium, quæ ad eam pertinerent, ſacras ſupellectiles arripuit, vetuit ne ſacra ſolemnia fierent; atque hæc omnia titulo illius unionis. Id ubi Populus Flamineani reſcivit, ad Eminentiſſimos Patres confugit de nullitate illius unionis querelam proponens. Auditus fuit, ut fieri ſolet, Epiſcopus Reatinus, & nunc Cauſa proponitur, urgente Populo nullitatem illius unionis, quod vocati, atque auditi non fuerint Patroni Eccleſiæ, & Cappellarum, audita non fuerit Communitas Flamineani, in cujus Territorio ſita eſt Eccleſia, cujus Populus curam, cuſtodiam, & poſſeſſionem illius hactenus habuit: Falſa a Pompejo narrata fuiſſe, itaut unio nulla fuerit, vitiis obreptionis, & ſubreptionis infecta; Falſum eſſe reſtitutam fuiſſe Eccleſiam a matre Pompei, cum reparata, & amplior facta fuerit a Populo Flamineani; falſum eſſe Bona ab ipſo Pompejo tradita fuiſſe, cum comparata fuerint ex oblationibus, & largitionibus Piorum; falſum eſſe Eccleſiam illam ſubjectam fuiſſe Parochiali Mercati, cum ſit extra fines, & limites illius Parochiæ, & ſita ſit intra limites, fineſque Flamineani, Addit nullam fuiſſe cauſam, ob quam Eccleſia uniretur Parochiali *Mercati*, nec ſatis eſſe cauſæ utilitatem Parochi. Poſtulat igitur, ut quando Eccleſia in Territorio Flamineani ſita eſt, adminiſtrationem, curam, cuſtodiam illius ad Communitatem Flamineani ſpectare definiatur, uti hactenus obſervatum eſt. A Parocho Mercati nihil habuimus: Duo ſunt Cauſæ Capita.

I. *An Unio facta de anno 1706. per bon. mem. Bonaventuram Martinelli Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis de Podio Toponiſco alteri Eccleſiæ Parochiali Villæ Mercati ſubſtineatur in caſu &c.*

II. *An, & cui ſpectet Adminiſtratio dictæ Eccleſiæ de Podio Toponiſco in caſu &c.*

Dilata, & coadjuventur probationes.

Seſs. 22. c. 8. de Ref.

CIVITATIS PLEBIS SUBSIDII DOTALIS, ET STATUTORUM: Teſtamento, quod condidit anno 1621. Manſueta Marſilii ex Oppido Plagarii Diœceſeos Civitatis Plebis voluit, ut annuum ſubſidium Dotale certis Puellis præſtaretur a Sodalitio Beatæ Mariæ *Roſarii*, quod erectum eſt in Eccleſia Sancti Silveſtri ejuſdem Oppidi, his verbis, quibus voluntatem ſuam aperuit „ Laſcia per amor di Dio alla venerabile Compagnia del San- „ tiſſimo Roſario di queſto Caſtello del Piegaro ſcudi 200 moneta &c., quali „ volendoſi ritenere in mano l' infraſcritti ſuoi eredi, e ſucceſſori li poſſino „ ritenere, e fruttarſeli, e non poſſino eſſere forzati a pagarli ſe non di loro „ ſpontanea volontá, con queſto peſo, ed obligo ogn' anno detta Teſtatrice „ grava gl' infraſcritti eredi, che ſiano tenuti, & obligati eternamente in „ perpetuo pagare alla detta Compagnia, e loro Offiziali pro tempore per „ l' intereſſe, e frutti di detti ſcudi 200. ſcudi 14. ogn' anno, con li quali „ ſcudi 14. detti Offiziali pro tempore ſiano tenuti, ed obligati ogn' anno nel „ giorno dell' Aſſunta, o Santa Maria di Marzo dare la Dote a una Zitella „ per maritarſi, che ſia povera, e di buon Padre, e Madre nata, e di legi- „ timo matrimonio, e ſia di detto Caſtello, e non fuor del Contado di eſſo, „ qual Zitella ſi debba eſtraere a ſorte tra tutte quelle ſi metteranno a parti- „ to, ſervato l' ordine come ſopra, e quella ſarà eſtratta, quella abbia la „ detta dote di ſcudi 14. „ Hæredes ſatis caute quantitatem illam ſcut. 200. ſolverunt Sodalitio, atque ita ſeſe ab annua præſtatione ſcut. 14 liberarunt: Sodalitium contra, licet ſors illa ſcut. 200 non præſtet annos redditus ſc. 14., ſubſidium tamen dotale in hac quantitate ſcut. 14. Puellis præſtiterunt, itaut hoc legatum nullam Sodalibus utilitatem, ſed detrimentum potius attulerit.

Pia

Pia Teſtatricis voluntas per centum, & qui excurrunt annos, hac methodo ſervata fuit, ut Sodales, prævio ſcrutinio, admitterent Puellas, quarum nomina in urnam eſſent conjicienda, rejectis iis, quæ carerent qualitatibus illis, quas voluit Teſtatrix, & ex admiſſis fieret ſortitio Puellæ, cui dos eſſet præſtanda. Hanc methodum turbarunt die 18. Martii anno 1749. quatuor Puellæ ex ſex, quæ petebant, ut admitterentur; duæ ſiquidem admiſſæ fuerunt, quatuor per ſcrutinium Sodalium rejectæ fuerunt, quod carerent qualitatibus a Teſtatrice deſignatis. Rejectæ ad Epiſcopum confugerunt, qui ope Vicarii ſui Generalis ſortitionem diſtulit ad diem 15. Auguſti, qua Feſtum Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis agitur. Ipſe interim conſtitutiones, & ſtatuta hujus Sodalitii, licet ea jam haberet, ſcripſit. Adventa die 15. Auguſti, Antonius Pezzaglia Rector Parochialis Eccleſiæ Sancti Silveſtri, ita jubente Epiſcopo, Puellarum ſortitionem fecit, & quot admiſit, tot extraxit ab urna: Quatuor hæ fuerunt, quas inter tres rejectæ fuerant a Sodalibus die 16. Martii. Sodales ad hoc Sacrum Tribunal confugerunt, & data fuit, ut moris eſt, ad Epiſcopum Epiſtola. Epiſcopus, antequam reſcriberet, mandavit eidem Rectori Parochialis Eccleſiæ Sancti Silveſtri, ut Sodalibus proponeret ſtatuta, quæ ipſe ſcripſerat. Lecta hæc fuerunt, eorumque capita omiſſis ſecundo, & tertio, quæ ad rem non pertinent hæc ſunt,

„ I. Che ogni volta debba farſi Congregazione per qualunque affare &c non „ poſſa farſi con minor numero di due Terzi dei Fratelli altrimenti ſia nulla. „ IV. Che a norma del Teſtamento di Manſueta Marſilj &c poſſa qualunque „ Zitella del ſolo Caſtello del Piegaro, e ſuoi Borgi concorrere, purchè non „ ſia minore d' anni 15. V. Che qualunque Zitella, che voglia concorrere, „ debba due meſi avanti il giorno dell' Aſſunta, o di Santa Maria di Marzo „ aver preſentato in mano del Priore pro tempore il Memoriale approvato „ dal Pievano coll' atteſtato di poverta, onestà, ed altri requiſiti. VI. Che „ qualunque Zitelle, le quali ſiano nate in queſto Caſtello e ſuoi Borghi; „ ma di Padre, e Madre foraſtieri non poſſino ammetterſi, ſe loro Padre, „ e Madre non ci abbiano acquiſtato domicilio coll' averci dimorato almeno „ dieci anni. VII. Che otto giorni avanti l' Aſſunta, o Santa Maria di „ Marzo debba convocarſi la Congregazione, nella quale ſi legano li Memoriali delle Zitelle, e ſi ſcrivino li nomi di eſſe in un foglio, e nel giorno dell' eſtrazzione detti nomi ſcritti in brigioli eguali ſi mettino dentro „ una beretta, poi ſi chiami un Ragazzo, che ne eſtragga uno, e quella „ Zitella abbia la dote. VIII. Che in qualunque difficoltà poſſa occorrere ſi „ ricorra al Pievano, ed in caſo non reſti ſopita, ſi ricorra a Monſignore, „ o Vicario Generale.

Hæc ſtatuta uno conſenſu a Sodalibus rejecta fuerunt. Poſt hæc reſcripſit Epiſcopus, ſed rem longe aliter narravit; Aiit enim Sodales uno conſenſu animorum conveniſſe condenda eſſe ſtatuta: his conditis, juxta eorum diſpoſitionem factum fuiſſe Puellarum concurſum. Hinc precibus, quas Sodales obtulerant, reſcriptum fuit ab hoc Sacro Tribunali -- *Lectum, & Epiſcopus mandet ſervari ſtatuta*. Has artes Epiſcopi ubi agnoverunt Sodales, iterum preces obtulerunt Eminentiſſimis Patribus, iterumque auditus fuit Epiſcopus. Ut jus ſuum unicuique tribuatur, Cauſa nunc proponitur. Urgent Sodales voluntatem Teſtatricis eſſe ſervandam, & juxta eam dotes eſſe diſtribuendas, præmittendum igitur neceſſario eſſe ſcrutinium, ut inquiratur de qualitatibus, quas ipſa voluit, & quæ illas habent, Puellæ admittantur, quæ iis carent, rejiciantur; inter admiſſas ſorte, & urna prælationem definiri: hanc methodum ſervatam fuiſſe hactenus per centum, & ultra annos: Statuta Epiſcopi, quæ novam formam inducunt, voluntati Teſtatricis adverſari, adſtringere libertatem, & iniquam conditionem inferre, & Puellis, & Sodalibus: primum, & quartum eorum Caput pugnare cum diſpoſitione juris, qua cautum eſt, ut ſatis ſit major pars Corporis, Collegii, Capituli, ut rite, rectèque facta dicatur deliberatio: Puellas non decimoquinto,

to, ſed duodecimo anno viri potentes eſſe, ideoque ea ætate jure petere dotem, qua nubant: Iniquum eſſe, quod quinto capiti conſtitutum fuit, nam Puellæ, licet habeant qualitates, quas voluit Teſtatrix, non poſſent admitti, quia præſtituto tempore preces non obtulerunt: Teſtatricem ad ſolam nativitatem Puellarum in Comitatu Plagarii reſpexiſſe, non ad civilitatem Parentum, ut abſurdum ſit, quod ſexto capite ſtatuit Epiſcopus: ſeptimo capite tolli ſcrutinium, quod ſatis aperte voluit Teſtatrix; octavo tolli jus Sodalium, qui in Congregationibus agere ſolent inter eos, ſi qua occurrat difficultas in diſtributione dotium; Jus a Teſtatrice non fuiſſe datum Plebano, ſed Sodalitio: Ad Epiſcopum, ejuſque Vicarium eundum eſſe, cum judicialiter agenda res ſit, non vero cum componi res poſſit a Sodalibus; Nullam denique habendam eſſe rationem de iis, quæ ab Epiſcopo propoſita fuerunt: Scrutinium nempe Puellarum verecundiam pulſare, quia rejectio conferi poſſit facta ob inhoneſtatem. idque in cauſa eſſe, quod plures non veniant ad dotem petendam: ſola enim inhoneſtas non eſt, quæ facit, ut Puellæ rejiciantur; ſed illarum qualitatum defectus, itaut nonniſi inique cogitari poſſit rejectas fuiſſe ob inhoneſtatem; ſi qui ſint, qui ita cogitent, nihil pertinere ad Sodales, qui Teſtatricis voluntatem exequuntur, imputare ſibi debere eas Puellas, quæ cum qualitatibus, quas voluit Teſtatrix, careant, concurrere voluerunt: Ex his concludunt Sodales abolenda eſſe nova hæc ſtatuta, & vetuſtiſſimam conſuetudinem eſſe ſervandam.

Hæc Sodales. A Promotore Fiſcali nihil habuimus. Duo ſunt Cauſæ Capita.

I. *An ſubſidium dotale relictum per Manſuetam Marſilii ſit diſtribuendum ad formam illius Teſtamenti; ſeu potius juxta methodum præſcriptam a Reverendiſſimo Ordinario in caſu &c.*

II. *An ſubſtineantur ſtatuta condita a Reverendiſſimo Ordinario ſub die 1. Junii 1749. in caſu &c.*

Dilata, & ſpectetur novus Epiſcopus.

Seſſ. 24. c. 12. de Ref.

LEODIEN. SERVITII: Ad Altaria Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Martini Leodii ſex priſco tempore fundata fuerunt Beneficia, duo ad Altare Sancti Leodegarii, quorum alterum primæ, alterum ſecundæ Fundationis noncupatur, tertium eſt ad Altare Sancti Joannis Baptiſtæ, quartum ad Altare SS. Huberti, Ægidii, & Leonardi, quintum ad Altare SS. Martini, & Odæ, ſextum denique ad Altare SS. Vincentii, & Agabiti. De collatione horum Beneficiorum pluribus exortis controverſiis, tranſactione ſopita fuerunt, qua conventum fuit, ut jus nominandi, & præſentandi ad Capitulum ſpectaret, jus vero inſtituendi ad Decanum, ut præſentati, & inſtituti jurisjurandi religione tenerentur perſonalem reſidentiam Eccleſiæ præſtare; ſi vero tribus menſibus abeſſent, privarentur Beneficio, & poſſet illico Capitulum præſentare alium a Decano inſtituendum. Hanc tranſactionem confirmavit anno 1493. Alexander VI. Pontifex Maximus. His Beneficiis ſingulis onera quædam adjecta fuerunt, quæ temporum edaci dente abſumptis fundationum diplomatis, implere recuſabant Beneficiati, ideoque Erneſtus a Bavaria Epiſcopus, & Princeps Leodienſis anno 1600. ſtatuit, ne quid Eccleſia, Divinuſque cultus detrimenti caperet, ſingulis Beneficiis certum juxta veterem conſuetudinem onus præfinire, quod a provitis ſive Epiſcopali, ſive Apoſtolica authoritate impleretur. Beneficiis itaque erectis ad Altaria S. Leodegarii ſecundæ fundationis, SS. Vincentii, & Agabiti, & SS. Huberti, Ægidii, ac Leonardi onus conſtituit Hebdomadarii: Beneficiis erectis ad Altaria SS. Martini, & Odæ, & S. Leodegarii primæ fundationis onus tribuit Diaconi, & Subdiaconi in ſacris ſolemnibus: cæteris Beneficii onus dedit Cuſtodis Chori, poteſtate data Decano, & Capitulo Beneficiatos compellendi ad implenda hæc onera ſequeſtratione fructuum Beneficiorum.

Agnoverunt omnes Beneficiati ſua Beneficia his oneribus fuiſſe dudum obſtricta,

da, ideoque Nuncius Apoſtolicus Colonienſis ſequenti anno 1601. Decretum hoc Epiſcopi Erneſti confirmavit. Servata hæc lex fuit ad annum uſque 1703., quo tempore, cum Beneficiati a muneribus hiſce deflecterent, Capitulum preces obtulit Optimo Principi Clementi XI., quibus poſtulabat, ut declararetur eadem Beneficia, vel eſſe manualia, & ad ejuſdem Capituli nutum amovibilia, vel ſi reſidentialia eſſent, ut facultas eſſet Capitulo negligentes ſervitium præſtare Beneficio privandi. Data fuit poſtulationis hujus cognitio Sacro huic Tribunali, & propoſitis *in Congregatione* habita *die* 27. *Martii anno* 1706. tribus hiſce Dubiis „ I. An ſex Beneficia, „ de quibus agitur, ſint manualia, & amovibilia, ſeu potius reſidentialia. „ II. An ſint reſidentialia, & quale ſervitium Beneficiati præſtare teneantur. III. An, & quibus pœnis poſſit procedi contra non reſidentes, & „ inſervientes in caſu &c. *Reſpondit Sacrum Tribunal* -- Ad I. Negative „ quoad primam partem, affirmative quoad ſecundam. Ad II. Eſſe reſidentialia, & teneri ad ſervitium præſcriptum in Decreto Epiſcopi Erneſti. „ Ad III. Affirmative ad formam literarum Alexandri VI., & amplius in „ omnibus „ ut in *lib. 56. decret. p.* 48. Hæc Sacri Tribunalis definitio dubitationem omnem abſtulit, & Beneficiati onera ſuis Beneficiis injuncta impleverunt. Anno 1722. Henricus Corroyus ex reſignatione Beneficium obtinuit erectum ad Altare S. Leodegarii ſecundæ fundationis, & agnoſcendo onus Hebdomadarii eidem tributum, illud implere promiſit, quod cum per ſe ipſum, quia nondum Sacerdos erat, explere non poſſet, ſeſe ad Sacerdotium infra annum ſuſcipiendum obſtrictum voluit, &, *pendente dicto anno, illud onus, & ſervitium per alium præſtare, eique honorarium conſuetum abſque ulla contradictione, & exceptione ad omnimodam dicti Rev. Capituli indemnitatem perſolvere*, ut ejus verba fuerunt.

Implevit Henricus promiſſa, datamque fidem liberavit, & Capitulum, ut ſervitii diligentiam rependeret, menſtruum ei ſtipendium florenorum quatuor aſſignavit. Hoc rerum ordine ventum eſt ad annum 1734., quo Henricus Beneficiatorum omnium nomine preces obtulit Capitulo, quibus narrabat veterem morem præſtandi quinque florenos menſtruos, petebatque, ut ad hanc quantitatem menſtrua præſtatio a Capitulo augeretur, Diſplicuit Capitulo hæc poſtulatio, & nimis imprudenter largitatem omnem ſuam revocavit, atque ita ob unius floreni quantitatem pluribus ſeſe litibus, & expenſis implicavit, nam Henricus Capitulum in jus vocavit coram A. C., & declaravit ſe ad ſacra ſolemnia agenda paratum, cum tamen a Capitulo menſtruum ſtipendium quinque florenorum ſolveretur, emiſitque inde proteſtationem nolle ſe deinceps munus Hebdomadarii implere, niſi ſtipendium in ea quantitate præſtaretur, abſtinuitque facto ab implemento muneris ſui. Cauſa a R. P. D. Auditore Sanctiſſimi avocata fuit a Tribunali A. C., & mandata fuit juriſdictio Sacro huic Tribunali. Capitulum Sacerdotem alium elegit, qui vice Henrici Hebdomadarii munere fungeretur, & redditus Beneficii, quod Henricus habebat, ſequeſtratione detinuit. Removeri ſequeſtrationem petit Henricus ab Eminentiſſimis Patribus, obtinuitque *die* 28. *menſis Septembris anno* 1737.: & poſt hæc cauſa ſiluit; ſed Henrici exemplo ductus Joannes Ægidius Lahay, qui Beneficium erectum ad Altare Sancti Joannis Baptiſtæ obtinebat, cuique onus incumbit Cuſtodis Chori, graviorem Capitulo litem movit. Duo igitur ejus Capita propoſita fuerunt in hoc Sacro Tribunali *die* 27. *menſis Junii anno* 1744., primum erat „ An „ Rector Beneficii erecti ad Altare Sancti Joannis Baptiſtæ in Collegiata Eccleſia Sancti Martini Civitatis Leodien. teneatur adimplere munus Cuſtodis Chori ejuſdem Eccleſiæ Collegiatæ, & quatenus affirmative. *Alterum* „ *erat*: An eidem debeatur menſtrua retributio a Decano, & Capitulo dictæ Eccleſiæ Collegiatæ, & in qua ſumma -- *Reſpondit Sacrum Tribunal* -- „ Ad I. Affirmative, & amplius. Ad II. Affirmative juxta conventionem „ ut in *Theſaur. Reſol. Sac. Congreg. Vol. XIII. p.* 136., *& ſeqq.*

Post hæc Capitulum fero nimis obtulit Henrico stipendium illud florenorum quinque, quod Henricus postulavetat anno 1734. At ille, mutato consilio, litem, quam pro stipendii quantitate egerat, in aliam mutavit, negavitque Beneficium suum ad munus Hebdomadarii explendum teneri. Capitulum ter eum monuit, ut illud impleret, frustra semper; Confugit igitur ad Amplissimos Patres, postulans, ut liceret alium præsentare Decano juxta Constitutionem Alexandrinam in locum contumacis Henrici. Datis jam literis ad Officialem Leodiensem, Causa nunc duobus Capitibus collecta proponitur. Longum esset Capituli rationes longo libello datas excerpere, nam *Folium* in volumen excresceret. Ab Henrico nihil habuimus. Dubia sunt.

I. *An Rector Beneficii erecti ad Altare Sancti Leodegarii secundæ fundationis in Collegiata Ecclesia Sancti Martini Civitatis Leodien. teneatur adimplere munus Hebdomadarii dictæ Ecclesiæ Collegiatæ?* & quatenus affirmative.

II. *An Henricus Eustachius Coroy ejusdem Beneficii possessor incurrerit privationem dicti Beneficii ad formam literarum Alexandri VI., ita ut liceat Capitulo alium præsentare, & Decano illius instituere in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 24. c. 1. de Ref. Matr. ALBINTIMILIEN. MATRIMONII: Omnem moverunt lapidem Hieronyma Mouleon, & Carolus Honoratus Tiberti, ut Magdalena filia nuberet Advocato Petro Felici Vento. Id etiam summa ope curavit Sacerdos Carolus Bottini, id omnes Magdalenæ consanguinei, compressam eam, vitiatamque dicentes ab Advocato, qui deprehensus in crimine Virginem uxorem ducere promiserit, quod tamen negat, semperque negavit Advocatus. Scripta igitur a Sacerdote Bottinio apocha sponsalium, eam detulit ad Advocatum, ut subscriberet, amicus alter Advocatus Michael Imberti. Cum re infecta rediisset Imbertus, recusavit enim constantissime Advocatus Petrus Felix apocham subscribere, tanta omnes exarserunt ira, ut necem ei indixerint, & Sacerdos Bottinius furens, cum porta egredi non posset, fenestra sese voluit dejicere, ut eo temporis puncto Advocatum interficeret. Rediit ad Advocatum Imbertus, & narratis quæ viderat, quæque audiverat, amicum suasit, ut aliam apocham, paucis mutatis subscriberet, quod factum fuit ab Advocato Vento protestationem emittente de nullitate actus, quod vi, metuque, non sponte, & ex animi sui sententia subscriberet. Hac apocha egerunt, ut Advocatus ad matrimonium contrahendum compelleretur, sed Rescripto Principis cautum fuit, ut res servato juris ordine cognosceretur. Movit id animos universæ Familiæ Mouleon, & Tiberti, ut ad necem Advocatus conquireretur, qui, ut suæ vitæ prospiceret, a Mentoni Oppido communi omnium patria discessit, & in Castro *di Roccabruna* apud fratrem sese recepit, petiitque a Judice, ut Processus judicialis fieret de minis inferendæ necis, utque Magdalena compelleretur *a præsentarsi in Curia, e dedurre la sua pretesa querela con tutto ciò, e quanto pretende dal comparente.*

Processus incæptus fuit, auditique fuerunt Testes de minis, quos inter Joannes Preti Magdalenæ Consobrinus. Biduo postquam hic testificationem fecerat, Advocatum prodidit; nam Tiberti a Curia Ecclesiastica impetraverant facultatem, ut matrimonium inter Advocatum Petrum Felicem Vento, & Magdalenam Tiberti coram quocumque Sacerdote contrahi posset, nullis præmissis publicis denunciationibus, & statuerant vi Advocatum cogere, ut matrimonium contraheret. Machinatio hæc fuit, ut Advocatus a Joanne Preti vocaretur in proximum prædium suum *di Carnolese*, ubi ad matrimonium contrahendum adigeretur coram Sacerdote Bottinio. Summo itaque

mane

mane convenerunt in idem prædium Carolus Honoratus Tiberi Magdalenæ Pater, ejusque filia, Sacerdos Bottinius, Honoratus Novalli, Joannes Preti, & Franciscus Giangian, quibus sese adjunxit in itinere ob vius Franciscus Grosso rogatus ab iis, ut Testis esset futuri matrimonii. Latuerunt omnes in parva casa, quæ erat in prædio. Tum Joannes Preti nuncium misit ad Advocatum Petrum Felicem, qui erat, ut diximus apud fratrem in Castro, rogans eum, ut ad prædium veniret allocuturus de re gravi: cum Advocatus cunctaret, alium, atque alium nuncium submisit. Accessit imprudenter ad prædium Advocatus, cui obviam factus Joannes Preti sermones nectere cæpit, cum alloquerentur, venit Carolus Honoratus Tiberti armatus parvo tormento bellico, quid inde evenerit audient Eminentissimi Patres ex ore Franciscí Grosso testis feralis matrimonii qui hæc habet longiuscula quidem, sed necessario apponenda „ Mentre stavamo li, sentissimo persone, „ che passavano per la strada, ed allora quelli, che erano nella Casetta, „ dissero, e ello, ed allora sentisi mo parlare il Signor Avvocato Vento, „ ed il Sig. Giovanni Preti &c., e dopo lo spazio di un Credo in circa sentii „ sparare un' Archibusata, ed allora si aprì la porta della Casetta, quale era „ stata serrata, e la Signora Madalena Tiberti si pose a gridare dicendo, „ meschina me mio Padre, e tutti si mitero a correre fuori della detta Casetta. „ ed io mi trattenni presso della Porta con un piede fuori, e l' altro dentro „ Pergit testis „ Vide, che il detto Vento aveva un labro, che gli cadeva tutto „ sangue, e vidi, che correva per andarsene fuori del predio suddetto, e „ correndo cadde, ed aveva un labro, che gli pendeva tagliato, e staccato per causa della ferita, ed aveva il giustacore tutto sparso di sangue, ed „ essendo caduto, tutti corsero, ed essendo alz to, il Padre gli disse vieni „ a sposare mia figlia, ed esso Sig. Vento li rispose ben volentieri, ed il Prete „ Carlo Bottini li disse, son quì come Ministro con tutti i miei ricapiti di „ Monsignore, se volete sposare mia cugina, che dopo tanto tempo sarebbe ora, ed il Sig. Vento rispose ben volentieri, ben volentieri, e di lì se „ ne ritornorono tutti nella casetta suddetta, e li fu fatto il matrimonio in „ presenza di detto Giangian filio, Novello, mia, e del detto Sig. Tiberti padre „ Convenit cum teste alter testis Joannes Preti datus ab ipsa Magdalena, licet in quibusdam, quæ ad rei substantiam vix pertinent disconveniat a Grosso; nec ambigitur a Carolo Honorato Tiberti ictu tormenti bellici, quo armatus erat, percussum fuisse Advocatum: Ambigitur an aggressor fuerit, vel aggressus, quod dicit bonus ille Joannes Preti. Ita contractum fuit bellum hoc matrimonium inter cædes, vulnera, & sanguinem, quo respersus fuit liber, & stola, quibus utebatur Sacerdos ille Bottinius minister, ut sese dixit, magni hujus Sacramenti. Vix contracto marrimonio, discessit nullo comite Advocatus Vento, sed tribus vulneribus saucius domum pervenire non potuit, debuitque consistere in Monasterio Patrum S. Franciscí, quod est in via. Damnati fuerunt ad triremes a Fisco Carolus Honoratus Tiberti, Joannes Preti, Honoratus Novelli, & Franciscus Giangian, Magdalena vero exilii pœna a tota Monaci ditione: Jussum est, ut traderetur processus Curiæ Ecclesiasticæ, ut contra Sacerdotem Bottinium agere posset Promotor, sed nihil egit. Pœnam quoque fugerunt damnati, nam Advocatus Fiscalis affinis Tiberti appellationem impetravit, & a secundo Judice absoluti fuerunt omnes, damnato dumtaxat Carolo Honorato Tiberti in certam pecuniæ quantitatem.

Confugit Advocatus Vento ad hoc Sacrum Tribunal, ut nullum declareretur matrimonium metu contractum, & auditus Episcopus, totus fuit in Epistola sua, ut se excusaret de facultate cuilibet Sacerdoti data, ut quocumque loco, nullisque præmissis denunciationibus, præsens esse posset matrimonio inter Advocatum Vento, & Magdalenam Tiberti contrahendo. Causa vero numquam proposita fuit, præpedito Advocato bellis, quæ Regiones illas vastarunt. Rebus nunc compositis, urget, ut dissolvatur a laqueo injecto

primum fraude, dolove, in metu, qui conſtantiſſimum quemlibet virum concutere potuiſſet. Metum probari ex ipſa lamentabili hiſtoria hujus matrimonii, omneſque actus antecedentes, concomitantes, & ſubſequentes digito oſtendere defectum conſenſus Advocati, quem metus in illis rerum anguſtiis expreſſit ab ore, non ab animo. A Magdalena nihil habuimus. Dubium eſt.

An conſtet de nullitate matrimonii in caſu &c.

Pro confectione Proceſſus juxta mentem.

Die Sabbathi 19. Junii 1751.

QUatuor, quas ſubjicimus, Cauſæ *dilationem* habuerunt ab Eminentiſſimis Patribus *ad hanc Congregationem*, Tres primæ in ultima *Congregatione* habita *die* 22. tranſacti menſis *Maii*: Quarta in *Congregatione* habita *die* 8. ejuſdem menſis. Rogatos itaque volumus eoſdem Eminentiſſimos Patres, ut ad eas expediendas *Folia earumdem Congregationum* conſulant.

Seſs. 24. c. 1. de Ref. Matr. NICIEN. MATRIMONII, cujus Caput eſt,
An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

Seſſ. 25. cap. 19. de Reg. NEAPOLITANA NULLITATIS PROFESSIONIS, qua quæritur.
An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Negative, & amplius.

Seſs. 24. c. 12. de Ref. LEODIEN. SERVITII, cujus duo ſunt Capita,

I. *An Rector Beneficii erecti ad Altare S. Leodegarii ſæcundæ fundationis in Collegiata Eccleſia S. Martini Civitatis Leodien. teneatur adimplere munus Hebdomadarii dictæ Eccleſiæ Collegiatæ?* & quatenus affirmative.

II. *An Henricus Euſtachius Coroy ejuſdem Beneficii poſſeſſor incurrerit privationem dicti Beneficii ad formam literarum Alexandri VI. itaut liceat Capitulo alium præſentare, & Decano illum inſtituere in caſu.*

Ad I. Affirmative, & amplius. Ad II. Negative, & amplius.

Seſſ. 22. c. 9. de Reformat. Seſſ. 25 c. 13. de Regular. Seſſ. 25. cap. 8. de Ref. VASIONEN., in qua tria Dubia diſputantur.

I. *An Reverendiſſimo Ordinario Vaſionen. viſitare liceat venerabile Hoſpitale pauperum Infirmorum dictæ Civitatis, & pro recto illius regimine, & circa bonorum adminiſtrationem Decreta condere in caſu &c.*

II. *An Dignitatibus, & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Vaſionen. duobus ex Rectoribus dicti Ven. Hoſpitalis competat præcedentia reſpectu Rectorum Laicorum tam in Congregationibus, aliiſque Functionibus dicti Hoſpitalis quam in ſubſcriptione Reſolutionum. & Mandatorum adminiſtrationem bonorum reſpicientium in caſu &c.*

III. *An ſingulis Rectoribus ſive Eccleſiaſticis, ſive Laicis abſque aliorum conſenſu liceat privative munera dicti hoſpitalis exercere in caſu &c.*

Ad I., & II. Affirmative. Ad III. Negative.

CIVI-

CIVITATIS CASTELLI JURISDICTIONIS: Data fuit hæc Causa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 2. *Augusti* 1745. ut in *Thes. Resol. S. Cong. Vol. XVIII. pag.* 67., sed proponi non potuit: Data iterum in *Folio Congregationis sequentis*, ut in *eodem Vol. XVIII.* definita non fuit, dilationem postulante Promotore Curiæ Episcopalis. Data tertio in *Folio Congregationis* habitæ *die* 22. *Novemb. eodem anno*, ut in eodem *Vol. XVIII.* Promotore Curiæ Episcopalis novam dilationem petente, novam ab Eminentissimis Patribus dilationem obtinuit. Postulat nunc Promotor Tribunalium Laicorum, ut ea definiatur, & Amplissimi Patres, repetita lectione *Folii Congregationis* habitæ *die* 2. *Augusti anno* 1749. respondere poterunt. *Sess.* 24. *c.* 20. *de Regul.*

An sit standum, vel recedendum a decisis die 26. *Januarii* 1625, *& respective subsistineatur Decretum Episcopi in novissima Synodo anni* 1746. *in ordine cap.* 26. *de Foro Competen. in casu &c.*

Non proposita.

NOLANA: Sex collecta Capitibus data fuit hæc Causa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 20. *mensis Junii* transacto *anno* 1750. Tria Capita definita fuerunt, contumace Thoma Antonio Cartone Archipresbytero Ecclesiæ *S. Petri ad Schafatum*. qui in Jus vocatus non venit. Alia tria dilationem habuerunt: Quæ definita fuerunt hæc erant. I. *An Episcopus Nolanus sive per se, sive eo impedito, per Convisitatores sit manutenendus in possessione visitandi Parochum, & Ecclesiam Parochialem Terræ S. Petri ad Schafatum in casu &c.*, & quatenus affirmative II. *An subsistineatur excommunicatio a Convisitatoribus Episcopi Nolani fulminata contra Parochum Thomam Antonium de Cortone in casu &c.*, & quatenus affirmative. III *An dictus Parochus incurrerit irregularitatem in casu &c.* Respondit his Sacrum Tribunal *affirmative.* Petiit Archipresbyter audiri, & nunc IV. Dubia, iis, quæ definita non fuerunt, comprehensis, disputantur. *Sess.* 7. *cap.* 8. *de Ref. Sess.* 21. *c.* 8. *de Ref. Sess.* 23. *cap.* 15. *de Ref. Sess.* 24. *c.* 9. *de Refor. Sess.* 25. *c.* 11. *de Regul.*

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis quoad I. II. & III. Dubium in casu &c.*

II. *An Parochus Ecclesiæ S. Petri ad Schafatum possit uti Insignibus Episcopalibus, Populum per eamdem Ecclesiam, & Terram benedicere, & Thronum in dicta Ecclesia retinere in casu &c.*

III. *An idem Parochus possit Confessarios approbare, licentiam concionandi concedere, & indulgentias publicare, sive potius prædicta spectent ad Episcopum Nolanum in casu &c.*

IV. *An dictus Parochus possit concedere literas Dimissoriales, sive potius ab Episcopo Nolano teneantur Scholares dictæ Terræ prima Clericali Tonsura initiari, & Clericos tam ad minores quam ad Sacros Ordines promoveri in casu &c.*

Dilata ad primam post proximam.

CONSTANTIEN. CANONICATUS: Redit ad Judicium Eminentissimorum Patrum hæc Causa, quæ data in *Folio Congregationis* habitæ *die* 27. superioris *mensis Martii* non fuit proposita, sed in sequenti *Congregatione* habita *die* 24. *Aprilis*, & proposita fuit, & definita. Duo erant ejus Dubia I. *An prætensa privatio, & nominatio Capituli subsistineatur, seu potius sit exequendum Rescriptum Sanctissimi in casu &c.*, & quatenus negative ad primam, & affirmative ad secundam partem II. *An, & a quo tempore debeantur Canonico Stapff fructus, distributiones, & alia quæcumque emolumenta Canonicalia in casu &c.* Respondit his Sacrum Tribunal *Ad I. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. Ad II. Quoad fructus præbendæ* *Sess.* 24. *cap.* 12. *de Ref.*

dæ deberi pro toto tempore, in reliquis deberi a die reditus ad residentiam.
Non placuit Capitulo Valdkirckii hæc definitio, & nunc ambigitur.
An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.
Dilata ad sequentem.

Sess. 14. cap. 7. de Ref.

OSTUNEN. REINTEGRATIONIS AD PARTICIPATIONEM: Hæc quoque Causa secundas Eminentissimorum Patrum postulat curas. Dedimus eam in *Folio Congregationis* habitæ *die* 24. transacti *mensis Aprilis* duobus Capitibus dispertitam. Primam erat: *An favore Maximiliani Nardelli, & Dominici Donati Carella sit locus extensioni gratiæ super facultate celebrandi Missas in quibuscumque Ecclesiis etiam Parochialibus.* Alterum erat: *An, & a quo tempore eisdem competat reintegratio ad participationem in Ecclesia receptitia Terræ S. Viti in casu &c.* Responsum fuit ab Eminentissimis Patribus. *Ad I. Negative. Ad II. Competere a die obtentæ gratiæ quoad Chorum, & Horas Canonicas tantum*: nunc autem respondendum est.
An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Quoad primum Dubium: In decisis, & amplius. quo vero ad secundum prævio recessu a decisis negative.

Sess. 5. c. 2. de Ref. & Sess. 24. c. 4. de Ref.

CIVITATIS CASTELLANÆ JURIS CONCIONANDI: Diuturno usu, cujus nulla memoria est, servatum fuit, ut in Ecclesia Collegiata Sancti Michaelis Archangeli Terræ Capratolæ prædicationes verbi Dei haberentur per orbem, seu *turnum* a Patribus Minoribus Observantibus, Carmelitis Excalceatis, & Cappuccinis, quorum in eadem Terra sunt Monasteria. Post centenarii, & immemorialis temporis fugam Universitas illius Terræ, quæ stipendium solvit Sacris Oratoribus, liberum sibi nuper jus esse reputans eligendi quem vellet ad hoc prædicationis munus implendum revocavit turnum trium Monasteriorum. Adita fuit hac de re Sacra Congregatio, quæ Bono Populorum Regimini præposita est rescriptitque secundum Communitatem, sed adito a tribus Monasteriis R. P. D. Auditore Sanctissimi, data fuit Eminentissimis Patribus postulationis hujus cognitio. Auditus fuit, ut moris est, Episcopus, & nunc Causa proponitur, urgentibus Patribus nullum hac in re jus esse Communitati; solvat licet stipendium; prædicationis enim munus proprium esse Episcoporum, ideoque jus, & facultatem deputandi sacros Oratores non ad Communitates, sed ad Episcopos pertinere, nisi contraria sit consuetudo, quæ in Ecclesiis inferioribus, quidquid sit in Cathedralibus, licet quadragenaria sit, servanda est; ut tradunt *Barbos. ad Concil. Trident. sess. 5. de reform. cap. 2. n. 10. Pignatell. consult. Canon. 206. vol. 4. n. 15. 17. 37. & sequent. Card. de Luca Miscel. Eccles. disc. 27. n. 5. & in adnot. ad Conc. Trid. disc. 3. num. 6. Vener. in Exam. Episcop. cap. 60. n. 8. & sequent Gavant. in Manual. Episcop. verb. Concio Sacra num. 24. & sequent.*, aliisque frequentissime.
Cum igitur nullum hac in re jus sit Communitati, cum Episcopo obstent immemorialis consuetudo, consequens esse ut mutanda non sit dispositio, & methodus hactenus servata, ut ad prædicationes verbi Dei admittantur per orbem tria Monasteria: Vetustas enim vicem legis obtinere debet, & possunt Patres proponere transactionem, pactus, Constitutionem Apostolicam, & alium quemlibet aptiorem titulum juxta vim cognitissimam temporis centenarii: Ex hac vetustate colligi spectandum non esse, quod a Communitate excipi solet agi de actibus facultativis, in quibus nullum habeat locum præscriptio, & stipendium sive eleemosinam ab ea præstari, vt omnis æquitas postulet, jus eidem dandum esse eligendi sacrum Oratorem, non enim facultativi dici possunt actus qui, sciente, & patiente Episcopo, singulis annis facti sunt, nec de præscriptione quærendum esse, sed de consuetudine interpretativa, & præsumptiva juris non contra Communitatem, quæ hac in re nullum habet titulum, sed contra Episcopum: Communitatem vero, quæ sti-

pen-

pendium, seu eleemosynam praestare hactenus suevit, compelli posse etiam Censuris, ad illam praestandam, licet Oratorem sacrum non eligat, ut ex aperta Tridentini sanctione docuerunt *Leo in Thesaur For Eccles. par. 1. c. 8. num. 6. Bellet. disquis. Cleric. tit. de Cler. debitor §. 15. num. 7. Campanil. in diverf. Jur. Canon. rubric. 12. cap. 13. num. 17. Barbosa de offic. Episcop. par. 3. allegat. 25. num. 12. Pignatell. consult. canon. 206. num. 33., & 54. vol. 4. Monacell. in Formular. tom. 1. tit. 12. form. 7. num. 6. Sperell. decis. Eccles. 70. num. 1. 7. & 13. Panimoll. dec. Eccles. 91. annot. 2. num. 8. & 13.*

Hæc Patres: In libello Communitatis urgetur stipendium ab ea solvi: rem esse de actibus facultativis; eademque potestate, qua placuit servandum esse turnum, potuisse placere, ne servaretur: constare de titulo certo turni trium Monasteriorum ex decreto nempe Conciliari anno 1624.: hunc titulum non esse coactivum, sed voluntarium ideoque frustra objici tempus centenarium. Sunt alia, quæ ex eodem libello nobis sero nimis dato cognosci poterunt ab Eminentissimis Patribus Dubium est.

An Jus deputandi Concionatorem in Ecclesia Collegiata S. Michaelis Archangeli Terræ Caprarolæ libere spectet ad Communitatem ejusdem Terræ, seu potius ipsa teneatur alternative per turnum eligere Patres Minores Observantes, Carmelitas Excalceatos, & Cappuccinos in casu &c.

Negative ad primam partem: Affirmative ad secundam, & amplius.

Die Sabbathi 10. Julii 1751.

CONSTANTIEN. CANONICATUS; Indulta fuit Capitulo Valdkirchii dilatio *ad hanc Congregationem* in hac Causa, quæ data fuit in *Folio* ultimæ *Congregationis* habitæ *die* 19. transacti *mensis Junii* ideoque poterunt Eminentissimi Patres Folium illud iterum consulere, ut definiant. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

BOVIANEN., SEU SEPINEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Speciem omnem, rationesque hujus Causæ legerunt Eminentissimi Patres in *Folio Congregationis* habitæ *die* 8. superioris *mensis Maii* qua die rescripserunt -- *Dilata, & scribat defensor Professionis* -- Scripsit ille, & nunc Causa proponitur, ac respondendum erit ab Amplissimis Patribus. *Sess. 25. cap. 19. de Reg.*

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative.

CASTELLANETEN. DOTIS. Data fuit hæc causa in *Folio ejusdem Congregationis* habitæ *die* 8. superioris *Mensis Maii* sed proposita non fuit, Capitulo *dilationem* petente. Iterum data fuit in *Congregatione* habita *die* 22. ejusdem *Mensis Maii* & duobus ejus Capitibus, quorum I. erat: *An subsidium Dotale Pii Montis Juvenazii debeatur Elisabeth Chiesi, & in qua quantitate?* Alterum vero: *An sumptus litis contra Episcopum per Exequutores Pii Montis erogati desumi deberent ex redditibus ejusdem Pii Montis in casu &c.* respondit Sacrum Tribunal: *Ad I. Deberi pro tota summa matnrata. Ad II. Affirmative pro rata taxanda coram Domino Secretario.* Ad novum redit judicium hæc definitio, & respondendum est. *Sess. 22. c. 8.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

TUDERTINA: Dedimus omnem Causæ hujus speciem, & rationes, quæ in ea sunt, in *Folio Congregationis* habitæ *die* 16. *Januarii* hoc anno. *Sess. 25. c. 4. de Ref.*

Pla-

Placuit Amplissimis Patribus respondere -- *Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem*; quæ fuit, ut Episcopus mitteret instrumentum unionis factæ a Francisco Maria Bichio Episcopo Tudertino anno 1664. trium Beneficiorum simplicium, quorum primum nuncupatur *Hospitale Sancti Terentiani*: alterum *Sancti Petri de Cenito, sive de Cammerata*: tertium *Sancti Sebastiani* erectum in Ecclesia Cathedrali Tuderti. Implevit Episcopus mandata Sacri Tribunalis, & in instrumento, quod misit, hæc habentur -- *Ecclesiæ Curatæ sub titulo Sancti Michaelis Archangeli Castrorum Ceccanibii, & Podii Aprici insimul unit, incorporavit, & univit Hospitale Sancti Terentiani ad præsens possess. per Rev. Carolum Zibellinum, & Beneficium simplex sub Titulo Divi Sebastiani in Ecclesia Cathedrali, & aliud Sancti Petri de Cammerata, quorum Rector est Dominus Hieronymus Fabrus.* Ex his nihil posse colligi, quod officiat postulationi suæ disputat Parochus Castri Ceccanibiorum. Poterunt itaque Eminentissimi Patres repetita lectione *Folii illius Congregationis*, idem, quo tunc propositum, fuit, Dubium dissolvere.

An Parochus Ecclesiæ Castri Ceccanibiorum teneatur celebrare Missas duas pro qualibet hebdomada in Cappella Sancti Sebastiani erecta in Ecclesia Cathedrali Civitatis Tuderti in casu &c.

Affirmative, & amplius.

Sess. 21. cap. 6. de Ref.

PLACENTINA EXEMPTIONIS: Domus, quam Dominicus, aliique Fratres Schiavi Placentiæ incolunt, sita est intra fines Parochialis Ecclesiæ Sancti Hilarii cujus Parochiæ Rector est, sive Præpositus Sacerdos Corradinius. Gravibus inter Fratres Schiavi, & hunc Præpositum exortis inimicitiis, Episcopus prudentissime solvit eosdem Fratres ab obligatione implendi præceptum Paschale in Ecclesia Parochiali Sancti Hilarii, facta iisdem potestate illam adimplendi in alia Parochiali Ecclesia, evenit id duobus annis, nuper autem iidem Fratres preces obtulerunt Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabant exemptionem a cura illius Præpositi, utque curæ Parochi vicinioris subiicierentus, donec Præpositus ille in ea Parochia esset. De hac postulatione cognoscere Amplissimos Patres voluit Optimus Princeps. Auditus, ut fieri solet, Episcopus causas retulit, quibus Fratres Schiavi moverentur: anno 1742., bello fervente, accusatum fuisse Dominicum a fœmina vilissimę conditionis, quod Principi maledixisset, plurimasque ærumnas pati debuisse, antequam ab impicto crimine purgaretur, ob falsam testificationem, quam hac de re fecerat oretenus bonus ille Præpositus: anno 1744. discordias excitasse Præpositum inter matrem Fratrum Schiavi, & uxorem Dominici, itaut mater cum duobus filiis Sacerdotibus domo secesserit, & post hanc secessionem novas excitasse discordias sequuta fuisset divisio, nisi duo fratres sibi invicem aperuissent authorem, & excitatorem discordiarum, & litium: Anno 1746. callidis artibus Præpositi auctam fuisse a Congregatione Parochorum pensionem tabernæ, quam alieno nomine fratres exercent, itaut dubitatum fuerit a Parochis, an licite augumentum illud retinere possent, quod illicite fuerit quæsitum.

Nondum causarum finis; cepisse Præpositum crebris visitationibus, secretisque sermonibus excolere Theresiam Schiavi eorum sororem, quæ domi erat in viduitate, eamque avertisse a confessario moribus, & doctrina perspecto, quo solebat uti; Prohibuisse fratres has visitationes, & domesticos sermones; Præpositum egisse epistolis *etiam amatoriis* diuturnisque colloquiis in Sede Sacramentali, in Sacrario, in Ædibus Parochialibus, & in ipso Parochi cubiculo, non levi, & viciniæ, & Civitatis scandalo, quod tandem cessavit fuga viduæ, quæ novas nuptias contraxit cum Petro Callegario filio sororis Præpositi, magno familiæ Schiavi dedecore ob inequalitatem non ætatis tandum, sed etiam conditionis. Episcopus secundum fratres Schiavi sentire videtur ea præsertim ratione, quod *non agatur in presenti, nisi de personali*

nali Cratorum exemptione ad illud tantummodo tempus, quo perseveraverit possessio dictæ Ecclesiæ penes Præpositum modernum Corradini. Addunt fratres causas has satis esse, ut Præpositus ab Officio removeretur juxta sanctionem Tridentini, quam præjverant Pontificum Constitutiones *in Cap. veniens de renunciat. cap.1. de elect. cap. ex literis de homicid.* traduntque *Bellett. disquis. clerlc. par.1. de discipl. cleric. §.15.num.18. Antonell. de regim. Eccles. lib.2. cap.4. num.13.*, itaut nulla esse debeat dubitatio exemptionis indulgendæ ab ejus cura, & jurisdictione, cum id utroque jure cautum sit *leg. unica Cod. si quacumq. præd. potest cap. cum recipimus. de privileg. & cap. cum authoritatem eod. tit. in VI.*, ut enim pater abutens patria potestate cogebatur filium emancipare *leg.1. §. Dispiciamus ff. de his qui sui, vel alien. jur. sunt*, & Dominus inique agens in servum compellebatur eum manumittere *leg. si Lenones Cod. de Episcop. audien. leg. fin. Cod. de spectat.*, ita Clericus dimititur e manu, & potestate Episcopi, ut late *Francesc. de Eccles. Cathedral. cap.30. Lotter. de re benef. quæst.24. Card. de Luca de judic. disc.3.* & Parochiani solvuntur a jurisdictione, & cura Parochi, ut latissime congestis exemplis differit *Vrsaya discept. Eccles. tom.3. par.1. discept.19.* A Præposito nihil adhuc habuimus. Dubium est.

An sit locus provisioni pro exemptione a Cura in casu &c.

Ad mentem.

LEODIEN. INDULTI: In insigni Collegiata Ecclesia Oppidi Tungrensis Leodiensis Diœceseos nullæ sunt Præbendæ distinctæ, sed ex fructibus bonorum, prædiorumque Capituli fit Massa, quam vocant *Grossum*, quæque semel in anno inter Canonicos dispertiri, & dividi solet. Alia quoque fit Massa *Anniversariorum*, quæ suum habet dispensatorem, quæque componitur partim pecunia, partim speciebus, ex emolumentis Anniversariorum, quæ a Canonicis, aliisque piis defunctis relicta fuerunt, a Capitulo certis, statisque diebus agenda. Participes sunt de his emolumentis, qui intersunt, neque Canonici tantum, sed etiam Beneficiarii, & Vicarii Ecclesiæ pro duabus tertiis Partibus; Sunt denique in eadem Collegiata Ecclesia distributiones quotidianæ, quæ tamen tenuissimæ sunt. Canonicatum in hac Ecclesia obtinuit Thomas Philips Anglus, qui in Brittaniam transiturus, ut opem ferret iis, qui ad Catholicam Fidem, & Romanæ Sedis obsequium redire vellent, impetravit anno 1741. a Sacratissimo Principe nostro privilegium his verbis„ Ut durante tua in Angliæ Regno absentia, ac toto occasio„ ne Missionum per te peragendarum tempore, omnia, & singula Canonica„ tus, & præbendæ præfatorum fructus, redditus, proventus, jura, ob„ ventiones, & emolumenta quæcumque, exceptis distributionibus quoti„ dianis, ad te ratione eorumdem Canonicatus, & Præbendæ, si in dicta Ec„ clesia resideres, & Divinis Officiis singulis diurnis, & nocturnis horis assi„ due interesses, spectan., & pertinen. cum ea integritate percipere, exi„ gere, & levare, ac in tuos usus, & utilitatem convertere licite, & libe„ re possis, non secus ac si Choro, & Divinis Officiis præsens personaliter „ resideres, & interesses authoritate Apostolica tenore presentium concedi„ mus, & indulgemus. *Sess.24. cap.12. de Ref.*

Paruit, ut par erat Capitulum literis Pontificis, lato decreto Capitulari, & Canonicus Philips non solum redditus Massæ *Grossi*, sed etiam emolumenta alterius Massæ *Anniversariorum* percepit ab anno 1741. quo in Angliam transvectus est ad annum 1749., quo Beneficiarii, & Vicarii querelas ad Capitulum detulerunt de injusta emolumentorum perceptione, quæ veniunt ex Massa *Anniversariorum*. Capitulum preces obtulit Sacro huic Tribunali, ut declararetur, an hæc emolumenta comprehendi deberent in privilegio. Auditus fuit Vicarius Generalis Leodiensis, qui longa epistola

utriusque Partis rationes retulit. Urget itaque Capitulum emolumenta hæc Anniversariorum iis dari ex juris dispositione, qui præsentes sint, non iis qui absint, licet privilegium habeant: ut præsentes reputentur *Navarr. cons.13. de cler. non resid. Monet. de distrib. quotid.. par.2. quæst. 14. num.22. Cened. quæst. canon. cap.1. n.5. Antonell. de jurib. & oner. cler. lib.2. par.6. cap. ult. num.179., & seqq. Carol. Anton. de Luca ad Ventrigl. adnot.19. §.2.n.3. & 4. Card. Petra ad Constit.12. Innocent.III. sect.2. n.22. & seqq. tom.2. Panimoll. dec.20. adnot.3. n.74.* Ideoque cum privilegium exprimat *omnia, & singula Canonicatus, & præbendæ præfatorum fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumanta quæcumque*, trahi non posse ad emolumenta Anniversariorum, quæ non veniunt ex Canonicatu, & Præbenda, sed ex fundationibus, & legatis Piorum Testatorum *Fagnan. in cap. licet 32. n.2., & seqq. de Præben. Piton. discept. Eccles.1. n.35.* Eoque amplius, quod in privilegio expresse fuerint exceptæ distributiones quotidianæ, & ideo excepta etiam censeantur stipendia Anniversariorum, quæ eodem jure censentur, ac distributiones quotidianæ ut ex *Text. in cap. unico de cler. non residen. in VI.* tradunt *Sanchez cons. moral. lib.2. cap.2. dub.105. num.1. Lara de Anniversar. lib.2. cap.1. num. 35. & seqq. Piton. de controv. patron. alleg.64. num.13.*

Accedere dispositionem Statutariam ejusdem Ecclesiæ, qua cautum est, ut *emolumenta eorumdem Anniversariorum nonnisi præsentibus distribuantur*, cui Statutariæ dispositioni opus fuisset, ut Summus Pontifex expresse derogasset; Huic autem tum Statuti Ecclesiæ, tum Juris communis dispositioni opponi non posse causam privilegii, quæ est bonum publicum; recepti siquidem Juris esse, ut ad lucrifaciendas distributiones, & emolumenta percipienda, quæ personalem operam requirunt, non proficiat causa absentiæ, licet pro utilitate Ecclesiæ Universalis, & pro publico Religionis, & Fidei propagandæ bono, ut ex *Textu in cap. dilectus cap. de cætero cap. ad audientiam de cleric. non resid.* tradunt *Ancharan. in cap. unic. n. 4. de cleric. non resid. in 6. Fagnan. in d. cap. licet num 160., & seqq. de præbend. Anaclet Reinfest. in Jur. Canon. lib. 3. tit. 4. §. 7. num. 199. & seqq.*; Hæc, atque alia libello suo habet Capitulum. A Canonico Philips nondum libellum Jurium suorum habuimus. Causæ Capita duo sunt.

I. *An vigore Indulti abessendi, de quo agitur, debeatur Canonico Thomæ Philips, licet non intervenienti portio emolumentorum provenientium ex Anniversariis tam fixis, quam incertis, & extraordinariis in casu &c.*

II. *An expensæ hujus litis detrahi debeant ex Massa Capitulari, seu potius an, & qui ad illas teneantur in casu &c.*

Dilata ad primam post proximam.

Sess. 25. c. 5. de Ref.

ANCONITANA: Pietate, & pecunia Sodalium *Sanctissimi Sacramenti* Civitatis Anconæ anno 1603. constitutus, & erectus fuit *Mons* fundo sc. 700, ut ex ejus fructibus, & redditibus quolibet quinquennio dos præstaretur a Sodalitio pauperi fœminæ, quæ, sordibus meretricii questus relictis, in Monasterio S. Mariæ Magdalenæ Pœnitentium ejusdem Civitatis Regularem Professionem emitteret. Eadem pietate, pecuniaque Sodalium auctus fuit *Mons* anno 1604. nova lege data, ut non singulis quinquenniis, sed triennio quolibet dos pœnitenti præstaretur. Aliud incrementum *Mons* accepit anno 1605., aliud anno 1609., itaut *Mons* excreverit ad sortem, & fundum sc. 2250., & tempus distribuendæ dotis præstitutum fuerit singulis decem, & octo mensibus. Decrevit inde *Mons*, lapsis facultatibus debitoribus nonnullorum censuum, itaut *Mons* diminutus fuerit ad sc. 1850., sed pietate, & diligentia Sodalium detrimentum hoc casu fortuito illatum *Monti* reparatum fuit. Curarunt enim Sodales, solutis dotibus, fructus, qui reliqui erant, investire, hisque fructibus novum *Montem*, quem vocarunt

Mon-

Montem fructuum, erexerunt, & constituerunt cum fundo sc. 1560. 78. fructus autem collecti ab utroque Monte usque ad annum 1747., qui supersunt. solutis dotibus, faciunt summam sc. 1688. 96.

Cum in Ecclesia Sodalitii quædam sint Altaria nimis antiqua, quæque necesse est, ut reparentur, atque ad eamdem elegantiam, & nitorem, quo splendet Ecclesia, ornentur, Sodales obtulernnt Sacratissimo Principi nostro preces, quibus alterutrum postulabant, aut scilicet facultatem erogandi in impensam reparationis, & ornamenti Altarium summam illam sc. 1688. 96., quæ reliqua est ex fructibus utriusque Montis, aut extinguendi alterum illum *Montem fructuum*, & erogandi fundum illius sc. 1560. in impensas reparationis Altarium. Data fuit ab Optimo Principe cognitio hujus postulationis amplissimis Patribus. Auditus Episcopus censuit reiciendam esse primam postulationis partem, quæ est de sc. 1688., probavit alteram, quæ est de extinguendo altero *Monte fructuum*, ejusque fundo erogando in impensas reparationis Altarium, quæ necesse est, ut reparentur; Censet summam illam sc. 1688 96. partem ex fructibus utriusque Montis uniendam esse primo Monti, cujus fundus sit sc. 3538. 96., atque ita *Mons* ille plenissime reintegrari poterit de damno censuum amissorum in summa sc. 400., alterum vero *Montem fructuum* extingui posse putat, adjectis quibusdam legibus, quas Eminentissimi Patres agnoscent ex ejus Epistola. Placuit Sodalibus sententia Episcopi, & novis oblatis precibus, postularunt ab hoc Sacro Tribunali facultatem extinguendi *Montem fructuum*, ejusque sortem erogandi in impensas reparationis Altarium, & , ut securior esset præstatio dotis pœnitenti mulieri, obtulerunt non generalem solum hypothecam bonorum omnium Sodalitii, sed etiam specialem per assignationem fundi, quem ab omni onere, atque hypotheca solutum dicebant testificatione rationalis Sodalitii.

Auditus iterum fuit Episcopus, qui libertatem fundi asseruit, retulitque ejus pretium, & redditum annuum. Nunc igitur postulatio hæc Sodalium de extinguendo *Montem fructuum*, & ejus sorte eroganda in impensas reparationis Altarium cum legibus propositis ab Episcopo, & generali obligatione bonorum Sodalitii, ac speciali hypotheca fundi Judicio Eminentissimorum Patrum subjicitur. Urgent Sodales rem esse de gratia, quæ nulli detrimentum infert, quæque impedimento non est, ne impleatur finis veterum Sodalium, qui voluerunt, ut ex fructibus, & redditibus primi Montis præstaretur dos mulieri pœnitenti; Immo plenius impleri hunc finem accessione sc. 1688., quæ unientur primo illi Monti, itaut ejus fundus sit sc. 3538., atque ita jactura illa sc. 400., quam sine culpa, & negligentia Sodalium passus est Mons, reintegrari poterit plenissime: Cum autem, hac facta reparatione, cessaverit causa illa, & finis, ob quam *Mons fructuum* erectus fuit, qui non fuit constitutus a Sodalibus, ut ex ejus redditibus dotes præstarentur pœnitentibus fœminis, sed ut reintegrari posset primus Mons de damno sc. 400., æquissimum esse, ut cesset *Mons fructuum*, utque ejus fundus, & fors, quæ parta est labore, pietate, diligentia Sodalium, in aliud pium opus, quale est illud reparationis Altarium eorum Ecclesiæ, convertatur: Præsertim cum redditus Sodalitii impares sint his impensis; diminuti enim sunt tum necessario augumento stipendii, quod præstant viginti Cappellanis, quos retinent pro cultu Ecclesiæ, tum magna vi pecuniarum, quas erogarunt, ut Domos Urbanas, & rusticas, quæ ruinam minabantur, sarcirent.

Redditus vero, quos nunc habet Sodalitium, erogari in operas plurimas pietatis, & misericordiæ, quas numerat Episcopus, itaut alterutrum deferi ab Sodalitio necesse sit, aut reparationem Altarium, aut operas pietatis, & misericordiæ: Denique satis consultum, cautumque esse dotium præstationibus, tum generali obligatione bonorum Sodalitii, quæ pridem non obstringebantur, tum speciali hypotheca fundi optimi maximi, cujus pretium

est sc. 1000., annui redditus sc. 30. . Hæc Sodales. Dubium est.
An sit consulendum Sanctissimo pro gratia in casu &c.

Affirmative, facta obligatione assignationis fundi designati, & emissa obligatione generali omnium bonorum.

Sess. 24. cap. 14. de Ref.

ROMANA UTENSILIUM: Decreto clar. mem. Cardinalis Zondadarii Visitatoris Apostolici Ecclesiæ S. Angeli in Foro Piscario constitutum fuit, *ut singuli Cappellani solvere tenerentur Sacrario Capituli taxam consuetam ad proportionem missarum pro usu sacrorum suppellectilium, ceræ, & vini, & aliis &c.* Contra hoc Decretum Leopoldus Ficedola, aliique duo ejusdem Ecclesiæ Canonici, qui post Canonicatum obtinuerunt Cappellanias perpetuas, quæ in eadem Ecclesia erectæ sunt, & sacra agunt uti Cappellani, renuerunt taxam solvere prætextu Canonicatuum, quos tenent in Ecclesia. Nihil intactum omilit Capitulum, ut respiscerent, sed cum nihil obtineret, preces obtulit Sacro huic Tribunali, quibus postulabat, ut Leopoldus Ficedola, Joseph Rinaldi, & Thaddæus Pelliccia, qui tres sunt Canonici simul, & Cappellani reluctantes auctoritate Sacri Tribunalis compellerentur ad solutionem taxæ. Rogatus fu t Eminentissimus Dominus Cardinalis Sacripantes ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ Apostolicus Visitator, ut hac de re sententiam animi sui aperiret, qui disertissima Epistola, qua inanes trium Canonicorum rationes rejecit, secundum Capitulum respondit, adjecitque tres Canonicos victos rationibus Capituli *non detrectare solutionem ejus, quod debent.*

Secus autem res evenit, nam Ficedola, aliique duo Canonici, mutato consilio, postularunt *audiri* contra rescriptum Sacri Tribunalis: *Canonicos teneri ad solutionem utensilium Cappellaniarum.* Postulat nunc itaque Capitulum, ut inconstantes hi tres Canonici ad solutionem adigantur; Indubii namque Juris esse, ut Canonici, qui Cappellanias habent in Ecclesiis Collegiatis, cum duplicem subsineant personam, & duplex gerant Officium Canonici nempe, & Cappellani, teneantur uti Cappellani ad solutionem taxæ. Hæc enim constans est, ac perpetua Sacri Tribunalis sententia, quam dignoscere licet ex Causa *Auximana Utensilium 23. Februarii 1726.*, & *Camerin. Utensilium 9. Septembris 1741.*; Nec ad rem pertinere, quod novus quilibet Canonicus solvat Sacrario Ecclesiæ summam sc. 25., quam tres reluctantes Canonici referunt ad taxam; nam solutio illa fit in causam fabricæ, neque eam pertinere ad taxam Utensilium dignosci ex solutione, quæ fit a novis Canonicis, etiamsi Sacerdotes non sint; longeque minus obesse, quod Capitulares die 3. Augusti anno 1749. exemerint Canonicum Rainaldi unum ex Cappellanis a solutione taxæ: nullam enim esse, & injustam hanc Capituli indulgentiam demonstrat Eminentissimus D. Cardinalis Visitator, & Capitulum in suo libello. A tribus Canonicis nihil adhuc habuimus. Dubium causæ est.

An pro Cappellaniis cum onere Missarum possessis etiam a Canonicis, Sacrario Ecclesiæ debeantur solita Utensilia in casu &c.

Affirmative.

Die Sabbathi 31. Julii 1751.

Sess. 7. c. 8. de Ref. Sess 21. c. 8. de Ref. Sess. 23. c. 15. de Ref.

NOLANA: Placuit Eminentissimis Patribus *Dilationem* petente Thoma Cortone Archipresbytero Parochialis Ecclesiæ S. Petri ad Scafatum, & veniente ad Causam Episcopo Literensi, rescribere in hac Causa -- *Dilata ad primam post proximam* in *Congregatione* habita *die 19.* transacti *mensis Junii*:

Junii; Obsequentes itaque eorum imperio eam hic damus, ut repetita lectione *Foliorum* diei 20. *mensis Junii anno* 1750., quo primum data fuit, & *diei* 19. superiorls *mensis Junii*, IV., quæ disputantur, Dubia expediant. *Sess. 24. c. 9. de Ref. Sess. 25. c. 11. de Regul.*

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis quoad I. II., & III. Dubium in casu &c.*

II *An Parochus Ecclesiæ S. Petri ad Scafatum possit uti Insignibus Episcopalibus, Populum per eamdem Ecclesiam, & Terram benedicere, & Thronum in dicta Ecclesia retinere in casu &c.*

III. *An idem Parochus possit Confessarios approbare, licentiam concionandi concedere, & Indulgentias publicare, sive potius prædicta spectent ad Episcopum Nolanum in casu &c.*

IV. *An idem Parochus possit concedere literas dimissoriales, sive potius ab Episcopo Nolano teneantur Scholares dictæ Terræ prima Clericali Tonsura initiari, & Clericos tam ad minores, quam ad Sacros Ordines promoveri in casu &c.*

Dilata, & fiat extractio documentorum, citata Parte.

BOVIANEN. SEU SEPINEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Respondit Sacrum Tribunal in hac Causa, quæ proposita fuit in *Congregatione* habita *die* 10. *hujus mensis*, Dubio, quod erat -- *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.* -- respondit inquam -- *Affirmative* -- Ad novum redit Judicium hæc definitio, & respondendum est. *Sess. 25. c. 19. de Regul.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

SPOLETANA CENSURARUM, ET IRREGULARITATIS: Tuturanum, sive Tudianum Oppidum est Spoletanæ Diœceseos in Præfectura Nursiæ. Duæ in illo Oppido vetustissimæ sunt Ecclesiæ, altera extra Oppidum nuncupata *Sanctæ Mariæ delle Cascine*, quæ Plebana erat, & a Monachis Abbatiæ Sancti Eutitii detinebatur, qui in ea curam Animarum administrabant, quæque, inde pulsis Monachis, ad Abbates Commendatarios pertinuit, ut nunc pertinet; Altera vero intra Oppidum dedicata Divo Bartholomæo, cujus Rectorem eligendi Jus habet Populus, & Universitas Oppidi, cui concessum fuit anno 1515. a Capitulo Basilicæ Lateranensis, quod in *suo solo* constructa fuisset a Populo, & dotata. Exercitium curæ animarum ab Ecclesia Sanctæ Mariæ ad alteram Sancti Bartholomæi dudum translatum fuit: causa ignoratur; aliam, atque aliam Partes afferunt, neutram probant. Illud probatur centum octuaginta ab hinc annis unum, idemque semper fuisse Rectorem Ecclesiæ Sancti Bartholomæi, & Plebanum Sanctæ Mariæ, quos enim Universitas, & Populus elegit Rectores Ecclesiæ Sancti Bartholomæi consueverunt Abbates Commendatarii Sancti Eutitii instituere in Plebania, & Spoletani Episcopi eos approbare sueverunt. Addit Universitas restitisse semper, si quando Abbates Commendatarii eos, quibus Plebaniam contulerant, instituere voluerunt in Beneficio, sive Rectoratu Ecclesiæ Sancti Bartholomæi. *Sess. 24. c. 18. de Ref. Sess. 25. cap. 3. & 9. de Ref.*

Decessit anno 1749. Plebanus simul, & Rector. Populus, & Universitas Rectorem Sancti Bartholomæi elegit Sacerdotem Philippum Battaleam, qui tamen institutus non fuit ab Eminentissimo Domino Cardinali de Ilcio Abbate Commendatario Sancti Eutitii in Plebanum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, quia jam concursum indixerat Episcopus Spoletanus. Venit ad concursum Sacerdos Philippus Battalea, sed probatus non fuit; qui tamen probatus fuerat Sacerdos Carolus Carletti, mutata sententia, juri suo renunciavit. Ob hanc renunciationem novus indictus fuit concursus, in quo probatus fuit Sacerdos

Fran-

Franciſcus Floruccius, qui Plebaniam obtinuit ab Eminentiſſimo Abbate, & poſſeſſionem, ut moris erat, nactus eſt in Eccleſia Sanctæ Mariæ, curam tamen animarum exercere non potuit in Eccleſia Sancti Bartholomæi, impeditus a Rectore Battalea, qui fores Eccleſiæ clauſit, & ſeſe defendit Monitorio Tribunalis A. C. Contra Floruccius Plebanus uſus eſt præcepto Epiſcopi Spoletani, quo vetabat, ne Rector Battalea „ ſtatim viſis, ſeu recepti „ præſentibus auderet, ſeu præſumeret etiam ſub titulo Rectoris Eccleſiæ „ Sancti Bartholomæi moleſtare Franciſcum Florucci Parochum ejuſdem „ Loci ſuper libero exercitio Jurium Parochialium, retentione, & adminiſtratione Sacramentorum in dicta Eccleſia Sancti Bartholomæi, in qua a „ pluribus ſæculis jam retinebantur, & adminiſtrabantur; neve auderet ſe „ ingerere in adminiſtratione dictorum Sacramentorum ſub pœna ſuſpenſionis a Divinis ipſo facto incurrendæ „ Aliud quoque præceptum ab Epiſcopo datum fuit, quo vetabatur Rectori Battaleæ, *ne auderet Parochum Florucci moleſtare ſuper libero uſu, pacificaque poſſeſſione domus contiguæ Eccleſiæ prædictæ Sancti Bartholomæi ſub pœnis &c.*

Utrumque hoc præceptum perſonaliter exequi non potuit, latitante cauto Rectore Battalea; moderatum interim fuit ab A C. Monitorium, & Epiſcopus, cum Rector Battalea nec præceptis paruiſſet, nec a Sacris abſtinuiſſet. eum intra triduum in jus vocavit *ad docendum ſe paruiſſe præceptis, & dicendum cauſam quare non deberet declarari incurſus in pœnas comminatas in dictis præceptis*: ne hæc quidem citatio perſonaliter exequi potuit, latitante Battalea, occluſis foribus domus Parochialis, ideoque affixa fuit foribus Eccleſiæ Sancti Bartholomæi. Rediit Battalea ad A. C., a quo poſtulavit obtinuitque reintegrationem Monitorii, quod ageretur de Eccleſia fundata in ſolo Lateranenſi, petiitque etiam, ut acta Curiæ Epiſcopalis circumſcriberentur, Epiſcopus, ut animarum curæ conſuleret, impetravit a Capitulo Lateranenſi, ut ſine præjudicio Jurium Partium liceret Parocho Floruccio Sacramenta miniſtrare, & Parochiales functiones agere in Eccleſia Sancti Bartholomæi, ſed neque id ſatis fuit, vetante Battalea. Neceſſe itaque fuit adire Tribunal Signaturæ Juſtitiæ, cujus R. P. D. Auditor decrevit *per modum proviſionis &c. adminiſtrari Sacramenta Populo Caſtri Tudiani per eumdem Floruccium in Eccleſia Sancti Bartholomæi*, & hoc decretum confirmatum fuit reſcripto ejuſdem Tribunalis. At id ſatis non fuit Rectori Battaleæ, & Communitati, pluraque geſta fuerunt, quibus, & Epiſcopi, & Signaturæ authoritas ſpreta fuit.

Iterum igitur adito R. P. D. Auditore Signaturæ, hic ita decrevit, per modum „ proviſionis, & ſine præjudicio Jurium Partium, & ſalvis quibuſcumque „ exceptionibus etiam in exequutionem reſcripti plenæ Signaturæ impertitus fuit licentiam Rev. Franciſco Florucci celebrandi Miſſam in Eccleſia „ Sancti Bartholomæi Caſtri Tudiani, ibique peragendi quaſcumque functiones Eccleſiaſticas; necnon mandavit conſignari per dictos Citatos eidem „ Rev. Florucci claves tam prædictæ Eccleſiæ, quam Ciborij ejuſdem „ atque ita tandem claves accepit Plebanus Floruccius, non tamen libros Baptiſmatum, Mortuorum, Matrimoniorum, & Decimarum, neque claves habuit domus Parochialis, nam Rector Battalea, qui omnia retinebat, nulla facta traditione, patria diſceſſit, evaſitque in Hetruriam: Rediit tandem menſe Martio hujus anni, & preces obtulit Eminentiſſimis Patribus, quibus petebat abſolutionem a Cenſuris, & audito, ut fieri ſolet, Epiſcopo reſcriptum fuit -- *orator pareat, & deinde ſupplicet* -- non paruit, ſed novas obtulit preces, quibus iis reſpondebat, quæ ab Epiſcopo dicta fuerant in Epiſtolis. Iterum igitur audito Epiſcopo, reſcripſit Sacrum Tribunal -- *pro Gratia abſolutionis arbitrio Epiſcopi, & in reliquis ad Judices ſuos* -- Gratia uti noluit Battalea ratus ſibi deberi abſolutionem ex debito Juſtitiæ; graviora interim molitus contra authoritatem, & dignitatem Epiſcopi, Eminentiſſimi Abbatis Commendatarii, & Sacræ Congregationis præpoſitæ bono Populorum regimini, itaut contra eum agi debuerit criminali Judicio. Nu-

per

per autem sese iterum ad hoc Sacrum Tribunal convertit nullas esse censuras contendens: quæ ab eo proponuntur, ut eas nullas probet, quæque contra a Promotore Fiscali, ut eas subsistineat, longum esset referre in facto tam longo, legent ea Eminentissimi Patres in libellis, & secundum ea, quæ proponuntur, duo, quæ subjicimus, Dubia definient.

I. *An pœnæ comminatæ in præceptis expeditis sub diebus* 22. *Junii*, *&* 14. *Julii* 1750. *a Curia Episcopali Spoleti subsistineantur in casu &c.*, & quatenus affirmative.

II. *An sit locus absolutioni in casu &c.*

Ad I. Affirmative, & amplius. Ad II. Pareat Episcopo, & refectis expensis arbitrio Episcopi, & amplius.

SPOLETANA MATRIMONII: Hæc Causa germen est Causæ præcedentis. Postquam Plebanus Franciscus Floruccius ex rescripto, decretisque Tribunalis Signaturæ Justitiæ exercitium obtinuit curæ animarum in Ecclesia Sancti Bartholomæi, pertæsus molestiarum Tuturanum, sive Tudianum reliquit, & vices suas commisit alteri Sacerdoti, coram quo Matrimonium contraxerunt Silvester Salustrus, & Martha Ansuini. Dubitatio his Conjugibus injecta fuit de validitate hujus matrimonii, quod contractum fuisset coram Sacerdote a Parocho delegato ad curam animarum. Consultus Episcopus respondit matrimonium validum esse. Contrarium tamen visum est Theologis quibusdam, itaut Conjuges postulent nunc ab Amplissimis Patribus dissolutionem dubietatis, in qua ipsi versantur. Ratio autem dubitandi de validitate Matrimonii est in regula juris, quæ vult Delegatum non posse subdelegare, & alteri committere, & mandare Jurisdictionem mandatam, & si alium deleget, nihil agere, ut est *in leg. fin. ff. de offic. ejus cui mandat. est jurisd. leg. a Judice Cod. de Judic.*, & licet huic regulæ locus non sit, ubi quis Delegatus fuerit a Principe, ut in *cap. fin. de offic. delegat.*, *cap. cum causam de appellat.*, vel ubi delegata fuit universitas causarum, dubitandum tamen esse in casu nostro, quia Sacerdoti Floruccio delegata non fuit a Signatura Justitiæ, decretis, quæ in Causa præcedenti hac ratione integre dedimus, universa Jurisdictio, sed exercitium dumtaxat Jurisdictionis. *Sess. 24. c. 1 de Ref. Matr.*

Videant autem Amplissimi Patres ea, qua præstant, acie mentis, an hæc quæstio, quam moverunt hi, qui Theologi vocantur, ad rem nostram pertineat; nisi enim fallimur, Floruccius non est Delegatus a Signatura Justitiæ, sed est verus Plebanus, seu Parochus probatus ab Episcopo in concursu, & institutus ab Eminentissimo Abbate Commendatario, neque de hac qualitate Parochi disputatum hactenus fuit. Quæstio, quæ agitur cum Rectore Sancti Bartholomæi, & Universitate, ac Populo Tuturani, est, an distincta Plebania a Beneficio, sive Rectoratu Ecclesiæ Sancti Bartholomæi possit Plebanus exercere jura, & functiones Parochiales in aliena Ecclesia, & exempta, qualis illa dicitur Sancti Bartholomæi: de loco quæstio erat apud Signaturam Justitiæ, non de qualitate Parochi, quam Floruccius sibi quæsivit in concursu, & ab Institutione Eminentissimi Abbatis. Placuit Tribunali Signaturæ decernere „ per modum provisionis, & sine præjudicio Jurium „ Partium licere Floruccio administrare Sacramenta in Ecclesia Sancti Bar„ tholomæi, celebrare Missam in eadem Ecclesia, ibique peragere quascum„ que functiones Ecclesiasticas *& ob id jussit* consignari eidem claves tam „ prædictæ Ecclesiæ quam Ciborii ejusdem „ ut latius dignoscitur ex ipsis decretis, quæ dedimus in causa antecedenti, itaut apertum videatur non fuisse delegatam eidem Floruccio curam animarum, quo casu agi posset quæstio proposita, sed datam eidem fuisse facultatem exercendi illam curam animarum, quam habuit a concursu, & ab Institutione Eminentissimi Abbatis, eamque ad actum perducendi in loco controverso, scilicet in Ecclesia Sancti Bartholomæi.

Dum

Cum igitur Floruccius verus Parochus sit, non Delegatus ad exercendam curam animarum pro Parocho, abesse videtur quæstio de facultate Subdelegati a Delegato, validumque videtur Matrimonium contractum coram Sacerdote, cui verus Parochus Floruccius vices suas mandavit, nam diserte cautum fuit a Tridentino posse Parochum alteri Sacerdoti delegare præsentiam matrimoniis, ut est in ejusdem Tridentini Decreto irritanti -- *qui aliter, quam præsente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus Testibus, matrimonium contrahere attentabunt eos &c.* -- Accedit Parochum in matrimoniis nullam exercere Jurisdictionem, cum ex veriori, & receptiori sententia ipse non sit minister *magni hujus Sacramenti*, sed sit testis spectabilis matrimonii, qui cum aliis testibus certam reddat Ecclesiam hunc, atque illam matrimonium contraxisse, ut ex hac quoque ratione abesse videatur quæstio de Jurisdictione a Delegato non subdeleganda. Hæc dicimus, ut res in apricum proferatur; Ad Amplissimos enim Patres spectat respondere.

An constet de validitate matrimonii in casu &c.

Affirmative.

Sess. 21. c. 2. de Ref. Sess. 22. c. 5. de Ref.

FIRMANA DISPENSATIONIS: Postulavit pluries ab Archiepiscopo Firmano Antonius Petrinius natus in Oppido Montis Liberti; ut Ecclesiasticæ Militiæ adscriberetur, *at probus licet, honestus, & studiis deditus* rejectus fuit semper, quod oculo sinistro, quem vocant Canonis, visiva facultate careret. Romam venit Antonius, ut studiis operam navaret, obtulitque preces Amplissimis Patribus, quibus postulabat dispensationem ab hoc impedimento: rescriptum fuit: *Superiori Missionis pro informatione, & voto facto experimento.* Implevit hic mandata, censuitque *posse dispensari, quod carentia cum alia gravi vultus fœditate conjuncta non sit, & Canonem absque indecentia legere possit, ut ex facto experimento compertum est.* Post hæc auditus fuit Archiepiscopus, eoque audito, rejectus fuit Antonius. Redit ille tamen ad Amplissimos Patres, & disputat *Textum in C. si Evangelica distinct. 55.*, unde desumitur hoc impedimentum, agere de eo, cui oculus erutus fuit, neque porrigi Jure posse ad eos, qui integros habeant oculos, licet unus, aut alter expers sit facultate videndi, hi enim neque deformes, neque mutili dici possunt, ideoque hoc casu, si nulla notentur deformitate, dum Canonem legunt, quod ab experimento dignoscitur, dispensari posse, ut frequentissime dispensari solent juxta doctrinam *Reginal. in prax. for. pœnit. tom. 2. lib. 30. sect. 2. de irregul. ob defect. membr. sub num. 49. vers. adverte Joan. Sir. Theolog. moral. titul. 31. cap. 5. part. 3. num. 26. §. cæcitas Layman. lib. 1. tractat. 5. par. 5. cap. 4. num. 2. Avila de Censur. par. 7. disput. 3. dub. 1. Diana resol. moral. tractat. 6. de Mut. Surd., & Cæc. resol. 22. vers. dico Sair. de Censur lib. 6. cap. 8. num. 8. §. Quod si Barbos. de Off. & potest. Episc. part. 2. allegat. 42. num. 31. Homobon. de exam. Eccles. tractat. 12. cap. 2. part. 5. in observat. verbo maneat.*

Addit non esse spectanda, quæ in Epistola ad hoc Sacrum Tribunal habet Archiepiscopus, nam quod dicat Antonium in oculo etiam dextero leve aliquod pati visus impedimentum, refellitur a Medicis, & ab experimento jussu Sacri Tribunali facto in ædibus Missionis; quod vero neget in Diœcesi sua opus esse Clericis, & Ecclesiasticis Viris, itaut abscribendi non sint Clericali Militiæ, qui vitio aliquo corporis sint affecti, minus verum esse in Oppido saltem Montis Liberti, ut probatur testificationibus, neque hanc ejus rationem obfuisse Silvestro Octaviani in eodem Oppido nato, cui par vitio oculi laboranti nihil ipse oppositum, sed dispensationem, quam ille obtinuit, exequutus est, ut nulla reddi ratio possit, cur idem vitium uni obesse,

esse; alteri vero non obesse debeat. Hæc Antonius. Dubium, quod proponitur, est.

An Antonius Petrini sit dispensandus in casu &c.

Affirmative prævia expeditione Brevis.

CALARITANA SUPPRESSIONIS BENEFICIORUM, ET ATTENTATORUM: Sita est in Suburbio Leapoli, vulgo *della Marina* Civitatis Calaris Ecclesia Parochialis dedicata S. Eulaliæ, quæ est sub protectione Syndicorum Suburbii. Cum hæc Ecclesia Sacrorum Ministrorum numero, qui illius Ecclesiæ servitio, & populi necessitatibus satis esset, destitueretur, Syndici anno 1616. preces obtulerunt Archiepiscopo Calaritano, ut consensum præstaret fundationi octo Beneficiorum, iis legibus, & conditionibus, quæ in precibus fuerunt expressæ, utque horum beneficiorum patronatus, & nominatio ad Syndicos perpetuo spectaret. Post quadriennium facta fuit, Archiepiscopo probante, & laudante, fundatio septem tantum beneficiorum, iis legibus, & conditionibus, quas Syndici petierant, constituta iis dote in bonis, redditibus, emolumentis, & pecuniis communibus dictæ Ecclesiæ S. Eulaliæ. Nominatis igitur Beneficiariis, facta fuit iisdem a Syndicis traditio, & assignatio tot bonorum, & censuum, qui facerent sortem librarum 17576., & solidorum quinque, quæque redderet duos solidos, & sex denarios unicuique Beneficiario qualibet die solvendos nomine distributionum quotidianarum. In hac traditione, & assignatione Syndici de evictione caverunt, sed bona Ecclesiæ S. Eulaliæ, non vero bona sua, aut Syndicorum successorum obligata voluerunt. *Sess. 25. c. 5. de Ref.*

Nominationes a Syndicis factæ semper fuerunt ad hæc usque tempora, licet Communitas Presbyterorum, & Promotor Fiscalis Curiæ Archiepiscopalis pluries contradixerint, nunc proponentes defectum integræ, quantitatis in assignatione, nunc peremptionem sortis censuum, nunc vero defectum Juris patronatus, quod bona, quæ in dotem tradita fuerunt, non essent Syndicorum, sed Ecclesiæ S. Eulaliæ. Anno tandem 1724. cum decessisset Beneficiarius Martinus Carta, nominatus fuit a Syndicis Sacerdos Urrubesos, cui tamen sese contradictores præstiterunt Beneficiarii, & Promotor Fiscalis Hac lite nondum sopita, vacavit apud Sanctam Sedem alterum ex his beneficiis, & provisus fuit *de eo tamquam de Jurepatronatus Laicorum* Sacerdos Augustinus Sanna, addita in literis conditione, *verificato prius coram Ordinario loci dicto Jurepatronatus ex fundatione, & dotatione.* Dum hanc conditionem implebat Augustinus, Communitas Beneficiariorum preces obtulit optimo Pontifici Benedicto XIII., quibus narrata hystoria fundationis, & dotis horum Beneficiorum, & peremptione majoris partis censuum, qui assignati fuerant a Syndicis, temporum, & bellorum injuriis, vel quod debitores facultatibus lapsi essent, postulabat, ut quæ duo vacabant beneficia, & alia duo vacatura supprimeret, itaut octo beneficia ad quatuor redigerentur.

Data fuit postulationis hujus cognitio Sacro huic Tribunali, & audito Vicario Capitulari, cum tunc Sedes Archiepiscopalis vacua esset, respondit hic „ Syndicos in d. Parochiali fundasse præter beneficium quoddam simplex „ cum annuo redditu solummodo librarum 4. monetæ Calaris, septem alia „ beneficia, pro quorum erectione obtulerunt 17576. libras, & 5. solidos, „ revera tamen consignasse proprietatem librarum 6990., & solid 14., ita„ ut extiterint præfati Syndici debitores remanentis quantitatis, scilicet li„ brarum 10585., & solid. 2. quam nec ipsi, nec in posterum successores „ tradiderunt. *Addidit* etiam præd. 6990. temporum injuria, & bellorum „ causa magna ex parte periisse, itaut pro distributionibus quotidianis vix „ superfuerint libræ 2481., & solidi 4., ut ex libris Visitationum pate„ bat „ Hæc Vicarius Capitularis. Placuit Sacro Tribunali audire Delega-

tum Apoſtolicum Regni Sardiniæ, cui mandavit, *ut interim nominationes ad duo vacantia beneficia non admitti juberet*. Hic Tribunal erexit, in Jus omnes vocavit, etiam Exequutorem Literarum Apoſtolicarum, quas obtinuerat Auguſtinus Sanna, decrevitque, ut Jura ex actis extraherentur, a quo decreto Syndicis appellantibus, ipſe appellationem rejecit. Auguſtinus Sanna venit ad hoc Sacrum Tribunal, oblatis precibus, quibus narrabat Literas Apoſtolicas ſe obtinuiſſe, quibus nulla mora iniici poterat. Reſcriplit Sacrum Tribunal die 12. Januarii anno 1726.: *Expectetur relatio Delegati, & tunc providebitur*: dum tamen Auguſtinus Sanna hæc petebat ab hoc Sacro Tribunali, Vicarius Capitularis Calaritanus, coram quo Juſpatronatus in Literis Apoſtolicis expreſſus verificari debebat, pronunciavit *ſatis fuiſſe verificatum patronatum ex fundatione, & dotatione Syndicis competere*, & Exequutor Literarum Apoſtolicarum vacuam Beneficii poſſeſſionem tradidit Auguſtino Sannæ.

Cum autem poſt hæc vacaſſet alterum ex beneficiis, Syndici nominarunt Sacerdotem Franciſcum Mariam Calvum, quæ omnia in cauſa fuerunt, ut tandem Communitas *ſpeciali citatione vigore litis pendentiæ*, & Syndicos, & duos Sacerdotes Urrubeſſos, & Sannam in Jus vocaret coram Eminentiſſimis Patribus, & quatuor Capitibus collecta controverſia, Cauſa nunc proponitur, petente Communitate Beneficiariorum circumſcriptionem poſſeſſionis nactæ ab Auguſtino Sanna, & nominationis Franciſci Mariæ Calvi, ſuppreſſionem quinque beneficiorum ex ſeptem, quæ a Syndicis fundata fuerunt anno 1620., vel ut Syndici compellantur ad ſupplendam dotem inſufficienter aſſignatam, ut latius cognoſcere poterunt Eminentiſſimi Patres ex Libello Communitatis. A Syndicis, & duobus Sacerdotibus nihil habuimus. Dubia ſunt.

I. *An conſtet de attentatis, itaut acta, & poſſeſſio capta per Sacerdotem Auguſtinum Sanna de Beneficio in Eccleſia Parochiali S. Eulaliæ per eum apud Sanctam Sedem impetrato, nec non præſentatio R. D. Franciſci Mariæ Calvi, & aliorum per Syndicos expleta, ſint circumſcribenda, & revocanda tamquam attentata in caſu &c.*

II. *An quinque ex ſeptem Beneficiis fundatis per Syndicos Suburbii Leapoli anno 1620. in dicta Eccleſia Parochiali S. Eulaliæ, & ad præſens vacantia ſint ſupprimenda in caſu &c.*, & quatenus negative.

III. *An Syndici prædicti cogi debeant ad ſupplendam dotem ejſdem Beneficiis inſufficienter aſſignatam*, & quatenus negative.

IV. *An Beneficiatis poſſidentibus beneficia erecta anno 1620. injungendum ſit, quod habeant maſſam ſeparatam, & particularem, eiſque prohibendum, ne quidquam accipiant ex redditibus beneficiorum in eadem Eccleſia tam prius, quam poſterius fundatorum?*

Dilata, & ſcribatur moderno Archiepiſcopo pro Informatione, & Voto; auditis Partibus.

Seſs. 22. c. 5. de Ref.

LUNEN. SARZANEN. DISPENSATIONIS: Sententia lata die 4. menſis Septembris anno 1750. ejectus fuit *uti incorrigibilis* ab Ordine Minimorum S. Franciſci de Paula Sacerdos Joannes Pellegrini natus Podenzanæ in Diœceſi Sarzanenſi. Poſtulavit inde ab Epiſcopo, ut conſtitutionem Patrimonii Sacri, quam ad congrue ſubſtentandam vitam obtinuerat ab aliena pietate, approbaret, quod factum fuit ab Epiſcopo, qui ei prohibuit, ne Sacra faceret, non impetrata prius diſpenſatione ab irregularitate, ſeu ſuſpenſione; quam incurrere ejectos nulli latet ex decreto hujus Sacri Tribunalis apud *Fagnan. in cap. ne religioſi num. 71. de Regular.*, & *alios*. Preces itaque de hac diſpenſatione obtulit Joannes Sacratiſſimo Principi noſtro, a quo data fuit cognitio Ampliſſimis Patribus. Auditus Epiſcopus vera eſſe reſpon-

respondit, quæ de Patrimonio narravit Joannes; Morum emendationem sperat, creditque eum non invenire alios Ordines Regulares, qui velint eum recipere. Postulat nunc itaque Joannes ab Eminentissimis Patribus, ut dispensationi huic indulgeant, quod infamia illa facti, quæ oritur ex ejectione, purgetur emendatione morum, & ideo dispensationi locus sit, cum nulla alia obsit causa ex *Sanch. cons. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 24. num. 2., & 3. donat. de regul. tom. 1. tractat. 8. de ejectis a claustr. quæst. 44., Novar. in Somm. Bullar. part. 2. comment. 64. n. 17., Pignatell. consult. 85. num. 13., & seqq. tom. 1. Pascucc. ad eumdem tom. 2. in compend. de regular. fol. 185.* videant igitur Amplissimi Patres.

An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione in casu &c.

Negative.

CLUSINA COMMUTATIONIS BENEFICII: Canonicatum in Ecclesia Cathedrali Clusina fundarunt anno 1747. Sacerdos Carolus Cæsarinius, & Maximilianus ejus frater nati in Vico *della Strada* Diœceseos Civitatis Plebis, data dote in Prædiis sitis in hac ipsa Diœcesi. Onera adjecta hæc fuerunt, ut Canonicus Festis tantum diebus Choro interesset, exceptis tamen mensibus Julio, Augusto, & Septembri, quibus omnes oram illam fugiunt gravem aeris vitio, sacra octo intra anni circulum agendi diebus Marianis; Utrumque deniquæ Patronatum sibi, & descendentibus a Maximiliano reservarunt. Erecto hoc Canonicatu, agnoverunt Fundatores inutilitatem illius; tenuis namque redditus annuorum scut. 24., & aeris vitium in causa fuerunt, ut nullus esset, qui eum vellet recipere, & qui eum accepit, patrato quodam crimine, fugit. Re igitur melius perpensa, satius duxerunt Fundatores postulare ab Eminentissimis Patribus commutationem, & translationem hujus Beneficii, supprimendo inutilem illum Canonicatum, & erigendo iisdem bonis, & redditibus simplex beneficium in Ecclesia *Sanctæ Mariæ de Poggi*, quæ sub cura est Ecclesiæ Parochialis Villæ *Strada*, unde origo est Fundatoribus, servato sibi, & descendentibus a Maximiliano utroque Patronatu. Auditus fuit Episcopus Clusinus, qui narrat Capitulum consensum præstare, & postulat tantum, ut summa aliqua eleemosynæ nomine arbitrio Eminentissimorum Patrum statuenda ei præstetur a Fundatoribus, ut emantur animalia, quorum redditu augeri possint distributiones quotidianæ, quæ tenuissimæ sunt. Non renuunt Fundatores hanc summam solvere ab Eminentissimis Patribus taxandam. Causa nunc proponitur, & poterunt Amplissimi Patres ex Epistola Episcopi agnoscere inutilitatem hujus Canonicatus, quam supprimi posse, commutari, & transferri disputant Fundatores ex resolutione donationis consensu donantis, & donatarii, & quod rationi congruat Beneficium potius erigere, quam inutilem Canonicatum retinere. Dubium est. *Sess. 25. c. 5. de Ref.*

An sit locus commutationi, & translationi in casu &c.

Affirmative, impositio onere annuo Missarum arbitrio Episcopi, & soluta eleemosyna per oratores ex propria pecunia taxanda ab Episcopo.

Die Sabbathi 28. Augusti 1751.

CIVITATIS CASTELLI JURISDICTIONIS: Quinto nunc hæc Causa proponitur, quæ numquam definita fuit, *dilationem* petente Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis. Urget autem Promotor Fiscalis Tribunalium Laicorum, ut definiatur: Poterunt itaque Eminentissimi Patres, repetita lectione *Folii Congregationis* habitæ *die 2. mensis Augusti* 1749., quo primum *Sess. 24. c. 20. de Ref.*

mum Causa hæc data fuit, & quod editum est *Vol. XVIII. Thesaur. Resolut. Sacr. Congregat. pag.* 67. Dubio, quod sequitur, respondere.

An sit standum, vel recedendum a decisis die 26. *Januarii* 1625., *& respective subsistineatur Decretum Episcopi in novissima Synodo anni* 1746. *in ordine cap.* 26. *de Foro competen. in casu &c.*

Dilata, & proponatur omnino in prima post aquas, etiam unica.

Sess. 24. *c.*12. *de Ref.*

LEODIEN. INDULTI: Data fuit Causa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 10. transacti *mensis Julii*, sed, *dilationem* postulante Canonico Thoma Phillips Sacrum Tribunal rescripsit -- *Dilata & proponatur omnino in prima post proximam*. Obsequimur itaque imperio Eminentissimorum Patrum, & duo, quæ definienda sunt, Dubia subjicimus.

I. *An vigore Indulti abessendi, de quo agitur, debeatur Canonico Thomæ Philips, licet non intervenienti, portio emolumentorum provenientium ex Anniversariis tam fixis, quam incertis, & extraordinariis in casu &c.*

II. *An expensæ hujus litis detrahi debeant ex Massa Capitulari, seu potius an, & qui ad illas teneantur in casu &c.*

Ad I. Affirmative juxta solitum. Ad II. Negative, & teneri Canonicos, qui litem moverunt.

Sess. 24. *c.* 1. *de Ref. Matr.*

FULGINATEN. MATRIMONII: Sponsalia contraxit Hieronymus Delius Fulginas cum honesta, sed ignobili Puella Franciscа filia Francisci e Villa *Belfiore*, Testibus præsentibus, anuloque dato pignore futurarum nuptiarum. Id ubi resciverunt Fratres, aliique Consaguinei Hieronymi ad Episcopum confugerunt, questi impari hoc matrimonio fædari nobilem Gentem Deliam. Episcopus Puellam detrusit in Conservatorium Orphanarum, in quo septem ab hinc mensibus detinetur. Fratres, & Consanguinei Hieronymi adiverunt Sacram Congregationem Episcopis, & Regularibus præpositam, a qua auditus fuit Episcopus, qui Epistolam scripsit, qua omnia, quæ gesserat, narravit, indignum facinus censens, ut matrimonium hoc contrahatur. Adiit Hieronymus Sacratissimum Principem nostrum, a quo data fuit cognitio Sacro huic Tribunali. Auditus, ut fieri solet, Episcopus, in eadem est sententia. Obstrepit Hieronymus violari libertatem matrimoniorum a sacris legibus, & præsertim Tridentini decreto vindicatam contra leges Romanorum: ne Patri quidem, qui filios in manu habet, & potestate, cuique invito suus hæres agnosci non debet, permissum esse tollere filiis libertatem matrimonium contrahendi cum Puella imparis licet conditionis; Unam nunc inæqualitatem fidei spectari in matrimonio, cæteras despici: nullum itaque jus esse Fratribus, nullum Consanguineis sese opponendi huic matrimonio, Teneri Hieronymum datam in sponsalibus matrimonii fidem exequi: se id velle, nullum jus esse fratribus vetandi. Hæc Hieronymus, a Fratribus nihil habuimus. Duo sunt Dubia, quæ proponuntur.

I. *An constet de sponsalibus?* & quatenus affirmative.

II. *An nuptiæ sint exequendæ in casu &c.*

Affirmative ad utrumque.

Sess. 24. *c.*13. *de Ref.*

RIPANA QUARTÆ FUNERALIS: Preces oblatæ fuerunt Sacro Tribunali a Plebano Cripræ maritimæ, seu ut dicunt, *Grotta a mare* Ripanæ Diœceseos, quibus querebatur Patres Minores Sancti Francisci Strictioris Observantiæ non solvere Quartam Funerariam Plebanæ Ecclesiæ debitam. Rescriptum fuit -- *Episcopo, qui cogat ad solvendam Quartam Funeralium Parocho* -- Hoc impetrato rescripto, tacuit Plebanus, nactusque,

quam

quam expectabat, occasionem hominis sepelliendi in Ecclesia Patrum, rescriptum edidit. petiitque ab Episcopo, ut Patres ad Quartam Funerariam præstandam compellerentur, obtinuitque ab Episcopo. Patres qui nihil resciverant, ad Eminentissimos Patres confugerunt, ut hac de re cognoscerent. Causa nunc propouitur, & Patres urgent centum, & quindecim ab hinc annis Sententiam latam fuisse ab A. C., quæ in rem Judicatam transiit, & qua definitum :– *Ipsos Fratres, & Conventum non teneri, nec obligatos fuisse, nec esse ad solutionem dandam, nec quicquam præstandam dicto Plebano pro Quarta, & nomine Quartæ Funeralium, quæ ad eos, eorumque Conventum usque nunc quomodolibet provenerunt, & in futurum provenient.* Anno 1700. Plebanum hanc iterum moviſſe controversiam, sed ubi Sententiam vidit, tacuisse. Servandam igitur esse rem Judicatam, neque esse retractanda, quæ semel in Judicio contra legitimum contradictorem definita fuerunt.

Frustra igitur Plebanum niti Constitutione Benedictina, cujus initium est *Romanus Pontifex*; non enim Patres immunitatem a præstatione Quartæ Funeratiæ sibi vindicant ex *privilegio* Ordinis, quo casu locus esset dispositioni Constitutionis Benedictinæ, qua revocata fuerunt Privilegia omnia Regularibus Ordinibus indulta sed ex *re judicata*, quæ observata est per centum, & qui excurrunt, annos, quæque Patribus præstat meliorem quemcumque, & aptiorem titulum, quo immunes sint a præstatione Quartæ itaut excipere possint de conventione in ipso limine fundationis, de transactione, aliove quovis contractu oneroso, & respectivo, quibus casibus non esse locum Constitutioni Benedictinæ definitum fuit ab hoc Sacro Tribunali in *Sancti Miniatis Quartæ Funeralis* 12. *Martii* 1729., ut in *Thesaur. Resol. Sacræ Congreg. Vol. IV. p.* 253. *&* 267., & nuper *in Melphien., seu Rapollen. Quartæ Funeralis* 17. *Maii*, *&* 5. *Julii* 1729., ut in eodem *Thesaur. Vol. XVIII. p.* 37. *&* 57. Præsertim cum non desint signa, & argumenta contractus oneroſi, & respectivi, ex quo vetustissimo tempore paciſci potuerit inter Patres, & Plebanos de hac Quarta, nam Patres Plebanum adjuvant opem ferendo infirmis, & morientibus, Plebanus in elationibus eorum, qui in Ecclesia Patrum condiuntur, Crucem elevat permissu Patrum, Ecclesiamque ingreditur stola indutus, officioque funebri præsens antiphonas, lectionesque canit, quæ omnia facere non posset, nisi transactio aliqua, cujus nulla est memoria, inita fuisset, ut nihil magis verisimile fiat, quam quod etiam de Quarta transegerint. Hæc Patres. A Plebano nihil habuimus. Unum est Causæ Caput.

An sit locus solutioni Quarte Funeralis in casu &c.

Affirmative.

MONTIS FALISCI NULLITATIS MATRIMONII: Post contractum anno 1744. servata forma Tridentini, matrimonium inter Joannem Nicolaum Magliozzi, & Magdalenam filiam Francisco quondam Cæsaris, & Dominicæ Calisti Terræ Celleni, & post prognatos ex hoc matrimonio duo filios, quorum alter obiit, alter superstes est, delatum fuit ad Episcopalem Curiam conjuges hos quarto consanguinitatis gradu esse conjunctos, ideoque ab eadem Curia decretum fuit, ut separarentur. Joannes Nicolaus sine scientia, & consensu Magdalenæ postulavit, obtinuitque a Sacratissimo Principe nostro dispensationem adjecta literis, ut fieri solet, lege, ut exquisito viri, & mulieris consensu, eoque præstito coram Parocho, & testibus conjungerentur, servata forma Decreti Conciliaris. At, ubi requisita fuit de hoc consensu a Parocho, renuit Magdalena, & Joannes Nicolaus, ut par referret, vale dixit matrimonio, declaravitque nolle illud contrahere, atque ita in irritum cessit Apostolica dispensatio. Ut igitur Magdalena alteri Viro nu-

Sess. 24. *c.* 5 *de Ref. Matr.*

bere

bere posset, preces obtulit Sacro huic Tribunali, quibus postulabat, declarari nullum matrimonium, quod cum Joanne Nicolao contraxerat. Precibus rescripserunt Amplissimi Patres die 17. Junii anno 1747. -- *utatur jure suo coram Ordinario* -- ideoque cum Joannes Nicolaus ob crimina, quæ admiserat, Patria extorris esset, deputato matrimonii Defensore juxta legem Sacratissimi Principis nostri, lata tandem fuit ab Audientia Episcopali sententia, qua matrimonium contractum inter Jo: Nicolaum, & Magdalenam nullum, atque irritum declaratum fuit, & facta fuit potestas Magdalenæ alias nuptias contrahendi.

Appellavit Defensor matrimonii, delataque ad hoc Sacrum Tribunal cognitione, Causa nunc proponitur, urgente Magdalena cognitissimum esse impedimentum consanguinitatis, quod ab Alexandro III., & Innocentio III. ad quartum gradum restrictum fuit, ut in *cap.* 1. *&* *cap.* 8. *de consang., & affinit*, non solum præpedire, ne matrimonium contrahatur, sed contractum dirimere, itaut, qui illud bona fide, & impedimentum ignorantes contraxerunt, soluti sint & pœnis indictis, & nuptiis, valeantque uti jure suo, & ad alias justas nuptias venire; Neque dubitandum esse Magdalenam, & Joannem Nicolaum quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, cum id *per gradus distinctos* probetur testibus, Baptismatis, Confirmationibus, Instrumentis: Hinc excipiendum non esse Magdalenam post indictam ab Episcopali Curia separationem rei uxoriæ operam dedisse eum Joanne Nicolao, ut fassa est in precibus Sacro huic Tribunali oblatis anno 1747.: Id enim factum fuisse Procuratoris, qui preces illas scripsit, nomine absentis, & literarum expertis Magdalenæ, quæ jurisjurandi religione negat, & pernegat virum cognovisse: quod si adhuc contrarium verius esset, non ideo tamen ex concubitu ratihabitum dici posset matrimonium, quod nullum fuit, ut aliis collectis differunt *Corrad. in prax dispens. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 36. *&* *Piton. discept. Eccles.* 52. *num.* 31. *&* *seqq.* *&* *discept.* 58. *num.* 5. Nullo quoque numero habendum esse, quod Joannes Nicolaus dispensationem Apostolicam postulaverit, & obtinuerit, cum enim non ageretur de impedimento occulto, & secreto a conjugibus delato ad sacram Pœnitentiariam, quo casu Confessario mandatur, adjecta conditione, *dummodo impedimentum occultum sit*, ut dispensset, certioribus redditis conjugibus de nullitate, renovatoque secreto inter eos consensu, ut tradit *Corrad. in prax dispens. dicto lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 42. *&* *seqq.* *&* *cap.* 4. *num.* 34. *&* *cap.* 8. *num.* 9., & pluribus adductis *Folium Sacræ hujus Congregationis in Reatina* 13. *Julii* 1725. ut in *Thes. Resol. Vol.* 3. *pag.* 191.

Sed res esset de impedimento pluribus cognito, & delato ad Curiam Episcopalem, a qua injuncta fuit conjugum separatio, & inde ad Datariam Apostolicam, a qua data fuit Bulla dispensationis, quæ nihil aliud est, quam mandatum dispensandi, seu facultas conjugibus iterum contrahendi, non vero approbatio matrimonii, quod illicite, & invalide contractum fuit, ut bene tradunt *Rosa de exequut. lit. Apost. cap.* 4. *num.* 217. *&* *sequent.* late *Piton. discept. Eccles.* 52. *num.* 32. Sequitur, ut disputatio in irritum cedat, & effectu vacua remaneat, nisi conjuges, servata forma Decreti Conciliaris, consensum renovent coram Parocho, & testibus, sine quo matrimonium nullum convalescere non potest, licet impetrata fuerit Apostolica dispensatio, cum possit alteruter ex conjugibus sive ante, sive post impetratam dispensationem pœnitere, & liber evadat, si præstare nolit consensum, ut tradunt *Guttier. Canon. quæst. lib.* 1. *quæst.* 22. *sub num.* 18. *Barbos. de Paroch. cap.* 2. *sub num.* 84. *Corrad. in prax. dispens. lib.* 8. *dicto cap.* 3. *num.* 35. *&* *seqq.* *&* *cap.* 4. *num.* 62. *&* 63. *late Ursaya discept. Eccles.* 17. *num.* 7. *&* 8. *tom.* 1. *&* *discept.* 19. *num.* 5. *&* 6. *tom.* 4. *par.* 2. *Piton. dicta discept.* 58. *num.* 5., & in *dicto Folio Sacræ hujus Congregationis in Reatina* 13. *Julii* 1725. *Thesaur Resol. Vol.* 3. *pag.* 191. *&* *seqq.*, & de Praxi Datariæ Apostolicæ *Corrad.*

rad. dicto cap. 3. num. 35. & seq. cap. 4. num. 62. & 63. Hæc Magdalena : a Defensore matrimonii nihil habuimus . Dubium est .

An constet de nullitate matrimonii in casu &c.

Affirmative .

ASTEN. CAPPELLANIÆ : Testamento , quod condidit anno 1742 Joannes Jacobus Beccaris natus in Pago Costigliolarum , quique , jam diu translatis in Civitatem laribus , prole carens , & consanguineis animum suum converterat in Ecclesiam Collegiatam S. Secundi ejusdem Civitatis Actæ , sub cujus Cura vivebat , post relictam uxorem suam usumfructuariam , seu verius alimentariam , de reliquis hæreditariis redditibus ita disposuit -- *E di quanto vi sopravanzerà dopo l' ammontare di essi* nempe alimentorum, *ordina , e vuole , ed intende , che debba l' Infrascritto Sig. Curato* Collegiatæ scilicet Ecclesiæ Sancti Secundi , qui exequutor Testamentarius electus fuit , *ritenere appresso di se il contante per poterlo unire alla massa di sua eredità per farne fondo in vantaggio dell' infrascritto Beneficio , o sia Cappellania residenziale , oppur semplice nel modo infrascritto ordinata* -- Hæredem itaque instituens ita inquit ,, Ha instituito , ed instituisce , e di propria bocca ha nominato , e nomina in di lui erede universale il Signor nostro Gesù Cristo ,, mediante l' erezzione dell' infrascritta Cappellania , o Benefizio semplice , ,, quale vuole , e intende segua dopo seguito il di lui decesso , e successivo ,, usufrutto come sopra legato a favore di detta sua moglie . Per l' effetto di ,, qual erezzione di Cappellania , ed in caso d' insufficienza di fondo di sua ,, eredità per l' effetto di erezzione di Beneficio semplice ha ordinato , ed ordina , che dopo detto suo decesso , ed estinto il suddetto usufrutto , di tutti ,, li suoi stabili , mobili , crediti , ed effetti ereditarj se ne facci eseguire , ,, eziamdio immediatamente seguito il decesso di lui testatore , l' opportuno Inventario , e ció per mezzo del Signor Curato . che farà di quel tempo in detta Collegiata , qual prega di accettare l' incombenza , e peso di ,, suo esecutore testamentario &c. ,,

Sess. 14. c. 12. & 13. de ref. Sess. 21. cap. 7. Sess. 24. cap. 8. Sess. 25. cap. 9. de Refor.

Veniens inde ad erectionem Cappellaniæ inquit ,, ha fondato , e fonda una Cappellania , o sia Beneficio Ecclesiastico residenziale nell' insigne Chiesa Collegiata di San Secondo suddetta , acciò il Beneficiato partecipi di tutti gl' ,, utili , onori , e prerogative , come gl' altri Signori Cappellani , e Benefi- ,, ciati in tal Cappellania sotto il titolo de' SS. Giacomo , e Secondo ,, Primum Cappellanum nominavit Sacerdotem Joannem Chr stophorum Coppa ex eodem Pago Costigliolarum , dato onere tum primo Cappellano , tum aliis Successoribus , di dover servire , ed assistere in detta Chiesa alle Messe ,, cantate in qualita di Diacono , o Subdiacono con rendersi periti nel canto ,, fermo fra il termine d' un anno dopo la loro provista , per poter assistere al ,, Coro coll' esercizio di detto canto ,, adjectaque , si secus facerent , pœna amissionis fructuum . Patronatum Cappellaniæ dedit eidem Sacerdoti Coppæ , & post ejus obitum Familiæ Coppæ , ejusque descendentibus per lineam dumtaxat masculinam , qua extincta , Capitulo ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ . Dotis autem nomine , & Præbendæ titulo ,, ha voluto , e vuole cedi la sua ,, intiera eredità dopo depurata come sopra col peso però alli suddetti Cappellani nominati , e nominandi pro tempore come sopra , di pagare al Reverendissimo Capitolo di detta Collegiata lire cento annue per titolo di re- ,, sidenza quotidiana , affine il nominato , e nominandi partecipino , ficco- ,, me sogliono partecipare gl' altri Signori Cappellani Beneficiati in detta Col- ,, legiata di tutte le distribuzioni quotidiane , altri onori , diritti , e prero- ,, gative a medesimi concesse .

Considerans autem Testator casum , quo hæreditas non satis esset *per il fondo della Prebenda , e residenza di detta Cappellania , come sopra da lui eretta , in tal caso ha dichiarato , e vuole* , rogans Episcopum Astensem *a fondare , ed eri-*

ed erigere un Beneficio semplice, cujus nominationem reliquit Familiæ Cappæ, *finche vi sarà la linea mascolina di tal Casata*, eaque defecta, Capitulo ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ. Eo inde casu, quo *il di lui Patrimonio depurato da debiti restasse sufficiente per la fondazione, ed erezzione della suddetta Cappellania, o sii Beneficio Ecclesiastico residentiale suddetto*, voluit, ut Cappellani tenerentur singulis Hebdomadis in perpetuum, majori excepta, quolibet die Jovis Sacrum facere in eadem Ecclesia. Contra vero, *ove non si facesse luogo all' erezzione della suddetta Cappellania, ma bensì all' erezzione del suddetto Beneficio semplice per insufficienza del di lui Patrimonio*, voluit, ut Beneficiarii tot sacra facere|in perpetuum tenerentur, quot ab Episcopo Astensi statuerentur *a proporzione dell' ammontare di suo Patrimonio depurato come sopra da debiti*. Atque hæc fuit testamentaria dispositio Joannis Jacobi Beccaris, quo defuncto, Curati Ecclesiæ uti Exequutores testamentarii hæreditatem administrarunt, cum vidua de alimentis transegerunt, debita, creditaque hæreditaria solverunt, & exegerunt, ut tandem, dispunctis hæreditariis rationibus, & hæreditario asse pure constituto, Testatoris voluntas impleri posset erectione sive Cappellaniæ residentialis, sive simplicis Beneficii.

Prævenit tamen sive unam, sive alteram erectionem Sacerdos Joannes Christophorus Coppa, qui anno 1749. preces obtulit Sacro huic Tribunali, quibus querebatur de inexequutione voluntatis Testatoris, cum nondum facta esset erectio: Cappellaniam residentialem, ut Testator voluerat, erigi non posse defectu Patrimonii; postulabat igitur, ut Amplissimi Patres juberent erigi Beneficium simplex, adjecto onere tot sacrorum, quot statueret Episcopus juxta annuos redditus hæreditatis, utque cogeretur Exequutor testamentarius ad traditionem pecuniarum, quæ in ejus manu erant. Auditus de his precibus Episcopus respondit injuria queri Joannem Christophorum Coppa „ „ de prorogata Beneficii erectione, cum dilationis causa verius, quam ab „ eo, quod suspicatur Orator, motivo augendi videlicet fortem ex fructibus „ repetenda sit ab ipsa negociorum natura, quæ citius expediri non poterant, „ quorum immo adhuc imperfecta sunt ob exortas super quibusdam hæreditariis bonis judiciales controversias „. Placuit autem eidem Episcopo de quæstione, an Cappellania residentialis, vel Beneficium simplex sit erigendum, respondere Beneficium simplex esse erigendum, ea ratione „ quod Familia de Coppa prælativa a Testatore vocata, cum extera sit, nihil ferme „ commodi ex ea vocatione perciperet, supposita erectione in Cappellaniam „ residentialem, quippe quod cogerentur Beneficiati ad patriam, paternamque domum deferendam, & domicilium in Civitatem hanc transferendum, „ cujus profecto domiciliaris translationis expensæ vix, ac ne vix quidem „ compensari possent ex fructuum Beneficialium perceptione, attenta eorum „ recensita parcitate „. Hæc Episcopus.

Cum tamen ex hac Epistola certiores facti non fuissent Eminentissimi Patres de iis, quæ rescire necesse erat ad Causæ definitionem, rescriptum fuit die 18. Aprilis transacto anno 1750. *Episcopo pro meliori informatione, auditis Capitulo Collegiatæ, & Exequutoribus*. Absente Episcopo, respondit Vicarius Generalis, qui licet diligentior rem tamen non plene digerit, hinc inde disputans, & referens statum hæreditarium, quem reddere posse scut. 47. annua, quoties pecuniæ, quæ extant, & quæ exigi debent, investiantur, unde Coppa erectioni simplicis beneficii, contra vero Exequutores testamentarii, & Capitulum erectioni Cappellaniæ residentialis locum esse censent. Post hanc Vicarii Generalis Epistolam Causa duobus collecta Capitibus definienda proponitur, urgentibus Exequutore, & Capitulo erigendam esse Cappellaniam residentialem, quod ita procul dubio voluerit Testator, ut ex apertis Testamenti verbis manifestum est; neque ab hac voluntate recedendum esse, vel quia hæreditas satis non sit, vel quia Gens Coppa extera sit, nam, cum liqueat de statu hæreditario ex publicis monumentis juxta testificationem Causidici,

fidici, & Tabellionis, qui a Teſtatore electus fuit, & ex eo liqueat redditus ejuſdem aſſis hæreditarii uſque perveniſſe ad annuas libras 230., quæ faciunt ſcut. 46., nulla habita ratione aliarum pecuniarum, quæ exigi debent, conſequens ſit Cappellaniam reſidentialem eſſe erigendam, quia redditus ſatis ſint, cum extra omnem dubitationem ſit, & fateantur etiam Epiſcopus, & Vicarius Generalis in eadem Collegiata Eccleſia alias eſſe Cappellanias, quæ minores habent redditus, & graviora onera, nam onus unius Sacri qualibet hebdomada leve eſt, & facilius poſſunt Cappellani aliis diebus non impediti Sacra agere ſuo compendio.

Hinc non eſſe ſpectandam rationem, qua Epiſcopus cenſuit Beneficium ſimplex eſſe erigendum, cum enim hæreditas ſatis ſit ad Cappellaniam reſidentialem, implenda eſt Teſtatoris voluntas, qui ſciens Joannem Chriſtophorum Coppa, ejuſque Gentem non eſſe Aſtenſem, ſed exteram, intelligere quoque debuit, neceſſe eſſe, ut lares in Civitatem transferret, & conſequenter, ſi erigendo Cappellaniam reſidentialem, illum nominavit primum Cappellanum, & Patronatum genti Coppæ reliquit, apertum eſt eum in caſu, quo ſatis eſſet ſua hæreditas ad Cappellaniam reſidentialem, nihil penſi habuiſſe de commodo, vel incommodo Coppæ, & an cogeretur ad patriam, paternamque domum deſerendam; non enim eum Cappellanum nominaſſet, ſi reſpexiſſet ad commoda Coppæ, ideoque ex hac ratione inutilitatis Cappellani Coppæ male arguiſſe Epiſcopum Aſtenſem non eſſe erigendam Cappellaniam reſidentialem, quando ipſe Teſtator voluit Cappellaniam reſidentialem, nominavit Coppa primum Cappellanum ſciens eum non eſſe Aſtenſem, ſed ex Pago Coſtigliolarum. Eoque amplius, quod non ſubſiſtat prædilectio, qua nititur Epiſcopus, cum hæres procul dubio prædilectus ſit; Hæres autem ſcriptus fuerit Dominus noſter Jeſus Chriſtus *mediante l' erezzione dell' infraſcritta Cappellania*, itaut inficiari nequeat prædilectam fuiſſe Cappellaniam Cappellano, & ceſſare demum omnem diſputationem ex facto, cum Sacerdos Coppa ſex ab hinc menſibus lares ſuos tranſtulerit in Civitatem, ut teſtibus probatur.

Pergunt Exequutor teſtamentarius, & Capitulum, ac contendunt fructus hæreditatis, qui in ſumma ſc. 60. in manu ſunt Adminiſtrotoris, non deberi Joanni Chriſtophoro Coppæ, ſed in augumentum ſive Cappellaniæ, ſive Beneficii erigendi cedere debere ex diſpoſitione juris, quæ vult fructus hæreditatis jacentis, vel currente tempore deliberandi, vel nondum adita ab hærede hæreditate, augere hæreditatem ipſam, & in aſſem cedere, ut eſt *in leg. item veniunt §. Item non ſolum ff. de petit hæred. leg. fin. §. Et ſi præfatam Cod. de Jur. deliber* Præſertim accedente voluntate ipſius Teſtatoris, cujus voluntatis optima, ac vehemens educitur conjectura ex his, quæ habuit de alimentis Uxori relictis: Ait enim: *E di quanto vi ſopravanzerà dopo l' ammontare di eſſe, ordina, vuole, & intende, che debba l' infraſcritto Sig. Curato ritenere appreſſo di ſe il contante per poterlo unire alla maſſa di ſua eredità, per farne fondo in vantaggio dell' infraſcritto Beneficio, o ſia Cappellania reſidentiale, oppur ſemplice nel modo infraſcritto ordinata*: quod igitur fieri voluit Teſtator, viva Uxore alimentaria, longe magis eum voluiſſe putandum eſt alimentaria defuncta, & prius quam fieret erectio ſive Cappellaniæ reſidentialis, ſive Beneficii ſimplicis, omnemque ceſſare diſputationem ex litera Teſtamenti, ex qua conſtat eum noluiſſe, ut fieret erectio, niſi poſtquam finitus eſſet uſusfructus, ſeu verius onus alimentorum, quæ Viduæ præſtari debebant, & poſt diſpuncta debita hæreditatis, & aſſe hæreditario ab oneribus omnibus, debitiſque ſoluto; neque accuſari poſſe Exequutores de negligentia, & mora, ex qua nondum facta fuerit erectio; id enim non ex culpa Exequutorum, ſed ex ipſa rei natura eveniſſe ipſe tradit Epiſcopus. Hæc Exequutor. A Coppa nihil habuimus. Cauſæ Capita hæc ſunt.

I. *An ſit erigendum Beneficium ſimplex cum onere celebrationis Miſſarum*, ar-

bitrio Ordinarii præfigendarum juxta mentem Teſtatoris: ſeu potius ſit erigenda Cappellania reſidentialis in Eccleſia S. Secundi ad formam Teſtamenti in caſu &c.

II. *An fructus hæreditatis decurſi poſt obitum Teſtatoris debeantur Sacerdoti Coppa Cappellano nominato: ſeu potius ſint conferendi in augumentum Capitalis Cappellaniæ, ſive Beneficii erigendi in caſu &c.*

Ad I., & II. Negative ad primam partem: Affirmative ad ſecundam, & amplius.

Seſs. 22. c. 6. de Ref.

FAVENTINA: Facultate data in donatione fratris utens Pater Joſeph Maria Leonius Dominicanæ Familiæ duas Cathedras alteram Sacrorum Canonum, & Conciliorum, alteram Theologicarum quæſtionum Divi Thomæ Aquinatis erexit his legibus, ut „ i Lettori debbano eſſer Padri dell' Or„ dine di San Domenico, quali dovranno eſſer ſtati prima Lettori attuali di „ Theologia o ſpeculativa, o morale, ed eſſendoci Sogetti, che abbiano le „ dette qualitá oriundi della Città di Faenza, quelli ſiano preferiti a tutti „ gl' altri, ed in mancanza de Padri Faentini, ſiano preferiti altri Padri, „ che ſiano ſtati Lettori come ſopra, e che ſiano figli del Convento di S. An„ drea di detta Città. *Cogitans autem caſum, quo hujus generis Patres „ deficerent, ita inquit*, E mancando anche queſti, debba elegerſi li Padri „ Lettori di Teologia, che pro tempore leggeranno in d. Convento di Faen„ za, ed in difetto di queſti, poſſano eleggerſi Padri di detta mia Religione „ Domenicana, che per lo ſpazio di dieci anni abbiano predicato dentro la „ Città, benchè non abbiano letto in Religione, non ſiano Faentini, o Fi„ gli del Convento ſudetto. *His autem omnibus deficientibus, voluit* che „ poſſano eleggerſi Dottori Secolari, o Preti Theologi, benchè prima non „ foſſero ſtati Lettori di Teologia in alcun luogo, mentre per altro abbiano „ le neceſſarie abilitá. *Electores denique horum Lectorum conſtituit* il Padre „ Priore pro tempore di detto Convento di S. Andrea, il Padre Inquiſitore „ pro tempore di Romagna, ed il Padre più anziano figlio di detto Con„ vento inſieme con li Signori tré Lettori più anziani deputati pro tempore „ dal Publico all' elezzione del Predicatore dell' Illuſtriſſima Communità di „ detta Città.

Implebat Cathedram Sacrorum Canonum, & Conciliorum Pat. Battaglinius, qui cum ob gra em ætatem muneri diutius implendo impar eſſet, vices ſuas commiſit Pat. Vincentio Milcetti, qui Fani Profeſſor fuerat in Collegio Nulphio, & Faventiam revocatus fuerat, ut in ſuo Conventu S. Andreæ eam Theologiæ practicæ partem explicaret, quam vocant *Caſuum Conſcientiæ*, eique Pat. Magiſter Generalis Ordinis indulſit, ut hæc Sacrorum Canonum, & Conciliorum Cathedra eidem prodeſſet, ac ſi actu *Lectoris Primarii* munere in eodem Conventu fungeretur. Suſcepit igitur Pat. Vincentius Milcetti legendi Provinciam, ſed metuens ejectionem in caſu obitus Pat. Battaglini, preces obtulit Sacratiſſimo Principi noſtro, quibus poſtulabat, ut, decedente Pat. Battaglini, in ejus locum ſufficeretur, licet non fuiſſet *Lettore attuale di Teologia ſpeculativa, o morale*. Placuit Optimo Principi de hac poſtulatione cognitionem dare ampliſſimis Patribus, & auditus Epiſcopus reſpondit eſſe in illo Conventu Faventino Pat. Laghium Theologiæ Magiſtrum, qui actu alteram implet Cathedram Theologiæ a Pat. Leonio inſtitutam, alioſque duos exteros idoneos: nullum adverſari Pat. Milcetti, dum tamen gratiam impetret ratione exercitii præſentis in Cathedra Sacrorum Canonum, quam implet pro Pat. Battaglini, non vero ratione explicationis *Caſuum Conſcientiæ*. Addit Pat. Laghium optionem ſibi debitam cedere ad alteram Cathedram Sacrorum Canonum, quæ potior eſt, ac dignitate longe præſtat, cum vacare contingat morte Pat. Battaglini. Nunc igitur Cauſa proponitur, & diſputat Pat. Milcetti locum eſſe debere ſubrogationi

gationi suæ, decedente Pat. Battaglinio, quod mens Fundatoris non adverfetur, & si Eminentissimi Patres adversari censeant, postulat, ut respondeant *Pro Gratia facto verbo cum Sanctissimo*. Qua vero Juris ratione respondendum sit, Judicium erit Amplissimorum Patrum, qui Dubium definient.

An Pater Vincentius Maria Milcetti subrogari queat in locum Lectoris Sacrorum Canonum, seu potius obstet mens Fundatoris in casu &c.

Negative ad primam partem: Affirmative ad secundam, & amplius.

MARSICEN. RESIDENTIÆ: Parochialis Ecclesia S. Victoriæ Oppidi Carseolis, quod prope rudera vetustæ Carseolis extructum fuit, indicia omnia, atque argumenta præbet, quibus probari possit esse Collegiatam. Habet enim dignitatem Archipresbyteratus nomine honestatam, habet quatuor Canonicos plures Beneficiarios, quos *Portionarios* vocant, aliosque simplices Clericos, qui Ecclesiæ servitium præstant. Massa ibidem communis est, e qua singulis Canonicis quotannis Duc. 100. præstantur, & distributiones Portionariis, quæ statis temporibus inter eos dividuntur. Habet Archivum, signumque capitulare: Canonici obstringuntur onere adjuvandi Archipresbyterum in cura animarum, quæ numerum 1200 constituunt, & per orbem, seu ut dicunt turnum, alias omnes sive Canonicalem, sive Parochiales functiones explere debent. Antiquissima consuetudine observatum fuisse, ut ad residentiam tenerentur, probatum est testificationibus Canonicorum, Portionariorum, & Clericorum ipsius Ecclesiæ, Decurionum, & Populi Carseolani, visitationibus, factisque Episcoporum. Anno siquidem 1677. Marsorum Episcopus duos Canonicos non residentes monuit primum, inde tertia fructuum, & obventionum parte privavit juxta Tridentini sanctionem, & anno 1747. Baro Carseolis, ad quem spectat Patronatus Canonicatuum illius Ecclesiæ, præsentavit Philippum Juliani, *con obligo di risedere nella suddetta Terra di Carsoli*: & præsentatus non alia ratione institutus fuit ab Episcopo, *quam præstito Juramento subeundi, & adhibendi omnia munia Canonicalia, & præcipue residentiæ*. *Sess. 24. c. 12 de Ref.*

Defecit tamen Canonicus Juliani, & gravius defecit alter Canonicus Angelus Maria Vendetti, qui omnem redeundi animum deposuit, suscepto Archipresbyteratu alterius Ecclesiæ Parochialis in Oppido *Pereto*. Questus igitur est de his Populus Carseolanus apud Eminentissimos Patres: Canonicus Juliani respuit, & onus residentiæ agnoscens his verbis „ Per esser vero l'obli„ go, che li Canonici di detta Chiesa tengono di risedere in Carsoli, e ser„ vire personalmente la Chiesa predetta per la consuetudine immemorabile, „ e non mai interrotta, e per averlo praticato li miei antecessori Canonici, „ e gl'altri miei Colleghi „ liti renunciavit. Alia mens fuit Archipresbytero Vendetti, qui non teneri contendit, quibus id defendar rationibus, ignoramus, libellum enim jurium suorum non vidimus, nec ipse probationes suas edidit coram Episcopo, qui, ut literis Sacris hujus Tribunalis obtemperaret, eum monuit: Causa nunc proponitur, urgente Capitulo, quæ de residendi onere, quod habent Beneficiarii, & Collegialium Ecclesiarum Canonici, tradita sunt in libris Juris: dispositioni Sacrorum Canonum, & Juris Pontificii addit consuetudinem, addit curam Animarum; quæ inter Canonicos dispertita est, ex qua ad residentiam cogi debent. Hinc disputat teneri Canonicum Vendetti ad restituendos fructus perceptos saltem a die, qua possessionem Archipresbyteratus in Oppido *Pereto* nactus est, cum vacaverit ipso jure Canonicatus in Ecclesia S. Victoriæ Carseolis, & consequenter resoluto ejus jure, & titulo Canonicatus, fructus suos facere non potuerit. Duo sunt Dubia, quæ disputantur.

I. *An Sacerdos Angelus Maria Vendetti Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ S. Victoriæ Terræ Cellarum, sive Carseolorum Marsicen. Diœcesis teneatur*

reſidere, & in eadem Collegiata una cum Archipresbytero, ſeu Rectore, aliiſque Canonicis curam Animarum inſimul adminiſtrantibus Parochialia munera exercere, atque Divinis Officii aſſiſtere in caſu &c., & quatenus affirmative.

II. *An, & a quo tempore idem Canonicus Vendetti ob ejus abſentiam teneatur reſtituere fructus perceptos Præbendæ Canonicalis, & diſtributiones Maſſæ Communis in caſu &c.*

Dilata, & proponatur in prima etiam unica,

Seſs. 22. c. 3. de Ref.

ROMANA JUBILATIONIS: Exacto quadragenario tempore ſervitii præſtiti Vaticanæ Baſilicæ, Vacationem obtinuit ab hoc Sacro Tribunali Nicolaus Argenti Clericus Beneficiatus. Putabat autem hoc impetrato Beneficio, ſe immunem a quolibet ſervitii genere juxta vacationum, ſeu ut dicunt *Jubilationum* naturam, audivit tamen Petrum Severi contendere eum teneri ad præſtandum ſervitium Officii Acolythi in Sacris Conventualibus juxta conſuetudinem, quam dicebat eſſe in eadem Vaticana Baſilica, ut qui vacationem, ſeu Jubilationem obtinuerunt, ſervitium in ſua quinque hebdomada altari præſtare debeant. Confugit igitur Nicolaus ad Eminentiſſimos Patres poſtulans, ut declararent eum immunem ab hoc ſervitio, non obſtante alternata hac conſuetudine, alias inutile fere ei fore beneficium vacationis, cum, qui hoc beneficium non habent, viginti hebdonadis ſervitium præſtare teneantur, ipſe vero teneretur illud præſtare hebdomadis ſexdecim. Placuit Ampliſſimis Patribus audire de his precibus Eminentiſſimum Archipresbyterum; eumque rogare, ut animi ſui ſententiam explicaret *audito Capitulo, & intereſſe habentibus*. Capitulum uno conſenſu cenſuit deberi Nicolao immunitatem: Intereſſe habentes, alii nempe Clerici Beneficiati conſenſum præſtiterunt. Eminentiſſimus Archipresbyter luculenta, atque elegantiſſima Epiſtola ſententiam animi ſui aperuit ſecundum Nicolaum, & vehementibus rationibus conſuetudinem illam aſſertam ſpectandam non eſſe diſſeruit. Reſcripſerunt igitur Eminentiſſimi Patres secundum Nicolaum *juxta Votum Eminentiſſimi Archipresbyteri*.

Exequutione reſcripti contradictorem ſeſe præſtitit Petrus Severi, ideoque nunc Cauſa proponitur duobus diſtincta Capitibus, ut plenius ab Eminentiſſimis Patribus cognoſcatur. Urget Nicolas ipſa vocationis, & Jubilationis natura datam eſſe hanc immunitatem ab omni onere, ſervitioque, eoque magis id cuſtodiendi favore Argenti, quod indultum hoc, ſeu beneficium ab hoc Sacro Tribunali conceſſum pleniſſimum fuerit: Contrariam conſuetudinem neque in facto, neque in jure ſubſiſtere: non probari in facto teſtibus ſingularibus, qui ſcientiæ cauſam non reddunt, qui ſeſe ad libros capitulares referunt, nec tamen actus proponuntur: non monſtrari ſpecificam hanc prætenſam conſuetudinem, non monſtrari neceſſario præſtitum fuiſſe ſervitium, quia cum potuerint illi qui vacationem obtinuerant, ſervitium voluntario præſtare, non ob id, quod probetur ex libris ſervitium præſtitum ab iis fuiſſe, continuo ſequitur inductam eſſe conſuetudinem, niſi probetur neceſſario præſtitum ab illis fuiſſe ſervitium: in jure vero non ſubſiſtere hanc conſuetudinem, etiamſi probaretur, quia res eſt de beneficio, & privilegio non univerſitati, & corpori, ſed ſingulis conceſſo, ideoque quidquid alii permiſerint, qui non reſtiterunt, & eorum ſilentio factum ſuit, ut ex repetitis actibus efficeretur conſuetudo, nullum tamen detrimentum inferre potuerunt Succeſſoribus, qui jure proprio, & ex perſonali merito beneficium obtinuerunt: denique conſuetudinem hanc ſpernendam eſſe uti legi, rationi, & æquitati contrariam, quod rectiſſime urgebat Eminentiſſimus Archipresbyter.

Addit demum Nicolaus, eo etiam caſu, quo probaretur conſuetudo, eaque jure ſubſiſteret, indulgendam tamen eſſe ab Eminentiſſimis Patribus gratiam

exem-

exemptionis a præſtatione hujus ſervitii, cum nulli detrimentum inferat; ut enim differit Eminentiſſimus Archipresbyter „ nullum prorſus Eccleſia in ſer-
„ vitio detrimentum patitur, cum illud commode alii obire poſſint, qui per tur-
„ num inſerviunt, tantoque fortius, quia majori inſerviendi ſervitio non
„ gravantur, quippe quia Choro procul dubio adeſſe compelluntur in ſua heb-
„ domada, quia dum altari inſerviunt horis Prima, Tertia, Sexta, & Nona
„ Completorio, & Nocturno Defunctorum Choro vacant, quam ob rem ex
„ iſto hoc Altaris ſervitio nedum ullum ſentiunt præjudicium ſed immo non
„ exiguum experiuntur levamen ex vacatione memoratis horis a Choro. „ Hęc Nicolaus Argenti: A Severo nihil habuimus: duo ſunt Cauſæ Capita.

I. *An ſtante Jubilatione Argenti ipſe teneatur ad præſtationem ſervitii Eccleſiæ, de quo agitur?* & quatenus affirmative.

II. *An ei ſit indulgenda gratia exemptionis a præſtatione ejuſdem ſervitii in caſu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Proviſum in primo.

Die Sabbathi 18. Septembris 1751.

SYRACUSANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS: Variavit Sacrum Tribunal in hac Cauſa, quæ primum data fuerat in *Folio Congregationis* habitæ *die* 14. menſis *Martii anno* 1750, & propoſita in *Congregatione* habita *diei* 18. *Aprilis eodem anno*, Dubio quo erat: *An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro commutatione voluntatis in c[illegible]* reſponſum acceperat *negative* Oblatis enim ab Epiſcopo Syracuſano novis precibus data fuit in *Folio Congregationis* habitæ *die* 12. *Septembris eodem anno* 1750, Dubioque, *An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro gratia iuxta [illegible] preces in caſu &c.* nullo tuente Jura Collegii fundati a Margarita de Grandis, reſponderunt Eminentiſſimi Patres *Affirmative, & ſcribatur Epiſcopo [illegible] mentem*. At inde audito Sacerdote Placito Platamone *in Congregatione* habita *die* 22. ſuperioris *menſis Maii* Dubio, quo erat, *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.* reſponderunt Ampliſſimi Patres *Prævio receſſu a deciſis ſub die* 12. *Septembris* 1750. *ſervandum eſſe Inſtrumentum fundationis*. Ad novum nunc Judicium hæc revocatur definitio, & reſpondendum eſt. *Seſs. 22. c. 5 de Ref.*

An ſit ſtandum in primo, vel ſecundo loco deciſis in caſu &c.

In ultimo loco deciſis, & amplius.

MONTIS FALISCI NULLITATIS MATRIMONII: Data fuit hæc Cauſa in *Folio* ultimæ *Congregationis* habitæ *die* 28. tranſacti menſis *Auguſti*, Dubioque, quod erat, *An Conſtet de nullitate Matrimonii in caſu &c.* Reſponderunt Ampliſſimi Patres *Affirmative*. Nunc reproponitur, & reſpondendum eſt. *Seſs. 24. c. 5 de Ref. Mart.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

MARSICEN. RESIDENTIÆ: Imperio Eminentiſſimorum Patrum hæc Cauſa proponitur, qui in eadem *ultima Congregatione* habitæ *die* 28. tranſacti Menſis *Sextilis* Archipresbytero Vendetti *dilationem* poſtulante, reſcripſerunt *Dilata, & proponatur omnino in prima etiam unica*. Duo igitur Cauſæ Dubia quæ propoſita non fuerunt, ſubjicimus. *Seſs. 24. cap. 12. de Ref.*

I. *An Sacerdos Angelus Maria Vendetti Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ S. Victoris Terræ Collarum, ſive Corſeolorum Marſicen. Diœceſis teneatur*

tur residere, & in eadem Collegiata una cum Archipresbytero, seu Rectore, aliisque Canonicis curam Animarum insimul administrantibus Parochialia munera exercere atque Divinis Officiis assistere in casu &c., & quatenus affirmative.

II. *An, & a quo tempore idem Canonicus Vendettì ob ejus absentiam teneatur restituere fructus perceptos Præbendæ Canonicalis, & distributiones Massæ Communis in casu &c.*

Dilata, & coadjuventur probationes.

Sess. 21. c. 4. de Ref. SABINEN.: Oppidum est in Sabinis, quod *Canemorto* nuncupatur; hujus Ecclesia Divo Nicolao dedicata in Vicariam perpetuam erecta fuit cum cura animarum anno 1582. a Cardinali Pisano Sabinæ Episcopo, & congrua ducatorum centum assignata fuit ex redditibus Abbatiæ S. Mariæ *del Pian di Pozzaglia*, cui nova illa Parrochialis erat annexa. Congrua tamen illa portio novo Parocho assignata diminutionem passa fuit, nam cum Abbates S. Mariæ onus suscepissent tuendi Ecclesiam S. Nicolai, eamque si opus foret reparandi, sacraque supellectili instruendi, congrua redacta fuit ad annua sc 75. Hoc rerum ordine ventum est ad annum 1703., quo tempore cum Oppidani excrevissent, R. P. D. Battaglinius Visitator Apostolicus decretum tulit, quo jussit Rectorem Ecclesiæ alium sibi Sacerdotem ad hoc munus adjungere, qui Sacramenta Populo exhiberet, Parochumque juvaret in cura animarum. Verum cum redditus Vicariæ, e quibus stipendium Cappellano præstandum erat, tenues essent, decretum illud in irritum cessit. Nuper autem anno nempe 1747., cum Eminentissimus D. Cardinalis de Ilcio Episcopus Sabinæ Ecclesiam illam visitasset, agnovit in re præsenti opus omnino esse ut Vicario alius Sacerdos qui opem ei, operamque præstaret in cura animarum, adjungeretur, decrevitque, *ut per Abbatem Commendatarium, qui obtinet Abbatiam prædictæ S. Mariæ de Plano, provideretur intra terminum unius Mensis antedicta Ecclesia Parochialis de Coadjutore per ipsum Eminentissimum Ordinarium approbando, quo termino elapso, & Sacerdote idonco ad dictum effectum non assumpto, nec præsentato, providebit taxando ac eidem Coadjutori assignato juris, ac facti remediis congruo emolumento super fructibus prædictæ Abbatiæ.*

Ægre tulerunt hoc decretum R. P. D. Bernardinus Narius Abbas S. Mariæ, & Franciscus Caffarellius ejusdem Abbatiæ Resignatarius, & oblatis precibus Sacro huic Tribunali, non ita excrevisse Populum dicebant, ut opus omnino esset alium Sacerdotem Parocho adjungere, & si adjungendus esset stipendium solvendum esse a Vicario, de cujus commodo, & utilitate agebatur. Auditus Eminentissimus Episcopus respondit necesse esse, ut Cappellanus Vicario adjungatur, ne oppidanorum animæ detrimentum patiantur: Vicarium omnibus præsto esse non posse: contigisse aliquando, ut dum ipse infirmo Sacramenta ministrat, alius sine Sacramentis decesserit: cavendum esse, ne id eveniat, ut evenit: Auctum esse Populum inficiari non posse, quæ enim pridem erant familiæ 170. nunc sunt 216., & quæ olim erant Capita hominum 820., nunc sint 1030.: Redditus Vicariæ, qui certi sunt, non excedere sc. 75., & qui incerti dicuntur, non excedere sc. 8., ex his omnibus detrahendas esse impensas, quas necessario subire debet quotannis Vicarius, ut a Jure, atque æquitate devium videatur onerare Vicarium stipendio Cappellani in tanta reddituum tenuitate, ideoque stipendium præstandum esse ex fructibus pinguis Abbatiæ. Post hanc Epistolam Eminentissimi Episcopi novæ preces oblatæ fuerunt ab Abbatibus S. Mariæ, quibus proponebant occurri posse necessitatibus Oppidanorum alia ratione, cum plurimi sint in eo Oppido Sacerdotes tum Regulares, tum Seculares, qui, urgente necessitate, Parocho opem ferre non renuunt.

Auditus iterum de his precibus Eminentissimus Episcopus, urget iterum, quæ præ-

prædixerat de neceſſitate adjungendi Cappellanum Vicario, cavendumque eſſe, ne Populus aliquid detrimenti capiat: nullam habendam eſſe rationem de Regularibus Sacerdotibus, cum duo treſve ſint, qui Sacramentales tantum Confeſſiones in eorum Eccleſia excipiunt, ſed nullam Vicario opem ferunt, neque ferre tenentur: Fidendum non eſſe vanis Sæcularium Sacerdotum promiſſis, qui aut parum idonei ſunt ad excipiendas Sacramentales Confeſſiones, & Sacramenta Populo exhibenda, aut diſſidiis, & contentionibus cum Vicario agentur, quique, ſi deiſdes ſint, & negligentes, ſi vocati non eant, corrigi non poſſint ab Epiſcopo, quod nullam emiſerint obligationem, & volentes dumtaxat Parocho operam præſtent. Hæc Eminentiſſimus Epiſcopus. Cauſa nunc proponitur, quæque ab Eminentiſſimo Epiſcopo binis diſſertiſſimis Epiſtolis dicta ſunt de neceſſitate adjungendi Cappellanum Vicario, urget Promotor Fiſcalis, additque ſtipendium Cappellano præſtandum eſſe ab Abbate S. Mariæ, quod ipſe verus Parochus ſit, & Rector Eccleſiæ, non Vicarius, qui exercitium tantum habet curæ animarum, quique ex redditibus ſola percipit annua ſc. 75., tenueſque alios incertos redditus, ut ne congruam quidem portionem accipiat a ſacris legibus conſtitutam; neque mutare ait, ſi dicatur hoc onere numquam gravatos fuiſſe Abbates S. Mariæ, quod nulla hac in re opponi poſſit conſuetudo; onus enim hoc incipit aucto populi numero, qui ſi pridem minor erat, mirum quoque eſſe non debeat Abbates oneratos non fuiſſe onere præſtandi ſtipendium Cappellanis, quos adjungere non erat neceſſe. Ab Abbatibus S. Mariæ nondum libellum jurium habuimus. Duo ſunt Cauſæ Capita.

I. *An ſit locus appoſitioni Cappellani Curati in caſu &c.*, & quatenus affirmative.

II. *An decretum factum in Sacra Viſitatione per Eminentiſſimum Epiſcopum Sabinen., ſit exequendum in Caſu &c.*

Affirmative ad utrumque.

Seſs. 22. c. 2. de Sacrif. Miſ.

ARIMINEN. MISSÆ CONVENTUALIS: Cupiens Sacerdos Fabricius Amatus, ut in Oppido Sabiniani Ariminenſis Diœceſeos, unde illi origo erat, Eccleſia Collegiata eſſet, teſtamento, quo deceſſit anno 1656, damnavit hæredem præſtare Clero Sæculari ejuſdem Oppidi cenſus hæreditarios in ſorte ſc 200., dato onere eidem Clero multiplicandi fructus, fructuumque fructus, donec fundari, erigique poſſent quatuor Canonicatus, quorum ſingulis annui redditus eſſent ſc. 50.; Statuit onera Sacrorum, quæ a Canonicis facienda eſſent, ſelegit pro Eccleſia Collegiata erigenda Oratorium S. Joſephi, quod erat de jure patronatus Laicorum, formam denique, ac tempus eligendi Canonicos præfinivit, ut nempe electio gradatim, & per vices fieri deberet, ſtatim ac fructus partiæ multiplico ad certam ſummam perveniſſent. Defuncto Teſtatore, Clerus Oppidi ſatius reputans ſi multiplicum protraheretur, donec uno, eodemque tempore fieri poſſet quatuor Canonicatuum erectio, & ſi Collegiata non in Oratorio S. Joſephi, quod nimis anguſtum erat, ſed in Eccleſia S. Luciæ parochiali Eccleſiæ S. Joannis annexa, & aptior Divinis Officiis exequendis erigeretur, preces obtulit Sacro huic Tribunali, quibus poſtulavit, ut in his defuncti voluntas commutaretur, obtinuitque, quod poſtulavit edito reſcripto *progratia juxta petita dummodo interim celebrentur omnes Miſſæ a teſtatore præſcriptæ, donec erigantur Canonicatus*.

Alium interim Canonicatum fundari voluit Angela Berloni, datis Clero pro dote ſc. 400. Alium quoque annui redditus ſc. 50. Petrus Franciſcus Perticarius, & duo Sodalitia, quæ in Oppido ſunt, obligationem ſuſceperunt certam pecuniam ſingulis annis præſtandi duobus Manſionariis, qui eidem Collegiatæ Eccleſiæ ſervirent. Anno tandem 1739. parata omnia erant, ut Collegiata erigeretur, ſed impedimentum erectioni præſtitit Archipresbyter Parochia-

rochialis Ecclesiæ S. Joannis, qui recusabat Collegiatam erigi in Ecclesia S. Luciæ, quæ Parochiali suæ erat annexa; Archipresbytero sese adjunxit Patronus Oratorii S. Josephi qui renuebat, ut in Oratorio Collegiata erigeretur. Res denique composita fuit, Atchipresbytero permittente, ut Ecclesia S. Luciæ in Collegiatam erigeretur, dum tamen ipse prima Dignitas Capituli, & Collegiatæ constitueretur, & Archipresbyteri titulum, & curam animarum retineret, omnesque fructus, & redditus ejusdem Ecclesiæ S. Luciæ perciperet. His conventis inter eum, & Clerum, aditus fuit Sacratissimus Princeps noster, & facta resignatione Archipresbyteratus Princeps Ecclesiam S. Luciæ constitutione sua in Collegiatam erexit, quam Parochialem, & Matricem esse voluit, eique præesse Archipresbyterum tamquam Caput, & primam Capituli Dignitatem cum eodem titulo, cura animarum, & redditibus Ecclesiæ S. Luciæ: Sex erigi jussit Canonicatus, assignatis cuilibet annuis sc. 50., adjectaque lege, ut ex fructibus, & redditibus solverentur a singulis annua sc. 16. 67. pro distributionibus quotidianis, quas lucrifacerent ii, qui Choro interessent.

Erecta ab Episcopo Ariminensi Exequutore Literarum Apostolicarum Collegiata in Ecclesia S. Luciæ, plures ortæ sunt controversiæ inter Capitulum, & Archipresbyterum, quas inter, quæ ad rem pertinent, est de Sacro Conventuali. Episcopus Ariminensis motus Epistola Encyclica Sacratissimi Principis nostri quæ hac de re tota est, fretusque decreto Sacri hujus Tribunalis Capitulo indixit Sacrum Conventuale pro Benefactoribus in genere. Ægre id ferentes Canonici ad Amplissimos Patres venerunt, & obtinuerunt audiri, *non retardata* tamen *celebratione*, *& applicatione*. Disputant itaque non teneri ad hoc Sacrum faciendum; Sacrum enim Conventuale agi pro Benefactoribus incertis, & quorum periit memoria, sublatis monimentis fuga temporis, ipsos vero certos habere fundatores, certaque onera Canonicatibus data in fundatione, ut novo hoc onere gravari non debeant: Jus illud, quod ut nemo ignorat, constitutum fuit ab Honorio Pontifice in *cap. cum Creatura de celebrat Miss.* locum habere posse in antiquis Collegiatis diversum vero esse in novis, quarum Canonici ea tantum onera subire debeant, quæ a certis earum Fundatoribus data sunt non vero teneantur ad Sacrum Conventuale pro Benefactoribus incertis, ut traditum est a *Barbos. ad Concil. Trid. sess.* 25. *de ref. cap.* 5. *num.* 7. *Pasqualig. de Sacrific. Miss. quæst.* 899. *num.* 2. *Monacell. Formul. legal. supplem. ad tom.* 1. *n.* 239, *Ursaja discept Eccles. tom.* 3. *par.* 2. *disc.* 23. *n.* 71. *Scarfanton. ad Ceccoper. Lucubr. Canon. tom* 2. *in addit. ad tit.* 4. *num.* 2., *& tom.* 3. *in addit* 9. *num.* 16., & respondit hoc Sacrum Tribunal *in Verulana Archidiaconatus* 13. *Julii* 1748. *ad Dubium V.*, itaut cum deficiat ratio, qua Sacratissimus Princeps noster in Epistola sua Encyclica jussit, ut Sacrum Conventuale ageretur, & applicaretur, deficere quoque debeat, & cessare legis illius dispositio.

Quod si censeant Amplissimi Patres teneri Capitulum, subeundum hoc onus esse a solo Archypresbytero, qui redditus Ecclesiæ S. Luciæ ab incertis Benefactoribus donatos, aut relictos percipit solus, præsertim, cum redditus Archipresbyteratus pingues sint, & ad annua sc. 500. ascendant, contra vero redditus Canonicatuum tenues, deductis enim oneribus. & sc. 16. 67. pro distributionis quotidianis, quatuor primi Canonicatus vix reddant annua sc 28. 33, quintus vere, qui gravioribus oneribus premitur, vix reddat sc. 20.: Addunt Canonici, si forte Capitulum ad Sacrum Conventuale agendum teneatur, debere Archibresbyterum una cum Canonicis alternis vicibus, & per turnum incipiendum ab Archipresbytero, & prosequendum a Canonicis juxta ordinem antiquioris temporis, quo recepti sunt, Sacrum agere, & applicare, idque diebus tantum festis, ut postulant ob tenuitatem redditum Canonicatuum; & exiguo Canonicorum numero, quibus rationibus sæpius id indulsit Sacrum hoc Tribunal ut in *Camerinen. Missæ Conventualis* 22. *Maii* 1705. *ad Dub. II. in Narnien.* 11. *Junii* 1712. *in Velitern.* 14. *Maii* 1722. *in Spalaten. Applicationis Missæ Conventualis* 23. *Julii* 1729., *& in*

Ame-

Amerina Missæ Conventualis 12. *Martii* 1746.; Ab Archipresbytero, & Promotore Fiscali Curiæ episcopalis Ariminensis nihil habuimus. Quatuor sunt Causæ Capita.

I. *An Canonici Collegiatæ Sabiniani teneantur applicare quotidie Missam Conventualem pro Benefactoribus in genere, seu potius teneatur solus Archipresbyter dictæ Collegiatæ in casu &c.*; & quatenus affirmative ad primam partem, & negative ad secundam.

II. *An Archipresbyter teneatur per turnum cum Canonicis celebrare, & applicare Missam Conventualem, ut supra, & quomodo turnus sit servandus in casu &c.*

III. *An sit locus reductioni, & quomodo in casu &c.*

IV. *An Archipresbyter, & Canonici Terræ Sabiniani teneantur pro tempore præterito ad applicationem Missarum Conventualium non celebratarum in casu &c.*

Ad I. Affirmative ad primam partem: Negative ad secundam. Ad II. Affirmative per Turnum incipien. ab Archipresbytero. Ad III. Pro gratia reductionis ad dies festos tantum attenta, & perdurante tenuitate reddituum. Ad IV. Ad D. Secretarium, facto verbo cum Sanctissimo.

ROMANA SUPPLEMENTI INTORTITIORUM: Ab anno 1527., quo in Basilica SS. Laurentii, & Damasi institutum fuit Sodalitium Sanctissimi Corporis Christi Titulo *delle cinque Piaghe*, obtinuitque a Capitulo, & Canonicis ejusdem Basilicæ locum sub fornice Ecclesiæ, ut extruere posset *Cappellam, & altare ad libitum, & voluntatem ejusdem societatis illamque ornare, ut dictæ Societati placuerit, liberam, & exemptam ab omni onere*, quæ verba sunt concessionis, suevit idem Sodalitium quinque primo, inde sex cereas quadratas faces præstare, cum augustissimum Eucharistiæ Sacramentum ad infirmos defertur. Sueverat pari pietate alias triginta ejusdem generis faces præbere clar. mem. Cardinalis Petrus Otthobonus S. R. E. Vice-Cancellarius, itaut augustissimum Sacramentum sive in pompis celebrioribus, sive cum privato, & minus solemniter deferendum esset, eo cultu facium, tedarum, & luminum deferretur, qualem Majestas Divini Numinis postulare videbatur; sed morte obita a Cardinali Otthobono, defecerunt triginta illæ quadratæ faces, quæ ab eo præbebantur, & solæ superfuerunt duodecim, quarum sex præstantur diuturno, ut diximus, usu, longaque consuetudine a Sodalitio Sanctissimi Corporis Christi, sex aliæ ex lege contractus ab a io Sodalitio, cui titulus est *degl' Agonizanti*, atque hæ die; nocte vero quatuor tantum quadratis facibus augustissimum Sacramentum defertur quas præbere tenetur Capitulum ejusdem Basilicæ damnatum post litem actam contra Sodalitium *delle cinque Piaghe* anno 1712. re judicata Sacræ Congregationis Visitationis. *Sess.* 21. *de Obser. & evit. in celeb Mis.*

Postularunt quidem pluries Sodales Sanctissimi Corporis Christi, seu *delle cinque Piaghe* a Capitulo, & Canonicis, quos penes cura est habitualis Parochiæ, & pinguissimi sunt ejusdem redditus; paucis quibusdam exceptis, qui Vicario Curato ultra congruam percipiuntur, ut numerus quadratarum facium augeretur, sed renuente semper Capitulo, Sodales ad hoc Sacrum Tribunal rem detulerunt, postulantes oblatis precibus, ut Capitulum compelleretur ad eum facium numerum præbendum, qui respondere posset dignitati, & majestati augustissimi Sacramenti. Contra vero contendebat Capitulum onus hoc a Sodalibus esse ferendum ex eorum instituto, & legibus, quibus „ statuiro- „ no di dedicare le persone, e facoltà proprie ad un continuo attuale ossequio „ della Divinità di Lui in Terra, e di procurare con tutte le forze, che sia „ onorato il Santissimo Sagramento: *ut est in* cap. 1. statut. & cap. 6 de offic. „ Prior „ Rogatus itaque fuit Eminentissimus Dominus Cardinalis Ruffus

Sacri Collegii Decanus, & S. R. E. Vice-Cancellarius, ut de hac controversia animi sui sententiam aperiret. Ipse vero luculenta, disertaque Epistola monstrat primum necessitatem augendi numerum facium, inde contra Capitulum respondit, quod curam habeat habitualem Parochiæ, neque cogendos esse Sodales ad hoc onus, cum ex eorum instituto ad solam *associationem* teneantur; neque leges eorum obligationem ferant præbendi faces, aliaque, quæ ad cultum pertinent, sed meram pietatem, religionem, & obsequium erga augustissimum Sacramentum, quæ satis præstantur tum præbitione sex facium, tum aliarum omnium impensarum, quæ ab ipsis fiunt in Altari, & Cappella: de numero denique facium, quæ augendæ sint, nihil decernit. Hæc Eminentissimus S. R. E. Vice-Cancellarius.

Causa nunc Eminentissimis Patribus proponitur, quæque ab Eminentissimo Thoma Ruffo dicta sunt, latius exequitur libello suo Sodalitium, urgens necessitatem augendorum luminum, onus hoc esse Parochiale, & sequi Capitulum, & Canonicis, qui curam habent habitualem, quique pinguissimos Parochiæ redditus, & emolumenta percipiunt, soluta tantum congrua, & relictis paucis quidusdam emolumentis Vicario Curato, quique demum damnati fuerunt ad faces præstandas a Sacra Congregatione Visitationis, ut nulla vehemens ratio reddi possit, cur nunc in eadem Causa damnari non debeant; onus hoc a Sodalibus non esse ferendum, qui alia plurima ferunt, qui *liberam, & exemptam ab omni onere* Cappellam habuerunt. qui solum tenentur comitatum, & *associationem* præstare augustissimo Sacramento, non vero faces, nisi quas præbent ex diuturna duorum sæculorum consuetudine: numerum denique facium, tedarum, & luminum præfinitum non fuisse Sacris legibus: Concilia quidem Provincialia, & Diœcesana constituisse, ut pluribus, quam fieri posset; uteremur, aliis placuisse, ut non minor duodecim numerus esset; rectissime vero monuisse *Engel. lib. 3. jur. Canon. tit. 41. §. 2. num. 15. & Franciscum Costerum in Enchirid. controv. de relig. tit de Sanctiss. Euchar. fol. 321.*, ex consuetudine singulorum locorum constituendum esse numerum luminum, ritumque delationis.

Hinc ab Amplissimis Patribus definiendum esse numerum triginta quadratarum facium, quæ a Capitulo, & Canonicis præbendæ sint, cum ita vetusta consuetudine servatum fuerit in hac Basilica, cum ita servent filiales ejus Ecclesiæ, cum ita servent aliæ Urbis Ecclesiæ Parochiales, inferioris licet dignitatis, quæque minores habent redditus. Atque hæc Sodales. Quia vero Capitulum, si causa cadat contra Sodales onus hoc rejicere studet in Vicarium Curatum, qui ob id decreto Sacri hujus Tribunalis in jus vocatus fuit, ideo suum & ipse libellum dedit, quo a se hoc onus avertere gestit, disputans Capitulum ex laudo, quod tulit Cardinalis Alexander Montaltus anno 1618., acquisiviisse pingues redditus Parochiæ in annua summa scut. 1500., & damnatum fuisse ad plures expensas, quæ respiciunt exercitium curæ animarum, itaut tum ex causa redditus, qui a Capitulo percipitur, tum ex causa aliarum expensarum quas subire tenetur pro curæ exercitio, colligi debeat onus hoc non ad Vicarium perpetuum, sed ad Capitulum pertinere, præsertim cum eadem sit ratio, nec in laudo taxativa aliqua dictio a Cardinali arbitro adjecta fuerit, ex qua ad eas tantum Parochiales expensas, & non ad alias similes, & sua natura, vel paritate rationis in iis comprehensas Capitulum teneretur. Addit consuetudinem etiam specialem, qua factum est, ut Capitulum cereas quadratas faces præbuerit, nunquam Vicarius perpetuus: damnatum fuisse Capitulum a Sacra Congregatione Visitationis ad quatuor faces præstandas, nec tamen postulasse a Vicario, ut ipse hoc onus subiret: iniquum esse, ut in tanta redditiuum, quos ipse percipit tenuitate, tantaque diminutione, quantam passus est laudo Cardinalis Montalti, hoc etiam novum onus adiciatur. Alia addit Vicarius, quæ Eminentissimi Patres in libello ab eo dato legent. A Capitulo, & Canonicis, nihil habuimus. Dubium est.

An,

An, & a quibus, & in qua quantitate supplendus sit numerus Intortitiorum in associatione Sanctissimæ Eucharistiæ ad infirmos tam occasione Viatici, quam in aliis solemnioribus delationibus in casu &c.

Dilata, & proponatur in prima post aquas, etiam unica, & interim per Capitulum subministrentur decem, & octo Intortitia sine præjudicio jurium ambarum Partium.

SPOLETANA: Ecclesiam Divo Jacobo Apostolo dedicatam habebat Nursiæ Hierosolymitanus Ordo, & Cappellam in eadem Ecclesia habebat Sodalitium sub titulo Sancti Jacobi. Ab Ordine Hierosolimitano cessa fuit Ecclesia anno 1698. Patribus Congregationis Oratorii, qui preces obtulerunt Sodalibus, quibus postulabant assignationem eorum bonorum quorum redditibus stipendium Cappellano præstabatur, promittentes opera pietatis in Ecclesia exercere, ultra onera fabricæ, & ornamentorum, & servandæ perpetuo sacræ suppellectilis. Placuit postulatio Sodalibus, qui cesserunt Patribus omnia jura, & bona illa, eos subrogando in locum Cappellani, lege adjecta, ut Patres *sieno tenuti a sodisfare tutti li pesi soliti a sodisfarsi dalli Cappellani passati*. Post hæc, defunctis, qui tunc vivebant, Sodalibus, aliisque in defunctorum locum non allectis, periit Sodalitium, & Patres omnia bona acceperunt. Onus Cappellanis injunctum erat faciendi quinque sacra singulis hebdomadis, & undecim die festo Sancti Thomæ. Hoc onus impletum semper fuit a Patribus, sed sacra numquam applicata fuerunt, putantes teneri tantum ad sacra agenda, non ad ea applicanda. Cum hac de re injecta demum iis fuerit dubitatio, oblatis precibus, postularunt ab hoc Sacro Tribunali, ut declaret, an etiam ad applicationem tenerentur. Auditus Episcopus censuit eos ad applicationem non teneri: rationes, quibus in hanc sententiam perductus fuit Episcopus, repetunt Patres in libello, earumque hæc summa est: non constare ex libris Sodalitii de applicatione horum sacrorum, neque verisimile fieri Cappellanos habuisse onus applicationis, quia tenuissimum stipendium annuum, vel scut. 13. 62, vel sc. 19. 12. deductis oneribus, quod Cappellani percipiebant, respondere non poterat laboribus eorum, ut nil verius videatur, quam eos ad sacrorum applicationem obstrictos non fuisse, & Sodales de solo sacrorum numero commoditatis gratia, non vero de applicatione fuisse sollicitos: Addunt, & onera, quæ ab ipsis ferri debent tutelæ Ecclesiæ, & Altaris, & sacræ suppellectilis, & numerum sacrorum, quæ fiunt in Ecclesia, ut satis consultum sit ejus decori, & voluntati Sodalium etiam sine hac applicatione. Dubium ab Eminentissimis Patribus definiendum est. *Sess. 22. c. 2. de Sacrif. Miss.*

An Patres Congregationis Oratorii teneantur ad applicationem Missarum de quibus agitur, seu potius ad earum tantum celebrationem in casu &c.

Negative ad primam partem: Affirmative ad secundam.

BONONIEN. FENERUM: Ut consuleret Princeps Optimus Paulus III. indemnitati Patrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, qui incolebant Monasterium extra mœnia Terræ Centi perpetuis Rheni fluminis exundationibus perculsum, separavit anno 1538. ab Ecclesiæ Sanctorum Petri, & Pauli ejusdem Terræ Ecclesiasticum Beneficium, cui animarum cura annexa erat, eoque ad simplicis naturam redacto, Ecclesiam, ædesque conjunctas iisdem Patribus concessit, ea data lege, ut Sacerdotem eligerent, qui curam animarum exerceret. Servata fuit hæc lex ad nostra hæc tempora; At, cum curam illam obtinuisset Sacerdos Jo: Philippus Monteforti, exortis inter eum, & Patres pluribus controversiis, Sacratissimus Princeps noster eas præcidit anno 1749 Constitutione sua, qua separavit curam animarum a dicta Ecclesia Sanctorum Petri, & Pauli, eamque transtulit in *Sess. 25. c. 13. de Regul.*

Ecclesiam sæcularem Sodalitii Sanctorum Sebastiani, & Rocchi. Nova tamen inter eumdem Parochum, & Patres exorta est controversia; Contendit enim Parochus jus sibi esse ingrediendi Ecclesiam Patrum cum Stola, & Cruce elevata, si ad illam deferenda sint corpora eorum, qui condi in ea voluerunt. Ut igitur Patres iis turbis occurrerent, quæ hisce casibus evenire solent, preces obtulerunt Sacro huic Tribunali, auditoque Vicario Generali Bononiensi, censuit hic secundum Parochum esse respondendum, quod generalis, & vetustissima in Terra Centi sit consuetudo, ut Parochi in elatione cadaverum ingrediantur Ecclesias Regularium cum Stola, & Cruce elevata.

Proponitur nunc Causa, & disputant Patres hanc consuetudinem, si vera esset, contra jus esse: Placuisse siquidem in hac crebrs Doctorum disputationibus vexata quæstione, negativam sententiam hanc sequi sacras Urbis Congregationes, hanc probasse Summos Pontifices, *sublata* cuicumque Judici facultate serius judicandi cum *decreto irritanti*; Cum igitur, res sit de consuetudine contra Jus, necesse omnino esse, ut plenissime probetur, & contradicto etiam Judicio confirmatam fuisse monstretur: nihil horum probari a Parocho, & si probaretur, nihil esse, quod non monstretur eam locum habuisse in hac, de qua agitur, Ecclesia, cum Parochus eam ingressus quidem fuerit cum Stola, & Cruce a duobus retro sæculis; at non jure servitutis, neque animo acquirendi jus contra libertatem Regularium, sed quia Parochialis erat, & in ea exercitium curæ animarum habebat electus ab ipsis Patribus: quidquid igitur de hac consuetudine sit ratione aliarum Ecclesiarum Regularium, quæ sunt in Terra Centi, non posse eam concludi ratione hujus Ecclesiæ Patrum Minorum, neque porrigi posse ad eas Ecclesias, quæ suam libertatem servarunt: Cessare autem disputationem omnem, cum consuetudo hæc generalis, & vetustissima ex facto desit etiam ratione aliarum Ecclesiarum Regularium, ut testibus probatur, qui de facto proprio deponunt: Ratione vero Ecclesiæ Sanctorum Petri, Pauli rem esse apertam ex facto ipsius Parochi Monteforti, qui in elatione cadaveris Lucretiæ Gatti perventus ad fores Ecclesiæ Patrum deposuit illud, abiitque. Hæc Patres: a Parocho nihil habuimus: Dubium est.

An in associando cadavera seppelienda in Ecclesia S. Petri Minorum de Observantia Terræ Centi liceat Parocho ingredi cum Stola, & Cruce elevata; seu potius teneantur ad ejusdem Ecclesiæ fores sistere, ibique ultimum vale defuncto dare in casu &c.

Negative ad primam partem: Affirmative ad secundam.

Sess. 25. c. 12. de Ref.

PRIVERNEN. DECIMARUM: Consuevisse Privernates dicitur antiquo tempore Parochis suis Decimas integre præstare, inde Parochorum negligentia paullatim evenisse, ut negligeretur præstatio; integra tanta Populi tenacitate, ut nihil profecerint Episcopi publicis Edictis, & Synodalibus Constitutionibus, quibus & Parochis negligentibus, & Populo recusanti pœna infligebatur. Episcopum anno 1669 certam taxam statuisse, quæ tamen usu recepta non fuit, cum Parochi, qui Privernates erant, sive quia patrimonialia bona haberent, sive quia nollent cum Parochianis suis lites agere, contenti essent modica illa frumenti, cicerum, fabarumque, & similium specierum quantitate, quam a Parochianis exigebant. At, cum Parochiam S. Joannis Evangelistæ obtinuisset Sacerdos Andreas Raymundi Setinus, hic, ubi agnovit redditus Parochiæ in scut. 50. annuis ex solis tamen fundis, prædiisque, facta onerum omnium deductione, remanere in annuis scut. 20. 18., ad Episcopum confugit, ut congrua sibi assignaretur in Decimis. Episcopus provinciam hanc Vicario Generali mandavit, qui tunc Visitationem agebat: Vicarius novam taxam constituit, statuitque, ut pro integra decima Parocho præstaretur quantitas hæc frumenti, nempe Cives primi gradus traderent *mezza quarta*, secundi gradus *un quarto d' una quarta*,

ta, tertii gradus *un' octava d' una quarta*, ultimi demum gradus *mezzo bacile*, *o sia un decimosesto*.

Hanc tamen taxam recipere renuentibus Parochianis, & contendentibus cogi non posse ad præstationem certæ quantitatis frumenti, cum semper tradiderint quidquid, & juxta conditionem, statumque personarum, & juxta tempestatum ubertatem, vel sterilitatem dare potuerunt, Parochus ad hoc Sacrum Tribunal venit. Audito Episcopo, præfixus fuit Parochianis terminus ad jura proponenda, inde jussum est, ut constituerent Judicialem Procuratorem, denique, iis adhuc contumacibus, data fuit Episcopo facultas confirmandi taxam *prout de jure*. Episcopus duos selegit Canonicos, qui taxam recognoscerent, eorumque consilio taxam confirmavit. Solverunt quidam, alii longe plures in jus venerunt. Nunc itaque Causa proponitur, urgente Parocho Divino, & Pontificio jure cautum esse Decimas esse præstandas, præsertim cum tenues sint Parochiæ redditus, qui, oneribus deductis, remaneant in scut. 20., ut congrua Parochi portio salva non sit; supplendam igitur esse decimis, quas integre primum præstare solebant Parochiani: rem itaque omnem deducendam esse ad justitiam taxæ, de qua ambigi nequeat, cum sit mitissima: Frustra a Parochianis excipi de contraria consuetudine, cum in mala fide semper constituti fuerint Edictis Episcoporum, & Constitutionibus Synodalibus, itaut legitimum numquam sumere potuerit initium: deesse tamen ex facto probationes illas, quibus monstrari possit consuetudo, cum res est de quantitate Decimæ, nam quatuor illæ, quæ concurrere debent, deficiunt. Hæc Parochus; a Parochianis nihil habuimus: Duo sunt Causæ Capita.

I. *An Decimæ debeantur?* & quatenus affirmative.

II. *An, & in qua summa, & a quibus debeantur in casu &c.*

Dilata ad primam post aquas, etiam unica.

Die Sabbathi 20. Novembris 1751.

CIVITATIS CASTELLI JURISDICTIONIS: Post longas moras Promotoris Fiscalis Curiæ Episcopalis, & plurimas, quas obtinuit in hac Causa, *dilationes*, placuit tandem Eminentissimis Patribus in *Congregatione* habita *die* 28. superioris *mensis Augusti* rescribere: *Dilata, & proponatur omnino in prima post aquas etiam unica*. Obsequimur itaque eorum imperio, Dubiumque iterum, atque iterum propositum, & numquam definitum subjicimus. *Sess. 24. c. 20. de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a decisis die 27. Januarii 1625., & respective subsistineatur decretum Episcopi in novissima Synodo anno 1746. in ordine cap. 26. de foro competen. in casu &c.

Non proposita.

ROMANA SUPPLEMENTI INTORTITIORUM: Data fuit hæc Causa *in Folio* ultimæ *Congregationis* habita *die* 18. transacti mensis *Septembris*, sed, Capitulo Basilicæ Sanctissimi Laurentii, & Damasi *dilationem* postulante, rescripserunt Amplissimi Patres: *Dilata, & proponatur omnino in prima post aquas etiam unica &c.* Nunc igitur Dubium proponitur, repetita lectione *Folii ultimæ Congregationis*, ab Eminentissimis Patribus definiendum. *Sess. 22. de de obser., & evit. in Celebr. Miss.*

An, a quibus, & in qua quantitate supplendus sit numerus Intortitiorum in associatione Sanctissimæ Eucharistiæ ad Infirmos tam occasione Viatici, quam in aliis solemnioribus delationibus in casu &c.

Supplendum esse a Capitulo numerum duodecim Intortitiorum tradendorum

rum Vicario Curato, qui in reliquis omnino servet Instructiones S. M. Innocentii XII., & amplius.

Sess. 25. c. 12. de Ref. PRIVERNEN. DECIMARUM: Hæc quoque Causa in ultima Amplissimi Ordinis *Congregatione* habita dicta *die* 18. transacti mensis *Septembris* idem rescriptum obtinuit: *Dilata ad primam post aquas etiam unica*. Poterunt igitur Eminentissimi Patres, repetita ejusdem *folii* lectione, duo, quæ subjicimus, Dubia expedire.

I. *An decimæ debeantur?* Et quatenus affirmative.

II. *An, & in qua summa, & a quibus debeantur in casu &c.*

Ad I. Affirmative, Ad II. Deberi juxta Taxam Episcopi, & amplius in omnibus.

Sess. 21. c. 4. de Ref. SABINEN.: Dilationem frustra petentibus R. P. D. Bernardino Nario, & Abbate Francisco Caffarellio, definita fuit hæc Causa in eadem *ultima Congregatione* habita *die* 18. *Septembris*, & duobus dubiis. I. *An sit locus appositioni Cappellani Curati in casu &c.*, & quatenus affirmative. II. *An decretum factum in Sacra Visitatione per Eminentissimum Episcopum Sabinen sit exequendum in casu &c.*: Respondit Sacrum Tribunal: *Affirmative ad utrumque*. Redit hæc definitio ad novum Eminentissimorum Patrum Judicium, qui, repetita lectione *Folii dictæ ultimæ Congregationis* cognoscent. *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.*

Non proposita.

Sess. 24. c. 12. de Ref. CAPUTAQUEN. PARTICIPATIONIS: Species hujus Causæ, & rationes omnes, quæ in ea sunt, habentur *in Folio Congregationis diei* 5. *Decembris anni* 1750.; Cum vero Causa ea die proponi non potuerit, proposita fuit in *sequenti Congregatione* habita *die* 19. *ejusdem Mensis Decembris*, nec tamen definita fuit, respondentibus Eminentissimis Patribus: *Dilata, & ad mentem*: Mens autem fuit, ut Eminentissimus Archiepiscopus Neapolis de adversa valetudine Sacerdotis Marci de Canto Amplissimos Patres certiores redderet. Scripsit igitur Eminentissimus Archiepiscopus Sacerdotem illum chronicis morbis, quos in patrio cœlo sibi adverso contraxit, affectum esse, & Medicorum consilio Neapoli moram trahere, nec sine periculo vitæ in Patriam redire posse: Censere itaque, ut cum ille legitime sit impeditus, de redditibus, & fructibus participare possit. Hæc Eminentissimus Archiepiscopus. Spectat nunc ad Amplissimos Patres duo, quæ proponebantur, Dubia expedire.

I. *An Sacerdoti Marco de Canto pro tempore suæ absentiæ ex causa infirmitatis debeatur Portio Massæ Communis, sicut cæteris Sacerdotibus participantibus, deductis tantum oneribus Missarum ad rationem caroleni unius pro qualibet Missa?* & quatenus negative.

II. *An eidem sint solvendi Ducati 25. pro patrimonio quovis anno, durante absentia ex causa prædicta in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Provisum in primo.

Sess. 24. c. 1. de Ref. Matr. NULLIUS, SEU S. GERMANI MATRIMONII. Vitio partium, quibus quisque Vir, aut Fœmina dicitur, vix natus Leonardus Curti rusticus Vici Cervariæ pro fœmina habitus fuit, & lustralibus undis renatus Leonardæ nomen accepit; fœmineis vestibus indutus, inter fœminas versatus est, captusque amore Agnetis Fochi Viduæ, atque ejus amicæ, eam compressit; sed barba indicium præstante virilitatis, & fama ejusque per humilem Vicum facile diffusa, coactus fuit a Curia Ecclesiastica vestes mutare, & Leo-

& Leonardi nomen ſuſcipere. Hac facta mutatione fœminæ in Virum, voluit Leonardus cum amica Agnete matrimonium contrahere, & delata ad eamdem Curiam Eccleſiaſticam ſcientia vitii corporis ſui, & a duobus Medicis comprobata vitii illius veritate, putantibus iiſdem eum ineptum eſſe ad matrimonium, interdictum ei fuit a Curia, ne nuptias contraheret, neve cum Agnete familiariter ageret. Cum vero illi diſtrahi non ferrent, & matrimonio optarent conjungi, crudeles Terras fugerunt, & Romam venerunt, oblatiſque precibus Sacræ Congregationi Univerſalis Inquiſitionis, quibus falſo narrarunt ab ineunte ætate vagaſſe, poſtularunt diſpenſationem ab exhibitione literarum Teſtimonialium tum baptiſmatis, tum libertatis, ut poſſent matrimonio conjungi. Data fuit de hac poſtulatione cognitio Eminentiſſimo Urbis Vicario, qui delato iiſdem jure jurando libertatis, poteſtatem iis fecit matrimonium contrahendi, quo contracto, Cervariam regreſſi ſunt. Sed Curia Eccleſiaſtica videns violatum ab iis interdictum voluit in conjuges animadvertere. Fugerunt ipſi, & Romam repetierunt, Sacroque huic Tribunali obtulerunt preces, quibus poſtulabant, ut declararetur validum Matrimonium, quod contraxerant. Cum vero omnis quæſtio eſſet, an Leonardus eo vitio afficeretur, quo ad matrimonium eſſet ineptus; Virum enim eum eſſe, non fœminam, non Androgynum, ſeu Hermaphrodytum, non ambigitur, neceſſarium viſum eſt Medicæ Artis Peritis mandare, ut Leonardum inſpicerent, & animi ſui ſententiam aperirent. Duo electi fuerunt Medici, ſuum uterque Judicium dedit. Ex eorumdem conſultationibus reſcire poterunt Eminentiſſimi Patres, quale vitium ſit, quo Leonardi corpus inficitur, rarum equidem, & inſuetum, ut pene in monſtrum abeat. Conjuges poſtulant, ut validum declaretur Matrimonium. A *Defenſore Matrimonii* nihil hactenus habuimus. Duo ſunt Cauſæ Capita, quæ, audita jam Curia Eccleſiaſtica S Germani, proponuntur.

I. *An conſtet de impotentia?*
II. *An Matrimonium ſit validum in Caſu &c:*

Dilata ad ſequentem.

Die Sabbathi 18. Decembris 1751.

NULLIUS, SEU S. GERMANI MATRIMONII: Cauſa hæc in *ultima* Ampliſſimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 20. tranſacti *menſis Novembris* reſponſum accepit: *Dilata ad ſequentem*. Poterunt igitur Eminentiſſimi Patres *Folium ejuſdem ultimæ Congregationis* iterum conſulere, ut duo Cauſæ dubia expediant. *Seſs. 24. c. 1. de Ref. Matr.*

I. *An conſtet de impotentia?*
II. *An Matrimonium ſit validum in caſu &c.*

Dilata ad ſequentem.

RIPANA QUARTÆ FUNERALIS: Species omnis hujus Cauſæ habetur in *Folio Congregationis* habitæ *die* 28. ſuperioris *menſis Auguſti*: Dubio, quod propoſitum fuit: *An ſit locus ſolutioni quartæ funeralis in caſu &c.* reſpondit Sacrum Tribunal: *affirmative*: Victi Patres Franciſcani pugnam inſtaurant, & definitionem illam retractari poſtulant: Reſpondendum nunc igitur. *Seſs. 25. c. 13. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

LEODIEN. INDULTI: Hæc quoque Cauſa data fuit in eodem *Folio Congregationis* habitæ *die* 28 *Auguſti*. Data quidem fuerat in *Folio Congregatio-* *Seſs. 24. c. 12. de Ref.*

gationis præcedenter habitæ *die* 10. *menſis Julii*, ſed Canonico Thoma Philips *dilationem* poſtulante, propoſita non fuit; Duo igitur illius Capita propoſita fuerunt in *d. Congregatione diei* 28. *Auguſti*. „ I. An vigore Indulti abeſſendi, de quo agitur, debeantur Canonico Thomæ Philips, licet non intervenienti portio emolumentorum provenientium ex anniverſariis tam fixis, quam incertis, & extraordinariis in caſu &c. II. An expenſæ hujus litis detrahi debeant ex Maſſa Capitulari, ſeu potius an, & qui „ ad illas teneantur in caſu &c. *Reſpondit his Sacrum Tribunal*: Ad primum „ affirmative juxta ſolitum: Ad ſecundum negative, & teneri Canonicos, „ qui litem moverunt „. Venit nunc ad novum Judicium hæc definitio, & reſpondendum eſt.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata ad ſecundam poſt Reges.

Seſs. 25. c. 1. de Ref.

HIERACEN. SPOLII: Data fuit hæc Cauſa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 13. menſis *Februarii* hujuſmet anni, & *dilationem* obtinuit. Data iterum fuit aucta altero dubio in *Folio Congregationis* habitæ *die* 27. ſuperioris menſis *Martii*, & Eminentiſſimi Patres reſcripſerunt: Dilata, *& ad mentem*: Mens autem fuit, *ut ſcriberetur hodierno Hieracenſi Antiſtiti, ut Sacram Congregationem certioraret, an uſque adhuc intactum extet apud Moniales S. Annæ depoſitum ducatorum* 2618; Atque hæc fuit *dilationis*, quæ primi dubii definitionem reſpiciebat. Dubitationem vero injecit in ſecundo dubio aliud factum, quod ignorabatur, ut ob id definitio ejuſdem dubii *dilata* fuerit, an ſcilicet in computatione aſſis hæreditarii activi Epiſcopi Diez habita fuerit ab Epiſcopo Oppidenſi ratio de ducatis 1536. debitis a Reverendiſſimo P. Idelphonſo del Tufo ex cauſa ſchedulæ ſcriptæ die 25. Aprilis 1730. Datæ fuerunt literæ ad Epiſcopum Hieracenſem de depoſito: Reſpondit ille depoſitum ducatorum 2618. apud Moniales illas vere factum fuiſſe: pecuniam numeratam conditam fuiſſe in arca feris, & laminis ferreis munita, ſed cum die quadam inter Moniales, & Vicarium Generalem ſermones haberentur, & quererentur Moniales de inopia, & paupertate Monaſterii, reſpondiſſe Vicarium Generalem, ſerio ne, an joco ignoratur, pauperes eas non eſſe, quæ tantam pecuniæ vim haberent, quanta erat in depoſito; hinc illæ, arrepta ſecuri, arcam fregerunt, & pecuniam expilarunt: non defuiſſe muneri ſuo Epiſcopum, nam Moniales reddiderunt ducatos 885., quæ pecunia nunc ſervatur in arca apud Patres Minores Conventuales, nullam tamen ſupereſſe ſpem aliud quicquam a Monialibus recuperandi.

Hæc de primo dubio, & depoſito: De computatione vero ſchedulæ ducatorum 1536. hæc habet Capitulum: ex *foliis* ſtatus hæreditarii activi Epiſcopi Diez factis ab Epiſcopo Oppidenſi Delegato ab hoc Sacro Tribunali conſtare ſtatum activum ejuſdem aſſis hæreditarii perveniſſe ad ducatos 27548. 80. cum autem hæc quantitas efformetur ex pecunia tantum numerata, ut patet ex iiſdem *foliis*, hinc aperte colligi ſchedulam debiti ſcriptam a Reverendiſſimo P. del Tufo non fuiſſe in eadem quantitate comprehenſam. An hæc ratio tanti ſit, ut damnari ille poſſit, videant Ampliſſimi Patres, quibus eadem duo Dubia definienda proponuntur, quæ propoſita quidem in *Congregatione* habita *die* 27. menſis *Martii*, ſed expedita non fuerunt.

I. *An Reverendiſſimus Idelphonſus del Tufo olim Epiſcopus Hieracen. pro nunc condemnandus ſit favore Capituli ad ſolutionem ducatorum* 3461. *ab eo debitorum ex cauſa reliquatus Aſſis ſpolii bon. mem. Epiſcopi Diez Anteceſſoris juxta relationem Epiſcopi Oppidenſis Delegati Apoſtolici, ſine tamen præjudicio aliorum Jurium dicti Capituli pro ulteriori redditione rationis Aſſis ſpolii prædicti in caſu &c.*

II. *An præter ſummam ducatorum* 3461. *debitorum ex cauſa reliquatus ſpolii bon. mem. Diez juxta relationem Epiſcopi Oppidenſis condemnandus*

quoque

quoque ſit Reverendiſſimus D. Idelphonſus del Tuſo olim Epiſcopus Hieracen. ad ſolutionem aliorum ducatorum 1536. ab eo debitorum vigore ſchedulæ exhibitæ die 15. Aprilis 1730. in caſu &c.

Dilata ad primam poſt Cineres.

NEPESINA CANONICATUS: Preces obtulit Sodalitium Sancti Georgei Civitatis Nepetis anno 1622. Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis ejuſdem Civitatis, quibus poſtulabat, ut conſenſum præſtarent erectioni Canonicatus, quem ſua pecunia Sodalitium in eadem Cathedrali fundare propoſuerat. Conſenſum præſtitere Canonici, pluribus adjectis conditionibus, quas inter hæc fuit, ut, qui Canonicatum hunc obtinerent, *non participarent de oneribus, & honoribus, redditibus, & proventibus Cappellarum per Canonicos efficiatarum, niſi erunt Sacerdotes, & actu celebrabunt.* Facta fuit inde fundatio *unius Præbendæ Canonicalis S. Georgei nuncupan., quæ etiam Sacerdotalis eſſe debeat, & non alias, aliter, nec alio modo.* Jus Patronatus ſibi ſervarunt Sodales, qui ad hæc uſque tempora nominarunt Civem aliquem, qui vel habitu, vel actu Sacerdos eſſet; Poſtremis enim duabus vacationibus præſentati fuerunt, & Canonicatum obtinuerunt Propertius Galeottus, & Angelus Mancinius, qui Clerici erant in Minoribus Ordinibus conſtituti. Vacato morte Mancinii die 1. Aprilis hujus anni Canonicatu, vix elapſis ſex diebus, Prior Sodalitii non, ut moris eſt, in Oratorio, ſed in Palatio Epiſcopali, ipſo ita jubente Epiſcopo, Sodales vocavit, ut coram ipſo Epiſcopo comitia haberentur: quibus novum Canonicum nominarent. Coactis igitur coram Epiſcopo Sodalibus die 7 Aprilis, lectum primo fuit inſtrumentum fundationis Canonicatus, differente Epiſcopo datam in eo fuiſſe legem, ut Canonicus nominandus deberet eſſe actu Sacerdos, inde rejectæ fuerunt ab eodem Epiſcopo plures preces oblatæ a Clericis, quibus poſtulabant a Sodalibus nominationem. Contra hanc rejectionem Ferdinandus Mancinellius unus e Sodalibus proteſtationem emiſit, ſed eam rejecit Epiſcopus *tamquam contrariam fundationi, & mandavit procedi ad ulteriora in ballotatione Sacerdotum.* *Seſs. 24. c. 12. de Ref.*

Latis ſuffragiis, repulſi fuerunt a Sodalibus duo, qui propoſiti fuerunt, Sacerdotes Petrus, & Dominicus Guidi. Tunc Epiſcopus *ſub pœnis arbitrio &c. mandavit neminem ex Confratribus diſcedere debere, & iiſdem indulſit Jus ballotandi pro ſecunda, & tertia vice, quibus rite abſolutis, jus eligendi ad ſe devolutum eſſe* declaravit. Propoſiti fuerunt alii duo Sacerdotes abſentes, ambo incluſi fuerunt, ſed nominationem obtinuit Auguſtinus Fantaronus, qui majorem ſuffragiorum numerum retulerat. His ita peractis, major pars Sodalium ad hoc Sacrum Tribunal venit, contendentes nominationem nullam fuiſſe, & petentes, ut authoritate Eminentiſſimorum Patrum nova fieret nominatio. Auditus fuit Epiſcopus, qui rem omnem narrat, uti eam narravimus; Fatetur duos ultimos Canonicos Clericos tantum fuiſſe, cum nominati fuerunt, ſed ignorantia fundationis eorum præſentationem admiſſam fuiſſe dicit: Patere ex clauſula illa *non alias, aliter, nec alio modo* præbendam hanc Canonicalem eſſe actu Sacerdotalem, neque ſatis eſſe, ut nominatus ſit habitu Sacerdos, quod fundatio concepta ſit verbis negativis, & præceptivis. Contra diſputant Sodales, nulla fuiſſe comitia, nullam nominationem, cum non in proprio Oratorio, & die Feſto, ut ſemper moris fuit, ſed extra locum in Palatio Epiſcopali, & die feriato comitia habita fuerint, neque Camerarius Sodalitii, ſed Cancellarius Epiſcopalis ſcribendo affuerit: nullam fuiſſe nominationem tum ob vim, metumque ab Epiſcopo illatum, qui comitia coram ſe in Epiſcopali Palatio haberi voluit, qui Sodales coegit die ſexto poſt vacationem Canonicatus, cum nulli ignotum ſit datum eſſe Patronis Laicis quadrimeſtre ad præſentandum, qui arbitratu ſuo rejecit preces Clericorum, rejecit proteſtationem emiſſam a Ferdinando

dinando Mancinellio, vetuit, ne Sodales discederent : Falli Episcopum, qui Clericos rejecit, & solos actu Sacerdotes admitti voluit, cum aliud sit Præbendam esse Sacerdotalem, aliud vero solos actu Sacerdotes ad eam admitti posse, id liquere ex consensu præstito a Capitulo, & Canonicis, liquere ex consuetudine interpretativa fundationis, si esset hæc dubia, & obscura, liquere ex duobus ultimis hujus Beneficii statibus, cum præsentati fuerint duo, qui simplices Clerici erant. Sunt & alia, quæ addunt Sodales, ut monstrent electionem non posse subsistineri, & nominari posse etiam Clericos. Ab Augustino Fantaroni, qui electus fuit, nihil habuimus. Duo sunt Causæ capita.

I. *An electio facta in personam Sacerdotis Augustini Fantaroni subsistineatur in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An in futuris vacationibus per Confraternitatem S. Georgei sit deveniendum ad nominationem etiam favore Clericorum in casu &c.*

Dilata, & ad Mentem.

Sess. 22. c. 6. de Ref.

GERUNDEN BENEFICII: Ad Altare B. Mariæ *Sanctissimi Rosarii* in Ecclesia Parochiali S. Laurentii Morrunii Urgellensis Diœceseos Beneficium fundavit anno 1501 pius Sacerdos Augustinus Postlis, reservato ejusdem Beneficii Patronatu consanguineis suis, & nominato se ipso primo Beneficiato; Onus autem dedit Beneficiatis omnibus agendi quotannis Sacrum die Festo S. Augustini Titularis Beneficii, addiditque, ut interessent „ omnibus „ horis diurnis, & nocturnis, ut cæteri Beneficiati intersunt. *Dotis nomine hoc Beneficio assignavit* ducentum octuaginta libras Barcinonæ, scilicet „ quatuordecim libras in annua præstatione, & dictas ducentum octuaginta „ libras in pretio, & proprietate censualis mortui annuæ pensionis quatuordecim librarum. *Hanc Beneficii fundationem probavit Episcopus, qui eam „ legem adjecit, ut* Beneficiatus, licet interesset Divinis Officiis diurnis, „ & nocturnis, quæ assidue celebrantur in d. Ecclesia nihil reciperet ex distributionibus quotidianis, quæ Presbyteris, Cappellanis, & Beneficiatis dictæ Ecclesiæ dictis Officiis interessentibus solent largiri.

Post duo sæcula ab hac fundatione Franciscus Postlis Patronus preces obtulit superiore anno Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabat, ut hoc Beneficium vel in simplex converteret cum onere tantum agendi Sacrum die Festo Sancti Titularis, vel uniret aliis Beneficiis, ut de quotidianis distributionibus Beneficiatus particeps esse posset, cum ob illius tenuitatem recusaretur ab omnibus. Data fuit de hac postulatione cognitio Amplissimis Patribus. Auditus Episcopus respondit nullum esse „ qui onus residentiæ subire „ vellet cum solo præmio reddituum præfati Beneficii, qui juxta modernam „ censualium reductionem ad libras 12. monetæ Barcinonæ vix ascendunt, & „ sunt adeo exigui ad substentationem Beneficiati, ut nec octavam quidem „ constituant partem congruæ rigorosæ cuilibet simplici Sacerdoti; suamque demum sententiam secundum Patronum aperuit. Placuit tamen Eminentissimis Patribus die 30. transacti Mensis Julii rescribere: *Lectum, & hæreditatem teneri ad supplementum*. Redit nunc Franciscus ad Sacrum Tribunal, & addit impleri non posse rescripti mentem, cum vehementissima sint argumenta, & indicia Fundatorem nihil aliud in bonis suis habuisse, & fundationis, & mortis tempore, quam hoc jus census, quem in dotem Beneficii constituit, & in tanta temporis antiquitate ignorari, ubi nam gentium sint, si qua unquam ille habuit, bona, & a quo, quibusve possideantur, itaut non alia suppetat ratio, ut Beneficium consistere possit, quam quæ proposita fuit in ejus precibus. Dubium est.

An sit consulendum SSmo pro commutatione Beneficii in casu &c.

Non proposita.

IN-

INDEX
CONCLUSIONUM OMNIUM,

Quæ in ſingulis foliis anni 1751. fuerunt adnotatæ, & cunctarum reſolutionum, quæ in ſingulis cauſis ejuſdem anni ab hac S. Concilii Congregatione prodierunt.

A

ABBATISSA, VEL PRIORISSA.

Electio Abbatiſſæ in Monaſteriis etiam Regularium curæ commiſſis fieri nequit abſque præſentia Epiſcopi, vel ejus Delegati, in *Converſana Juriſdictionis pag. 29. cum ſeq. ad I. dubium.*

Illaque aliter facta ſine hujuſmodi præſidentia, multoque magis ſi Epiſcopus declaraverit juxta Bullam *Inſcrutabili* preſidere velle, nulla eſt, ita ut ad novam electionem procedi poteſt *ibidem ad II dub.*

Quoad tamen munus, non in Moniales juxta antianitatis ordinem, & ſine ullo meritorum defectu conferri debet, ſed Monialium ſuffragiis in alias etiam non antianas juxta qualitates, & merita libere dari valet, *Ibid. ad III. dub.*

Epiſcopus nequit ſub cenſuris prohibere Prioriſſæ ne portam clauſuræ aperiat tam in acceſſu conſanguineorum in primo, & ſecundo gradu ad alloquendum cum Monialibus, quam ubi, & quando res in Monaſterium per rotam introduci poſſunt, *Ibid. ad XV. dub.*

ANNIVERSARIUM ANNIVERSARIA

Anniverſariorum emolumenta dantur ex juris diſpoſitione iis, qui præſentes ſunt, non iis qui abſunt, licet privilegium habeant, ut præſentes reputentur, *p. 49. cum ſeq.* § *Paruit circa med.*

Ideoque ſi privilegium exprimat *omnia, & ſingula Canonicatus, & Præbendæ præfatorum fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque &c.*, trahi non poteſt ad emolumenta Anniverſariorum, quæ non veniunt ex Canonicatu, & Præbenda, ſed ex fundationibus, & legatis Piorum Teſtatorum. *Ibid. circa fin.*

Eoque amplius ſi in privilegio expreſſe fuerint exceptæ diſtributiones quotidianæ, & ideo excepta etiam cenſeantur ſtipendia Anniverſariorum, quæ eodem jure cenſentur ac diſtributiones quotidianæ, *Ibid. in fin.*

Multoque magis ſi accedat diſpoſitio ſtatutaria ejuſdem Eccleſiæ, qua cautum ſit ut emolumenta eorumdem Anniverſariorum nonniſi præſentibus diſtribuantur; tunc enim opus eſſet, ut huic ſtatutariæ diſpoſitioni Summus Pontifex expreſſe derogaſſet, *p.* 50. §. *Accedere in prin.*

Neque opponi poterit cauſa privilegii, quæ ſit bonum publicum; recepti ſiquidem juris eſt, ut ad lucrifaciendas diſtributiones, & emolumenta percipienda, quæ perſonalem operam requirunt, non proficiat cauſa abſentiæ, licet pro utilitate Eccleſiæ univerſalis, & pro publico religionis, & fidei propagandæ bono. *Ibid.*

Contrarium vero tenuit Sacra Congreg. *in Leodien. Indulti p* 60. *ad I. dub.*, ubi ſtatuit ut vigore indulti abeſſendi jam conceſſi Canonico ex cauſa miſſionum peragendarum, deberetur eidem licet non intervenienti portio emolumentorum provenientium ex Anniverſariis tam fixis, quam incertis, & extraordinariis.

APPLICARE APPLICATIO.

Sacrum Conventuale ſicuti agitur pro benefactoribus incertis, & quorum periit memoria; Hoc ideo onere gravari nequeunt Collegiatæ illæ, quæ de novo erectæ certos habent fundatores, certaque onera ſuis Canonicatibus data in fun-

fundatione; *p.* 71. §. *Erecta circa fin.*

Contrarium ſtatuit Sacra Congregatio in *Aminen Miſſæ Conventualis p.* 72. *cum ſeq. adI. dub.*, voluitque Canonicos Collegiatæ Sabiniani teneri applicare Miſſam Conventualem pro benefactoribus in genere.

Quæ tamen applicatio per turnum incipien. ab Archipresbytero, attenta, & perdurante tenuitate reddituum, reducta fuit pro gratia ad dies feſtos tantum. *Ibid. ad II. & III. dub.*

Et cum exquireretur SacraCongregatio an pro tempore præterito prædicti Canonici tenerentur ad applicationem Miſſarum Conventualium non celebratarum, reſponſum dedit *ad D. Secretarium facto verbo cum Sanctiſſimo Ibid. ad quartum dub.*

Ad applicationem Sacrorum non teneri ſtatutum fuit PP. Congregationis Oratorii Civitatis Spoleti, quia de hujuſmodi oneris appoſitione non ſolum non conſtabat, imo ex tenuitate reddituum veriſimilis aderat in contrarium conjectura in *Spoletana*, *p.* 75.

ASSOCIARE ASSOCIATIO.

Numerus intortitiorum in aſſociatione Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ad infirmos, tam occaſione Viatici, quam in aliis ſolemnioribus delationibus conſtitutus per Concilia Provincialia, & Diœceſana fuit, ut pluribus, quam fieri poſſet uteremur; aliis deinde placuit ut non minor duodecim eſſet; Rectiſſime tandem per Doctores conſultum fuit, ut ex conſuetudine ſingulorum locorum conſtituendus eſſet numerus luminum, ritumque delationis, *p.* 74. §. *Cauſa in fine*.

Sacrum hoc autem Tribunal in *Romana ſupplementi intortitiorum p.* 77. *cum ſeq.* decrevit ut per Capitulum SS. Laurentii, & Damaſi, quod Parochialibus ejuſdem Eccleſiæ proventibus fruebatur, ſuppleretur numerus intortitiorum pro aſſociatione Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, tradendorum Vicario Curato, qui in reliquis omnino ſervaret inſtructiones ſan. mem. Innocentii XII.

Parochis in aſſociando cadavera ſeppelliendа in Eccleſia Regularibus commiſſa non licere ingredi cum Stola, & Cruce elevata, ſed teneri ad ejuſdem Eccleſiæ fores ſiſtere, ibique ultimum vale defuncto dare, definitum fuit in *Bononien. funerum p.* 75. *cum ſeq.*

Archipresbyter Parochiæ Sancti Nicolai Terræ Forentiæ aſſociare nequit cadavera decedentium ſub Parochia Sanctæ Mariæ de Longobardis invito Parocho, ſeu Rectore S. Mariæ, ejuſque Parochianis in *Venuſina p.* 16. *ad II. dub.*

Et emolumentum debitum pro dicta aſſociatione integre ſpectat ad dictum Rectorem. *Ibid. ad III. dub.*

B

BENEFICIATUS IN GENERE.

Beneficiatus, qui ſemel agnovit beneficium ſuum certis oneribus obſtrictum, ea adimplere tenetur; ideoque Rector beneficii erecti ad Altare Sancti Leodegarii ſecundæ fundationis in Collegiata Eccleſia Sancti Martini Civitatis Leodien obſtrictus fuit ad munus Hebdomadarii dictæ Eccleſiæ Collegiatæ præſtandum in *Leodien. ſervitii p.* 44. *ad I. dub.*

Beneficiatus, qui ex cauſa litis pro ſuo beneficio agendæ ſervitio debito præſto non fuit, non privatur beneficio quamvis reſidentiali in *Leodien. ſervitii p.* 44. *ad II. dub.*

Ex ipſa vacationis, & jubilationis natura oritur immunitas ab omni onere, ſervitioque Eccleſiæ præſtando; ideoque Sacra Congregatio reſcripſit, quod ſtante jubilatione impetrata non teneretur Beneficiatus inſervire Eccleſiæ in officio Acolythi in *Romana jubilationis p.* 68. *cum ſeq.*

BENEFICIUM BENEFICIA IN GENERE.

Beneficii ubi nulla dos eſt, nullique fructus, nulla quoque onera eſſe debent. *p.* 3. §. *At Parochus in princ.*

Nequæ talis dos quærenda eſt in bonis alterius beneficii vi unionis, præſertim ſi de tali unione evidenter non liqueat. *Ibid.*

Imo etiam ſi vera ſit unio, conſtare neceſſe erit eam fuiſſe ſubjectivam, atque extinctivam tituli, ut bona unius beneficii in dotem alterius tranſgredi poſſint. *ibid.*

Amplia ubi ex actis poſteriorum viſitationum dignoſcatur unionem eſſe æque principaliter factam. tunc enim unius beneficii redditus, oneribus alterius beneficii obnoxii eſſe nequeunt *Ibid.*

Sacræ autem Congreg. in. *Tudertina p.* 47. *cum ſeq.* contrarium placuit.

BENE-

BENEFICIUM SIMPLEX.

Commutationem, & translationem inutilis Canonicatus de jure patronatus in simplex Beneficium elargitur Sacr. Congregat. impoſito onere annuo Miſſarum arbitrio Epiſcopi, & ſoluta eleemoſyna per patronos ex propria pecunia taxanda ab Epiſcopo in *Cluſina Commutationis Beneficii p. 59.*

C

CANONICUS CANONICI IN GENERE.

SAcrum Conventuale ſicuti agitur pro Benefactoribus incertis, & quorum periit memoria, hoc ideo onere gravari nequeunt Canonicatus illi, qui de novo erecti certos habent fundatores, certaque onera data in fundatione. *p. 72. §. Erecta circa fin.*

Contrarium ſtatuit Sac. Congregatio in *Ariminen. Miſſæ Conventualis p. 72. cum ſeq. ad I. dub.*, voluitque Canonicos Collegiatæ Sabiniani teneri applicare Miſſam Conventualem pro benefactoribus in genere.

Quæ tamen applicatio per turnum incipien. ab Archipresbytero, attenta, & perdurante tenuitate reddituum reducta fuit pro gratia ad dies feſtos tantum. *Ibid. ad II. & III. dub.*

Et cum exquireretur Sacra Congregatio an pro tempore præterito prædicti Canonici tenerentur ad applicationem Miſſarum Conventualium non celebratarum, reſponſum dedit *ad. D. Secretarium facto verbo cum Sanctiſſimo. Ibid. ad IV. dubium.*

Canonici, qui Cappellanias habent in Eccleſiis Collegiatis, cum duplicem ſubſtineant perſonam, & duplex gerant officium Canonici nempe, & Cappellani, tenentur ad ſolutionem taxæ. *p. 52. §. Secus.*

Quod confirmavit Sac. Congregatio in *Romana utenſilium p. 52.* ubi definivit quod pro Cappellaniis cum onere Miſſarum poſſeſſis etiam a Canonicis, Sacrario Eccleſiæ deberentur ſolita utenſilia.

CANONICI CANONICUS QUOAD ABSENTIAM, ET PRÆSENTIAM IN CHORO.

Anniverſariorum emolumenta dantur ex juris diſpoſitione his, qui præſentes ſunt, non his qui abſunt, licet privilegium habeant ut præſentes reputentur. *p. 49. cum ſeq. §. Paruit circa med.*

Ideoque ſi privilegium exprimat *omnia, & ſingula Canonicatus, & prabendæ præfatorum fructus, redditus proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque &c.* trahi non poteſt ad emolumenta Anniverſariorum, quæ non veniunt ex Canonicatu, & præbenda, ſed ex fundationibus, & legatis Piorum Teſtatorum *Ibid. circa fin.*

Eoque amplius ſi in privilegio expreſſe fuerint exceptæ diſtributiones quotidianæ, & ideo excepta etiam cenſeantur ſtipendia Anniverſariorum quæ eodem jure cenſentur ac diſtributiones quotidianæ. *Ibid. in fin.*

Multoque magis ſi accedat diſpoſitio ſtatutaria ejuſdem Eccleſiæ, qua cautum ſit ut emolumenta eorumdem Anniverſariorum nonniſi præſentibus diſtribuantur; Tunc enim opus eſſet ut huic ſtatutariæ diſpoſitioni Summus Pontifex expreſſe derogaſſet. *p. 50. §. Accedere in princ.*

Neque opponi poterit cauſa privilegii, quod ſit bonum publicum; recepti ſiquidem juris eſt, ut ad lucrifaciendas diſtributiones, & emolumenta percipienda, quæ perſonalem operam requirunt, non proficiat cauſa abſentiæ licet pro utilitate Eccleſiæ univerſalis, & pro publico religionis, & fidei propagandæ bono. *Ibid.*

Contrarium vero tenuit Sacra Congregatio in *Leodien. indulti p. 60. ad I. dubium*, ubi ſtatuit ut vigore indulti abeſſendi jam conceſſi Canonico ex cauſa Miſſionum peragendarum, deberetur eidem licet non intervenienti portio emolumentorum provenientium ex Anniverſariis tam fixis, quam incertis, & extraordinariis.

Valetudinis cauſa abſenti deberi pro tempore ſuæ abſentiæ portionem maſſæ communis ſicuti ceteris participantibus, deductis tantum oneribus Miſſarum ad rationem caroleni unius pro qualibet Miſſa, reſcriptum fuit in *Caputaquen. participationis p. 78.*

Præfixio termini contra eos qui a Canonicali reſidentia abſunt, quique in abſentia contumaces ſunt, non ſtricte, ſed juxta Tridentini diſpoſitionem eſt accipienda. *p. 18. §. Non paruit circ. fin.*

Quod confirmavit Sacra Congregatio in

Con-

Constantien. Canonicatus p. 21. *&* 47., ubi dixit non substineri prætensam privationem, & nominationem Capituli, fructusque præbendæ deberi pro toto absentiæ tempore, distributiones vero, aliaque emolumenta Canonicalia deberi a die reditus ad residentiam.

Canonicus infirmus a Chori servitio absolutus, & ad distributiones quotidianas superlucrandas admissus fuit; remisso onere Archiepiscopo ut mandaret suppleri lectiones Sacræ Scripturæ sumptibus ejusdem Canonici, qui tale pondus suo Canonicatui habebat adnexum in *Tranen distribution. p.* 13.

CAPPELLANIA IN GENERE.

Cappellaniæ residentialis erectio ad formam testamenti non vero beneficii simplicis, cum onere celebrationis Missarum arbitrio Ordinarii præfigendarum juxta mentem Testatoris demandata fuit in *Asten. Cappellaniæ p.* 63. *cum seqq. ad I. dub.*

Fructusque hæreditatis decursos post obitum Testatoris non Cappellano nominato, sed in augumentum capitalis Cappellaniæ esse conferendos fuit responsum. *Ibid. ad II. dub.*

Canonici, qui Cappellanias habent in Ecclesiis Collegiatis, cum dupplicem substineant personam, & duplex gerant officium Canonici nempe, & Cappellani, tenentur ad solutionem taxæ Sacrario Ecclesiæ *p.* 52. §. *Secus*.

Quod confirmavit Sacra Congregatio in *Romana utensilium p.* 52 ubi definivit quod pro Cappellaniis cum onere Missarum possessis etiam a Canonicis, Sacrario Ecclesiæ deberentur solita utensilia.

Locum esse erectioni Canonicatus non vero Cappellaniæ amovibilis in insigni Collegiata Terræ Otriculi jussit Sacr. Congregat commissa Episcopo cura incumbendi redditioni rationis in *Narnien. erectionis Canonicatus p.* 18.

CAPPELLANIA QUOAD QUALITATEM LAICALEM.

Cappellaniam esse laicalem probatur ex verbis fundationis, & testamenti, quibus nuncupata fuerit Juspatronatus, Cappellania laicalis, simplex Officiatura &c. *p.* 20. § *Post obitum circa med.*

Probatur ex quo erecta non fuerit authoritate Episcopi, vel sine canonica institutione conferatur, aut Cappellani amovibiles sint ad nutum &c. *Ibid. circa fin.*

Cappellania licet laicalis, retineri nequit in statu conjugali. In *Civitatis Castelli Cappellaniæ p.* 21.

CAPPELLANUS CURATUS.

Cappellanum Curatum Vicario S. Nicolai in Oppido vulgo *Canemorto* ex auctione Populi apponendum esse statuit Sacra Congreg. juxta decretum latum in Episcopali visitatione, sumptibus Abbatis Sanctæ Mariæ, qui verus Parochus est, & Rector prædictæ Ecclesiæ, non vero Vicarii, qui exercitium tantum habet curæ animarum, quique nec congruam quidem a sacris legibus constitutam habebat. In *Sabinen. p.* 70. *cum sequent.*

CLERICUS.

Uti pater abutens patria potestate cogebatur filium emancipare, Dominus inique agens in servum compellebatur eum manumittere, ita Clericus dimittitur e manu, & potestate Episcopi, & Parochiani solvuntur a jurisdictione, & cura Parochi. *p.* 48. *cum seq.* §. *Non dum in fin.*

Dispensationem ab impedimento, quod oculo sinistro, quem vocant Canonis, visiva faculiate careret, concessit Sacr. Congreg Clerico prævia expeditione Brevis. In *Firmana dispensationis p.* 56. *cum seq.*

Tale enim impedimentum agit de eo, cui oculus erutus fuit; non vero porrigitur ad eos, qui integros habent oculos, licet unus, aut alter expers sit facultate videndi: hi nempe neque deformes, neque mutili dici possunt; ideoque si nulla notentur deformitate dum Canonem legunt, quod ab experimento dignoscitur dispensari possunt. *p.* 56. §. *Firmana in fin.*

COMMUNITAS COMMUNITATES IN GENERE.

Prædicationis munus proprium est Episcoporum, ideoque jus, & facultas deputandi Sacros Oratores non ad Communitates, sed ad Episcopos pertinet, nisi contraria sit consuetudo &c. *p.* 46. §. *Civitatis circa fin.*

Et alia ad hanc materiam in verbo: *Prædicare prædicatio*.

COMMUTARE COMMUTATIO.

Commutationem, & translationem inutilis Canonicatus de jure patronatus in simplex beneficium elargitur Sacra Congrega-

gregatio impoſito onere annuo Miſſarum arbitrio Epiſcopi, & ſoluta eleemoſyna per patronos ex propria pecunia taxanda ab Epiſcopo. In *Cluſina commutationis beneficii p. 59.*

Commutatio voluntatis, quam elargita fuerat Sacr. Congreg. prævio receſſu a deciſis ſervandum eſſe inſtrumentum fundationis definitum fuit in *Syracuſana commutationis voluntatis p. 36. cum ſeq. & 69.*

CONCORDIA.

Concordia inita inter Archipresbyterum de Vago, & Rectores Joannem de Chriſtophano, & Hieronymum de Alena ex altera, quam alias decretum fuerat ſervandam eſſe citra approbationem matricitatis, & excluſa pœna conventionali, remiſſo etiam onere Epiſcopo, ut incumberet pro exequutione dictæ concordiæ, denuo approbata fuit in *Triventina jurium Parochialium p. 16. ad I. dub. & p. 30.*

Pro cujus effectu a Parocho S. Petri peragendas eſſe functiones Parochiales in Eccleſiis, & Locis extra mœnia, & in parte Territorii correſpondentis diſtricti Parochiæ S. Petri reſponſum fuit. *Ibid. ad II. dub.*

Ideoque neque conſtare de prætenſis attentatis, neque ab ullo eſſe purganda. *Ibid. ad III. dub.*

D

DECIMÆ.

DEcimæ præſtandæ ſunt, præſertim cum ita tenues ſint Parochiæ reditus, ut oneribus deductis congrua Parocho ſalva non ſit. *p. 77. § Hunc tamen.*

Fruſtraque Parochiani excipient de contraria conſuetudine, præſertim ſi in mala fide ſemper conſtituti fuerint Edictis Epiſcoporum, & Conſtitutionibus Synodalibus; ita ut legitimum numquam allegare poſſent initium. *Ibid. & in Privernen. decimarum p. 77. & 78.* Sacrum hoc Tribunal ſtatuit deberi decimas juxta taxam Epiſcopi.

Parocho, qui nulla juris ratione ſuffultus exemptionem a præſtatione decimarum Plebanæ Eccleſiæ expoſtulabat, negative reſponſum fuit in *Marianen. erectionis Collegiatæ p. 11. cum ſeq. ad II. dub.*

Ex Decimis Parochialibus nonniſi quarta pars Epiſcopo eſt præſtanda. *p. 23. §. Sancti Marci circa med.*

Quarta autem ea debetur Epiſcopis, quæ ſingulis annis ab Eccleſiis nomine decimarum percipitur. *Ibid.*

Et de illis redditibus qui abſumuntur in ſtipendiis ſacrorum, ſuppellectili Eccleſiæ, penſione Seminarii, Cathedratico, aliiſque hujus generis oneribus nulla habenda ratio eſt pro ſtatuenda quarta decimarum. *Ibid. circa fin.*

DELEGARE DELEGATUS.

Delegatus nequit ſubdelegare, & alteri committere, & mandare juriſdictionem mandatam, & ſi alium deleget nihil aget. *p 55 § Spoletana circa med.*

Huic autem regulæ locus non eſt, ubi quis delegatus fuerit a Principe, vel, ubi delegata fuerit univerſitas cauſarum. *Ibid. in fine.*

An autem Parochus poſſit alio Sacerdoti præſentiam in matrimonio delegare, vide in verbo: *Parochus.*

DISMEMBRARE DISMEMBRATIO.

Diſmembratio filialis Eccleſiæ a Matrice, interveniente conſenſu intereſſe habentium fuit conceſſa a Sacr. Congregat., quæ juſſit novo Parocho ſubminiſtrandam eſſe congruam juxta decretum Epiſcopi, in *Comen. diſmembrationis p. 13. & 20. cum ſeq. ad I. & II. dub.*

Quoad etiam præeminentias & præſtationes Eccleſiæ Matrici juſſit ſervari prædictum Epiſcopi decretum; quo vero ad nominationem decrevit alternativam. *Ibid. ad III. dub.*

DISPENSARE DISPENSATIO.

Bulla diſpenſationis nil aliud eſt, quam mandatum diſpenſandi, ſeu facultas conjugibus iterum contrahendi; non vero approbatio matrimonii, quod illicite, & invalide contractum fuit. *pag. 62. cum ſeq. §. Sed res in princ.*

Et ideo ſi conjuges ſervata forma Decreti Conciliaris conſenſum non renovent coram Parocho, & Teſtibus, matrimonium nullum convaleſcere non poteſt, licet impetrata fuerit Apoſtolica diſpenſatio; cum poſſit alteruter ex conjugibus ſive ante, ſive poſt impetratam diſpenſationem pœnitere; & liber evadet ſi præſtare nolit conſenſum. *Ibid in fin.*

Quæ omnia confirmata fuerunt in *Montis Faliſci nullitatis matrimonii. p. 61. cum ſeq.*, ubi reſolutum fuit conſtare de nullitate matrimonii, *& p. 69.*, ubi in repropoſitione ejuſdem cauſæ reſponſum fuit in *deciſis*, *& amplius.*

Diſpen-

Dispensationem ab impedimento, quod oculo sinistro, quem vocant Canonis visiva facultate careret, concessit Sacra Congregatio Clerico prævia expeditione Brevis. In *Firmana dispensationis p. 56. cum seq.*

Tale enim impedimentum agit de eo, cui oculus erutus fuit; non vero porrigitur ad eos, qui integros habent oculos licet unus, aut alter expers sit facultate videndi: Hi nempe neque deformes, neque mutili dici possunt; Ideoque si nulla notentur deformitate dum Canonem legunt, quod ab experimento dignoscitur, dispensari possunt. *p.* 56. §. *Firmanæ in fine.*

Sacerdoti ejecto ab Ordine Minimorum Sancti Francisci de Paula denegatum fuit consulendum esse Sanctissimo pro dispensatione ab irregularitate incursa ob ejectionem in *Lunen. Sarzanen. dispensationis p.* 58. *cum seq.*

Dispensatio super impedimento tertii consanguinitatis gradus in matrimonio jam contracto fuit impetrata. In *Bojanen. dispensationis, & sponsalium p.* 1.

DISTRIBUTIO DISTRIBUTIONES QUOTIDIANÆ.

Stipendia Anniversariorum eodem jure censentur, ac distributiones quotidianæ. *p.* 49. *cum seq.* §. *Paruit in fine.*

Et alia ad hanc materiam in verbo *Anniversarium &c.*

Canonico absenti deberi fructus præbendæ pro toto absentiæ tempore; distributiones vero, aliaque Canonicalia emolumenta deberi a die reditus ad residentiam rescriptum fuit in *Constantien. Canonicatus p.* 21. & 47.

Canonicus infirmus a Chori servitio absolutus, & ad distributiones quotidianas superlucrandas fuit admissus, in *Tranen. distributionum p.* 13.

DOS, SEU DOTALE SUBSIDIUM.

Dotale subsidium, quod medio tempore excreverat, deberi puellæ pro tota summa maturata rescriptum fuit in *Castellaneten. dotis p.* 36. & 47.

E

EPISCOPUS IN GENERE.

ORdinarium Vasionen. visitare posse Venerabile Hospitale Pauperum Infirmorum dictæ Civitatis quamvis prætenderetur *privatum, Laicale*, ideoque omnino *exemptum*; imo, & pro recto illius regimine circa bonorum administrationem decreta condere posse responsum fuit in *Vasionen. p.* 44. *ad I. dub.*

Et sicuti Hospitalis Administratores partim Ecclesiastici partim vero erant Laici, qui in illius regimine, seu administratione primas semper partes Ecclesiasticis cesserant, quive hoc demum servare renuebant; Sacra Congreg. competere statuit Ecclesiasticis prædictis præcedentiam, tam in Congregationibus, aliisque dicti Hospitalis functionibus, quam in subscriptione resolutionum, & mandatorum administrationem bonorum respicientium. *Ibid. ad II. dubium.*

Denegatum vero fuit singulis Rectoribus sive Ecclesiasticis, sive Laicis absque aliorum consensu licere privative munera dicti Hospitalis exercere. *Ibid. ad III. dub.*

Prædicationis munus proprium est Episcoporum; ideoque jus, & facultas deputandi Sacros Oratores, non ad Cummunitates, sed ad Episcopos pertinet, nisi contraria sit consuetudo, quæ in Ecclesiis inferioribus, quidquid sit in Cathedralibus, licet quadragenaria sit, servanda est *p.* 46 § *Civitatis circa fin.*

Adde quod si Communitas stipendium, seu eleemosynam præstare hactenus sueverit, compelli potest etiam censuris ad illam præstandam, licet Oratorem Sacrum non eligat. *p.* 46. §. *Cum igitur in fine.*

Et Sacra Congregatio in *Civitatis Castellanæ juris concionandi p.* 46. *cum seq.*, ubi a Communitate Terræ Caprarolæ jactitabatur jus deputandi Concionatorem in Ecclesia Collegiata S. Mrchaelis Archangeli ejusdem Terræ, jussit Communitarem teneri alternative per solitum turnum eligere Concionatorem prædictum ex PP Minoribus Observantibus, Carmelitis Excalceatis, & Cappuccinis.

Sacerdotem Episcopalibus præceptis inobedientem incursum esse in censuras, & irregularitatem, a quibus cum peteret absolutionem, responsum fuit ut pareret Episcopo, & reficeret expensas litis arbitrio Episcopi, in *Spoletana censurarum, & irregularitatis p.* 53. *cum duabus seq.*

Unio Canonicalis Præbendæ facta ab Episcopo Massæ Capitulari attenta illius tenui-

tenuitate, quæque primævum ſtatum, qua de cauſa recuperaſſet incertum erat, confirmata fuit in *Papien. unionis p.* 2.

Ex decimis Parochialibus nonniſi quarta pars Epiſcopo eſt preſtanda. *p.* 23. *cum ſeq.* §. *Sancti Marci circa med.*

Quarta autem ea debetur Epiſcopis, quæ ſingulis annis ab Eccleſiis nomine decimarum percipitur. *Ibid.*

Et de illis redditibus, qui abſumuntur in ſtipendiis ſacrorum, ſuppellectili Eccleſiæ, penſione Seminarii, Cathedratico, aliiſque hujus generis oneribus nulla habenda ratio eſt pro ſtatuenda quarta decimarum. *Ibid. circa fin.*

Actus viſitationis exercitos per Epiſcopum contra formam tranſactionis non ſubſtineri declaratum fuit in *Novarien. juris viſitandi p.* 33. *cum ſeq.*

Electio Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ in Monaſteriis etiam Regularium curæ commiſſis fieri nequit abſque præſentia Epiſcopi, vel ejus delegati, in *Converſana juriſdictionis pag.* 29. *cum ſeq. ad I. dubium.*

Illaque aliter facta ſine hujuſmodi præſidentia, multoque magis dum Epiſcopus declaraverit juxta Bullam *inſcrutabili* præſidere velle, nulla eſt, ita ut ad novam electionem procedi poſſit. *Ibid. ad II. dub.*

An Epiſcopus ſub cenſuris prohibere valeat Superiori Regulari Monaſterii, & Confeſſariis ne extra propria reſpective munera cum Monialibus alloquantur, cum requireretur Sacrum Tribunal reſponſum emiſit *dentur Decreta, in Converſana juriſdictionis p.* 29. *ad V. dub.*

Epiſcopus pro cuſtodia clauſuræ in Monaſterio Monialium Regularibus commiſſarum nequit Presbyterum ſecularem deputare, qui claves Monaſterii retineat ſed illæ per Confeſſarium Regularem ſunt retinendæ. *Ibid. ad VI. dub.*

Superior Regularis Monaſterii Monialium excepto caſu viſitationis faciendæ ſemel in anno, ſine cenſurarum incurſu ingredi nequit clauſuram abſque licentia Epiſcopi, ſive ejus delegati, quamvis ingrediendi cauſa juſta ſit, & legitima, in *Converſana Juriſdictionis p.* 28. *ad VII. dub.*

Licentiæ pro Medicis, & aliis qui ex neceſſitate clauſuram ingrediantur cumulative dari debent ab Epiſcopo, & a Superiore Regulari Monaſterii, ſi hic adſit, *Ibid. ad VIII. dub.*

Quæ tamen licentiæ fieri debent ad tempus limitatum. *Ibid. ad IX. dub.*

Quibus etiam cumulative ſpectabit conceſſi licentiæ ſecularibus, ac aliis quibuſcumque ad alloquendum cum Monialibus. *Ibid. ad X. dub.*

Epiſcopus ſub pœna cenſurarum prohibere poteſt aliis Religioſis ne ſine ejus, vel Vicarii licentia alloquantur cum Monialibus PP. licet proprii Ordinis commiſſis. *Ibid. ad XI dub.*

Nequit tamen illis prohibere ne ſine ejus licentia Miſſam in earum Eccleſia celebrent. *Ibid. ad XII. dub.*

Superior Regularis Monaſterii Monialium poteſt abſque licentia Epiſcopi ad Crates, ſeu Colloquutorii, aut alibi conciones habere ad Moniales tantum, & claſſicanuis. *Ibid. ad XIII. dub.*

Ordines probantes acceſſum ad Colloquutorium, & Crates Monialium, quoad publicandos per Edictum, a ſolo Epiſcopo indici, & publicari debent. *Ibid. ad XIV. dub.*

Epiſcopus nequit ſub cenſuris prohibere Prioriſſæ ne primam Clauſuræ aperiat tam in acceſſu conſanguineorum in primo, & ſecundo gradu ad alloquendum cum Monialibus, quam ubi, & quando res in Monaſterium per Rotam introduci poſſunt. *Ibid. ad XV dub.*

Abſolutio Monialium etiam a cenſuris pro violata Clauſura, in caſibus non reſervatis S. Sedi ſpectat ad Epiſcopum; abſolutio vero a cenſuris pro Can. *ſi quis ſuadente* ſpectat ad Epiſcopum in percuſſionibus gravibus tantum. *Ibid. ad II. dub.*

P. Provincialis viſitans clauſuram Monaſterii proprio ordini commiſſi ad tramites Alexandrinæ Conſtitutionis, tenetur præventive Epiſcopum certiorem reddere de die, & hora explendæ viſitationis juxta decretum latum in *Licien. Ibid. ad XVII. dub.*

Epiſcopus in viſitando Clauſuram Monaſterii Regularibus commiſſi poteſt Stolam deferre, eique Moniales tenentur Stratum parare, omneſque in ingreſſu obviam ire. *Ibid. ad XVIII. dub.*

Imo toties quoties expedire putaverit, poterit (onerata tamen ſua conſcientia) inconſultis Superioribus Regularibus tam Clauſuram, quam Cellas Monialium in concernentibus eamdem Clauſu-

ram visitare adhuc præcisive tam a suspicione, quod illa violata fuerit, quam a quocumque Superiorum Regularium negligentia. *Ibid. ad XIX. dub.*

Neque tenetur de die, & hora præfatæ visitationis explendæ Moniales certiores reddere. *Ibid. ad XX. dub.*

Quæ visitatio fieri poterit ab Episcopo sine Superiorum Regularium, aut alterius Religiosi interventu. *Ibid. ad XXI. dub.*

Et ultra visitationem localem, illam etiam personalem cujusvis Monialis explere poterit, atque illam interrogare in attinentibus ad Clausuram tam materialem, quam formalem. *Ibid. ad XXII. dub.*

Revisio computorum administrationis Monialium Regularibus comis. facienda est ab Episcopo una cum Superiore Regulari, dum bona, & redditus per Regularem administrantur. *Ibid. ad XXIII. dubium.*

Acta necessaria pro receptione Puellarum in Monasterio tam pro educatione, quam pro earum ingressu, & professione facienda sunt in Cancellaria Episcopi, a quo danda est licentia pro earum ingressu, & professionis emissione, & ad ipsum spectat exploratio voluntatis earumdem. *Ibid. ad XXIV. dub.*

Episcopus præstare debet assensum alienationi bonorum Monasterii Monialium Regularibus comis quæ fiat vigore Canonis *Terrulas*. *Ibid. ad XXVI. dub.*

ERIGERE ERECTIO.

Cappellaniæ residentialis erectio ad formam Testamenti, non vero beneficii simplicis cum onere celebrationis Missarum arbitrio Ordinarii præfigendarum juxta mentem Testatoris demandata fuit in *Asten. Cappellaniæ p. 63. cum seq. ad I. dub.*

Fructusque hæreditatis decursos post obitum Testatoris nonCappellano nominato, sed in augumentum capitalis Cappellaniæ esse conferendos fuit responsum. *Ibid. ad II. dub.*

Erectio Plebanæ Ecclesiæ in simplicem Collegiatam concurrentibus requisitis a jure Canonico dispositis concessa fuit in *Marianen. erectionis Collegiatæ p. 11. cum seq. ad I. dub.*

Locum esse erectioni Canonicatus non vero Cappellaniæ amovibilis in insigni Collegiata Terræ Otriculi jussit Sac. Congreg. commissa Episcopo cura incumbendi redditioni rationis, in *Narnien. erectionis Canonicat s p.* 18

SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM.

Numerus intortitiorum in associatione Sanctissimæ Eucharistiæ ad infirmos, tam occasione Viatici, quam in aliis solemnioribus delationibus constitutus per Concilia Provincialia, & Diœcesana fuit, ut pluribus quam fieri posset uteremur; aliis deinde placuit, ut non minor duodecim esset; Rectissime tandem per Doctores consultum fuit, ut ex consuetudine singulorum locorum esset constituendus numerus luminum, ritumque delationis. *p. 74. §. Causa in fin.*

Sacrum hoc autem Tribunal in *Rom. supplementi intortitiorum p. 77. cum seq.*, decrevit ut per Capitulum SS. Laurentii, & Damasi, quod Parochialibus illius Ecclesiæ proventibus fruebatur, suppleretur numerus intortitiorum pro Associatione Sanctissimæ Eucharistiæ, tradendorum Vicario Curato, qui in reliquis omnino servaret instructiones san. mem. Innocentii XII.

F

FRUCTUS.

FRuctus Hæreditatis jacentis, vel currente tempore deliberandi, vel non dum adita ab hærede hæreditate, augent hæreditatem ipsam, & in assem cedunt. *p. 65. § Pergunt circa med.*

Præsertim accedente conjectura voluntatis Testatoris. *Ibid.*

Quod decrevit etiam Sac. Congregat. in *Asten. Cappellaniæ p. 63. cum seq. ad II. dub.*, ubi statuit fructus hæreditatis decursos post obitum Testatoris conferendos esse in augumentum capitalis Cappellaniæ.

Fructus beneficii duabus æque Parochialibus uniti, æqualiter in duas partes dividendos, ut dicitur, in stirpes, non autem per capita inter Sacerdotes inservientes utrique Ecclesiæ responsum fuit in *Venusina p. 16. ad I. dub.*

H

HÆREDITAS IN GENERE.

FRuctus hæreditatis jacentis, vel currente tempore deliberandi, vel non dum adita ab hærede hæreditate augent hæreditatem ipsam, & in assem cedunt.

pag. 65. §. Pergunt circa med.

Præsertim accedente conjectura voluntatis Testatoris. *Ibid.*

Quod decrevit etiam Sac. Congregatio in *Astan. Cappellaniæ p. 63. cum seq. ad II. dub.*, ubi statuit fructus hæreditatis decursos post obitum Testatoris conferendos esse in augumentum capitalis Cappellaniæ.

Legata pia minuenda sunt si vires excedant hæreditatis. *p. 7. §. Hæredes in fin.*

Imo neque quærendum est an taxative, vel demonstrative ea Testator præstari voluerit. *Ibid.*

Hac enim distinctione utendum est ubi certum prædium designatum fuerit: at ubi præstanda sunt ex fructibus hæreditatis universæ, debentur ad mensuram, & quantitatem fructuum, qui si deficiant, legata quoque deficere certum est. *Ibid.*

Quod confirmavit etiam Sacr. Congreg. in *Ferrarien. p. 7. cum seq.*, & *p. 17.*, ubi locum esse reductioni piorum legatorum juxta votum Eminentissimi Archiepiscopi rescripsit, dato eidem onere ut procederet prout de jure in redditione rationis firmo remanente sequestro.

Hæreditatis fructus non omnes in solutionem legatorum etiam piorum cedere debent, sed pars aliqua servanda est fideicommissariis tum ex juris dispositione, tum ex præsumpta mente Testatoris. *p. 8. §. Addit.*

HÆRES IN GENERE.

Hæres, & Legatarius pati debent per contributum hæreditariarum rerum diminutionem; iniquum enim esset hæredem dumtaxat ferre debere detrimentum, quod obtigit universæ hæreditati diminutis redditibus sine ejus culpa. *p. 27. cum seq. §. Disputant in fin.*

HOMICIDIUM HOMICIDA.

Sacerdotibus, qui pro homicidio condemnati fuerunt ad exulandum, quive post expletam pœnam pro gratia absoluti fuerunt, & dispensati, dummodo missas lectas, & non solemnes in privata Ecclesia, & extra Parochialem, & Matricem celebrarent, denegata fuit extensio gratiæ prædictæ super facultate celebrandi missas lectas in quibuscumque Ecclesiis etiam Parochialibus in *Ostunen. Reintegrationis ad participationem. p. 24. cum seq. ad. I. dub. & p. 46.*

Reintegrati tamen fuerunt ad participationem in eorum Receptitia Ecclesiæ quoad Chorum, & Horas Canonicas tantum a die obtentæ gratiæ. *Ibid. ad II. dub.*

Quod decretum prævio recessu a decisis abolutum fuit in prædicta *Ostunen. &c. p. 46. ad II. dub.*

I

INFIRMUS.

Valetudinis causa absenti deberi pro tempore suæ absentiæ portionem Massæ communis sicuti ceteris participantibus, deductis tantum oneribus Missarum ad rationem Caroleni unius pro qualibet missa rescriptum fuit in *Capitaquen Participationis p. 78.*

Cætera reperies in verbo *Canonicus quoad absentiam, & præsentiam in Choro.*

IRREGULARIS IRREGULARITAS IN GENERE.

Sacerdotem Episcopalibus præceptis inobedientem incursum esse in censuras, & irregularitatem, a quibus cum peteret absolutionem, responsum fuit ut pareret Episcopo, & reficeret expensas arbitrio illius in *Spoletana Censurarum, & irregularitatis. p. 53. cum duabus seq.*

Sacerdos ejectus a regulari ordine irregularitatem, suspensionemque incurrit. *p. 58. cum seq. §. Lunen. in principio.*

Et infamia illa facti quæ oritur ex ejectione purgatur emendatione morum, ideoque dispensationi locus fit. *Ibid. in fin.*

Sacra autem Congregatio contrarium sentiit in *Lunen. Sarzanen. dispensationis p. 58. cum seq.* ubi Sacerdoti ejecto ab Ordine Minimorum S. Francisci de Paula denegavit consulendum esse Sanctissimo pro dispensatione.

JUBILARE, JUBILATUS, JUBILATIO.

Ex ipsa vacationis, & jubilationis natura oritur immunitas ab omni onere servitioque Ecclesiæ præstando; Ideoque Sac. Congreg. rescripsit quod stante jubilatione impetrata non teneretur Beneficiatus inservire Ecclesiæ in officio Acolythi in *Romana Jubilationis. p. 68. cum seq.*

L

LEGATARIUS.

HÆres, & Legatarius pati debent per contributum hæreditariarum rerum diminutionem; iniquum enim esset hæredem dumtaxat ferre debere detrimentum, quod obtigit universæ hæreditati, diminutis redditibus sine ejus culpa. *pag.* 27. *cum seq.* §. *Disputant in fin.*

Augumentum, & accessiones legati ad legatarium spectant. *p.* 31. *cum seq.* §. *Castellaneten. circa med.*

Quod confirmavit etiam Sacr. Congreg. in *Castellaneten. Dotis p.* 36. *&* 47 ubi jussit dotale subsidium, quod medio tempore excreverat deberi puellæ pro tota summa maturata.

LEGATUM IN GENERE.

Augumentum, & accessiones legati ad Legatarium spectant. *p.* 31. *cum seq.* §. *Castellaneten. circa med.*

Et ad hanc materiam susius in verbo *Legatarius*.

Præstationem annui legati denegaverat Sacr. Tribunal licet verba testamenti non dispositiva, sed mere demonstrativa desiderii, & consilii Testatoris possent dare jus ex mente, & voluntate, non ex verborum forma in *Romana seu Januen. Legati* 20. *Decembris* 1749. sed cum hæc causa reproposita fuisset *die* 9. *Maii* 1750 rescripsit *recedendum esse a decisis juxta mentem*.

Quod decretum confirmatum legitur in *p.* 17. *cum seq.* hujusmet libri.

LEGATUM PIUM.

Legata Pia minuenda sunt, si vires excedant hæreditatis. *p.* 7. §. *Hæredes in fin.*

Imo neque quærendum est an taxative vel demonstrative ea Testator præstari voluerit. *Ibid.*

Hac enim distinctione utendum est ubi certum prædium designatum fuerit; at ubi præstanda sunt ex fructibus hæreditatis universæ, debentur ad mensuram, & quantitatem fructuum, qui si deficiant, legata quoque deficere certum est. *Ibid.*

Quod confirmavit etiam Sac. Congreg. in *Ferrarien. p.* 7. *cum duabus seq. & p.* 17. ubi locum esse reductioni Piorum Legatorum juxta votum Eminentissimi Archiepiscopi rescripsit, dato eidem onere procedendi, prout de jure in redditione rationis firmo remanente sequestro.

Hæreditatis fructus non omnes in solutionem Legatorum etiam Piorum cedere debent, sed pars aliqua servanda est Fideicommissariis, tum ex juris dispositione, tum ex præsumpta mente Testatoris. *p.* 8. §. *Addit*.

LIS QUOAD EXPENSAS.

Expensas litis injuste contra Canonicum motæ, non ex massa capitulari detrahendas esse, sed ad illas teneri Canonicos qui illam moverunt rescriptum fuit in *Leodien. Indulti p.* 28. *cum seq. ad II. Dub.*

In Universitatum, & Collegiorum negociis expediendis, id prægravat, quod majori corporatorum numero, pluribusque eorumdem suffragiis comprobatum erit: eoque amplius si agatur de suscipienda lite vel necessaria, vel quæ prudenter reputari potest utilis Collegio universo; quo casu Capitulares sumptibus communibus illam suscipere tenentur. *p.* 9. §. *Definitiones per tot. & p.* 39. § *Hæc statuta circa med.*

Quod placuit etiam Sacro huic Senatui in *Tarentina præeminentiarum super executione resolutionis capitularis p.* 8. *cum seq.* ubi statuit sumptus litis susceptæ ad normam resolutionis capitularis ex massa communi præstandos esse.

Litis expensæ non debentur ab eo, cujus nullum pactum, nullaque obligatio, aut utile negotium in hac lite gestum probetur. *p.* 31. *cum seq* §. *Castellaneten. in fin.*

Sumptus litis actæ contra Episcopum Castellaneten. per Exequutores Pii Montis Juvenazzi, desumi debere ex redditibus ejusdem Pii Montis pro rata taxanda coram D Secretario resolutum fuit in *Castellaneten. dotis p.* 36. *ad II. dub.*

M

MATRIMONIUM.

PAter tollere nequit filiis libertatem contrahendi Matrimonium cum puella imparis licet conditionis. *p.* 60. §. *Fulginaten.*

Una tantum inæqualitas fidei spectatur in matrimonio cæteræ despiciuntur. *Ibid.*

Quod decreto suo confirmavit Sacr.

hoc

hoc Tribunal in *Fulginaten. Matrimonii p.* 60. ubi rescripsit constare de sponsalibus, & nuptias esse exequendas.

Impedimentum consanguinitatis in matrimoniis ex Bullis Pontificum ad quartum gradum inclusive fuit restrictum. *p.* 62. §. *Appellavit in princ.*

Quod impedimentum non solum præpedit ne matrimonium contrahatur, sed contractum dirimit, etiam si bona fide, & impedimentum ignorantes illud contraxerint. *Ibid. circa med.*

Neque ex concubitu ratihabitum dici potest matrimonium, quod in radice nullum fuit. *Ibid.*

Quæ sit differentia inter impedimentum occultum, & secrete a conjugibus delato Sac. Pœnitentiariæ, & impedimentum a pluribus congnitum, & delatum ad Curiam Episcopalem, indeque ad Datariam Apostolicam, *Ibid. & p.* 62. §. *Sed res in princ.*

Et quid inde sequatur. *p.* 62. §. *Sed res circa med.*

Bulla dispensationis nil aliud est, quam mandatum dispensandi, seu facultas conjugibus iterum contrahendi; non vero approbatio matrimonii, quod illicite, & invalide contractum fuit. *p.* 62. §. *Sed res in princ.*

Et ideo si conjuges servata forma decreti Conciliaris consensum non renovent coram Parocho, & Testibus, matrimonium nullum convalescere non potest, licet impetrata fuerit Apostolica dispensatio; cum possit alteruter ex conjugibus sive ante, sive post impetratam dispensationem pœnitere, & liber evadet si præstare nolit consensum. *Ibid. in fin.*

Quæ omnia confirmata fuerunt in *Montis Falisci Nullitatis Matrimonii p.* 61. *cum seq.* ubi resolutum fuit constare de nullitate Matrimonii, & *p.* 69., ubi in repropositione ejusdem causæ responsum fuit in *decisis*, & *amplius*.

Parochus potest alteri Sacerdoti delegare præsentiam in matrimoniis *p.* 56. §. *Cum igitur in princ.*

Matrimoniumque coram Sacerdote a Parocho electo celebratum approbavit Sacra Congregatio in *Spoletana Matrimonii p.* 55 *cum seq.*

Parochus enim in Matrimoniis nullam exercet jurisdictionem, cum ipse non sit Minister magni hujus Sacramenti, sed sit Testis spectabilis matrimonii, qui cum aliis, Testibus certam reddat Ecclesiam, hunc, atque illam matrimonium contraxisse. *p.* 56. §. *Cum igitur in fin.*

Matrimonium de cujus validitate dubitabatur ob defectum mutui consensus, quem Parochus non audivisse asserebat validum, firmumque remanere jussit Sacr. Songreg. in *Nicien. matrimonij p.* 6. *cum seq.*, & *p.* 44.

Rector Sanctæ Mariæ de Longobardis emittere potest denunciationes matrimoniorum in propria Ecclesia absque licentia Archipresbyteri Parochiæ S. Nicolai Terræ Forentiæ, in *Venusina p.* 16. *ad IV. dub.*

Neque pro dictis Matrimoniis in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ contrahendis licebit Archipresbytero prædicto aliquid exigere. *Ibid. ad V. dub.*

Dispensatio super impedimento tertii consanguinitatis gradus in Matrimonio jam contracto impetrata fuit in *Bojanen. dispensationis, & sponsalium p.* 1.

MISSA CONVENTUALIS.

Sacrum Conventuale sicuti agitur pro benefactoribus incertis, & quorum periit memoria; Hoc ideo onere gravari nequeunt Collegiatæ illæ, quæ de novo erectæ certos habent fundatores, certaque onera suis Canonicatibus data in fundatione. *p.* 72. §. *Erecta circa fin.*

Contrarium statuit Sac. Congregatio in *Ariminen. Missæ Conventualis p.* 72. *cum duabus seq. ad I. dub.*, voluitque Canonicos Collegiatæ Sabiniani teneri applicare Missam Conventualem pro benefactoribus in genere.

Quæ tamen applicatio per turnum incipien. ab Archipresbytero attenta, & perdurante tenuitate redditum reducta fuit pro gratia ad dies festos tantum *Ibid. ad II. & III. dub.*

Et cum exquireretur Sacra Congregatio an pro tempore præterito prædicti Canonici tenerentur ad applicationem missarum Conventualium non celebratarum, responsum dedit *ad D. Secretarium facto verbo cum Sanctissimo. Ibid. ad IV. dub.*

MISSA.

Quoad applicationem vide in verbo *Applicare*.

MONASTERIUM, ET MONIALES.

Monasterii claves per Confessarium retinendæ in *Conversana Jurisdictionis pag.* 29. *ad VI. dub.*

Cæte-

Cætera ad hanc materiam fusius reperies in verbo *Episcopus*.

O

O Rdinarius vide *Episcopus*.

P

PAROCHUS IN GENERE.

UTi Pater abutens patria potestate cogebatur filium emancipare; Dominus inique agens in servum compellebatur eum manumittere; ita Clericus dimittitur e manu, & potestate Episcopi, & Parochiani solvuntur a Jurisdictione, & cura Parochi. *p.* 48. *cum seq.* §. *Nondum in fin.*

Parochis in associando cadavera seppelienda in Ecclesia Regularibus commissa non licere ingredi cum Stola, & Cruce elevata; sed teneri ad ejusdem Ecclesiæ fores sistere, ibique ultimum vale defuncto dare definitum fuit in *Bononien. funerum p.* 75 *cum seq.*

Decimæ præstandæ sunt præsertim cum ita tenues sint Parochiæ redditus, ut oneribus deductis congrua Parochi portio salva non sit. *p.* 77. §. *Hunc tamen.*

Frustraque Parochiani excipient de contraria consuetudine, præsertim si in mala fide semper constituti fuerint edictis Episcoporum, & Constitutionibus Synodalibus, ita ut legittimum nunquam allegare possint initium. *Ibid.*

Et in Privernen. Decimarum p. 77. *&* 78., Sacrum hoc Tribunal statuit deberi decimas juxta taxam Episcopi.

Parochus potest alteri Sacerdoti delegare præsentiam in matrimoniis. *p.* 91. §. *Cum igitur in princ.*

Matrimoniumque coram Sacerdote a Parocho electo celebratum approbavit Sacr. Congreg. in *Spoletana Matrimonii p* 90. *cum duabus seq.*

Parochus enim in matrimoniis nullam exercet jurisdictionem, cum ipse non sit Minister magni hujus Sacramenti, sed sit Testis spectabilis matrimonii, qui cum aliis testibus certam reddat Ecclesiam, hunc, atque illam matrimonium contraxisse. *p.* 56. §. *Cum igitur in fin.*

Matrimonium de cujus validitate dubitabatur ob defectum mutui consensus quem Parochus non audiviisse asserebat, validum, firmumque remanere jussit Sacra Congreg. in *Nicien. Matrimonii p.* 6. *cum duabus seq. & p.* 44.

Parocho qui nulla juris ratione suffultus exemptionem a præstatione decimarum Plebanæ Ecclesiæ expostulabat, negative responsum fuit in *Marianen. erectionis Collegiatæ p.* 11. *ad II. dub.*

PAROCHIANUS.

Uti pater abutens patria potestate cogebatur filium emancipare; Dominus inique agens in servum compellebatur eum manumittere, ita Clericus dimittitur e manu, & potestate Episcopi, & Parochiani solvuntur a jurisdictione, & cura Parochi. *p.* 48. §. *Nondum in fin.*

PATER.

Pater tollere nequit filiis libertatem contrahendi matrimonium cum puella imparis licet conditionis *pag.* 60. §. *Fulginaten.*

Cætera in præcisis terminis in verbo *Matrimonium*.

PATRONUS PATRONATUS IN GENERE.

Patronis concessit Sacra Congreg. commutare, & transferre inutilem Canonicatum de jurepatronatus in simplex beneficium impositio onere annuo missarum arbitrio Episcopi, & soluta per eosdem eleemosyna ex propria pecunia taxanda ab Episcopo in *Clusina commutationis beneficii p.* 59.

Patronis laicis quadrimestre ad præsentandum datum est. *p.* 81. §. *Laici circa fin.*

PRÆDICARE PRÆDICATOR. PRÆDICATIO.

Prædicationis munus proprium est Episcoporum; Ideoque jus, & facultas deputandi Sacros Oratores, non ad Communitates, sed ad Episcopos pertinet, nisi contraria sit consuetudo, quæ in Ecclesiis inferioribus, quidquid sit in Cathedralibus, licet quadragenaria sit, servanda est. *p.* 46. §. *Civitatis circa fin.*

Adde quod si Communitas stipendium, seu eleemosynam præstare hactenus sueverit, compelli potest etiam censuris ad illam præstandam licet Oratorem Sacrum non eligat. *p.* 46. §. *Cum igitur in fine.*

Et Sacra Congregatio in *Civitatis Castellanæ juris concionandi p.* 46. *cum seq.*, ubi a Communitate Terræ Caprarolæ jactitabatur jus deputandi Concionatorem in Ecclesia Collegiata Sancti Michaelis Archangeli ejusdem Terræ, jussit Communitatem teneri alternative

per

per solitum turnum eligere Concionatorem prædictum ex PP. Minoribus Observantibus, Carmelitis Excalceatis, & Cappuccinis.

PROFESSIO PROFESSIONES IN GENERE.

Restitutio in integrum adversus Religiosam Professionem vi, metuque præter animi sui, voluntatisque sententiam emissa, fuit concessa in *Bovianen. seu Sepinen. restitutionis in integrum. pag.* 47. & 53.

Professionis nullitas, quæ vi metuque emissa dicebatur denegata fuit in *Neapolitana Nullitatis Professionis p.* 44.

Q

QUARTA FUNERARIA.

QUartam funerariam solvendam esse a PP. Minoribus strictioris observantiæ Plebano Capræ Marittimæ Ripanæ Diœceseos, licet PP prædicti exciperent de re in contrarium judicata, quæ per centum, & ultra annos observata fuerat, quaque se immunes prætendebant non obstante Constitutione Benedictina, resolutum fuit in *Ripana quartæ funeratiæ p.* 60. *cum seq.*

R

RECUCERE REDUCTIO.

LEgata pia an, & quando reduci possint lege in verbo *Legatum Pium*.

REGULARIS REGULARES IN GENERE.

Sacerdos ejectus a Regulari Ordine, irregularitatem, & suspensionem incurrit. *p.* 58. *cum seq. Lunen. in princ.*

Et infamia illa facti, quæ oritur ex ejectione purgatur emendatione morum, ideoque dispensationi locus fit. *Ibid. in fin.*

Sacra autem Congregat. contrarium sentiit in *Lunen. Sarzanen. dispensationis p.* 58. ubi Sacerdoti ejecto ab Ordine Minimorum S. Francisci de Paula denegavit consulendum esse Sanctissimo pro dispensatione.

Superior Regularis Monasterii Monialium potest absque licentia Episcopi ad crates seu collocutorii, aut alibi conciones habere ad Moniales tantum, & clausis januis in *Conversana jurisdictionis p.* 29. *cum seq. ad XIII. dub.*

Superior Regularis Monasterii Monialium excepto casu visitationis faciendæ semel in anno, sine censurarum incursu ingredi nequit clausuram absque licentia Episcopi sive ejus delegati, licet causa ingrediendi justa, & legitima sit. *Ibid. ad VII. dub.*

Superior Regularis Monasterii Monialium nequit dare velum Monialibus professis duinmodo vigesimum quintum annum non expleverint. *Ibid. ad XXV. dub.*

Et alia in hujusmodi terminis requires in verbo *Episcopus*.

REPARARE REPARATIO.

Sodalibus Sodalitii Sanctissimi Sacramenti Civitatis Anconæ permissum fuit extinguere montem fructuum, cujus erectio facta erat cum fructibus, qui superarent ex altero monte relicto pro dotandis puellis vulgo *le Convertite*, & rogare fundum illius in impensas necessariæ reparationis Altarium in Ecclesia prædicti Sodalitii, facta tamen obligatione assignationis fundi designati, & emissa obligatione generali omnium bonorum in *Anconitana p.* 50. *cum seq.*

RES JUDICATA.

Res judicata servanda est, neque retractanda sunt quæ semel in judicio contra legitimum contradictorem definita fuerunt *p.* 60 *cum seq.* §. *Ripana in fin.*

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Restitutio in integrum adversus religiosam professionem vi, metuque præter animi sui, voluntatisque sententiam emissa, fuit concessa in *Bovianen. seu Sepinen. restitutionis in integrum p.* 47. & 53.

S

SEMINARIUM.

TAxam Seminario solvere coactus fuit Archiepiscopus Surrentinus pro rata bonorum suæ Abbatiæ, licet bona extra Diœcesim pro majori parte sita essent. Et cum hæc causa denuo fuerit proposita responsum fuit in *decisis*, & *amplius in Surrentina taxæ p.* 2.

SUBROGARE SUBROGATIO.

Subrogatio in locum Lectoris Sacrorum Canonum denegata fuit P. Vincentio Maria Micetti, quia mens Fundatoris obstabat in *Faventina p.* 66. *cum seq.*

T

TAXA.

TAxam Seminario solvere coactus fuit Archiepiscopus Surrentinus pro rata bonorum suæ Abbatiæ, licet bona extra Diœcesim pro majori parte sita essent. Et cum hæc causa denuo fuerit proposita

respon-

reſponſum fuit in *deciſis & amplius in Surrentina taxæ p.* 2.

TESTIS.

Teſtibus ſingularibus in ſingularitate obſtativa nulla fides præſtanda eſt. *p.* 6. §. *Delata circa med.*

V

VISITARE VISITATIO.

ORdinarium Vaſionen. viſitare poſſe Ven. Hoſpitale Pauperum Infirmorum dictæ Civitatis quamvis prætenderetur *privatum*, *laicale* ideoque omnino *exemptum*; Imo, & pro recto illius regimine circa bonorum adminiſtrationem decreta condere reſponſum fuit in *Vaſionen. p.* 44 *ad I. dub.*

Et Sicuti Hoſpitalis Adminiſtratores partim Eccleſiaſtici, partim vero erant Laici, qui in illius regimine ſeu adminiſtratione primas ſemper partes Eccleſiaſticis ceſſerant, quive hoc demum ſervare renuebant, Sacra Congregatio competere ſtatuit Eccleſiaſticis prædictis præcedentiam, tam in Congregationibus, aliiſque dicti Hoſpitalis functionibus, quam in ſubſcriptione reſolutionum, & mandatorum ad miniſtrationem bonorum reſpicentium. *Ibid. ad II. dub.*

Denegatum tamen fuit ſingulis Rectoribus ſive Eccleſiaſticis, ſive Laicis abſque aliorum conſenſu licere privative munera dicti Hoſpitalis exercere. *Ibid. ad III. dub.*

Actus Viſitationis exercitos per Epiſcopum contra formam tranſactionis non ſuſtineri reſponſum fuit, *& in reliquis ad Eminentiſſimum Præfectum cum Sanctiſſimo juxta mentem in Novarien. juris viſitandi p.* 31. *cum ſeq.*

Superior Regularis Monaſterii Monialium excepto caſu viſitationis faciendæ ſemel in anno, ſine cenſurarum incurſu ingredi nequit Clauſuram abſque licentia Epiſcopi, ſive ejus Delegati, quamvis ingrediendi cauſa juſta ſit, & legitima in *Converſan. juriſdictionis p.* 29. *ad VII. dub.*

Epiſcopus in viſitando Clauſuram Monaſterii Regularibus commiſſi, poteſt ſtolam deferre, eique Moniales tenentur ſtratum parare, omnesque in ingreſſu obviam ire in *Converſana juriſdictionis p.* 29. *ad XVIII dub.*

Imo toties quoties expedire putaverit, poterit, onerata tamen ſua conſcientia, inconſultis Superioribus Regularibus tam Clauſuram, quam Cellas Monialium in concernentibus eamdem Clauſuram viſitare adhuc præciſive, tam a ſuſpicione quod illa violata fuerit, quam a quacumque Superiorum Regularium negligentia. *Ibid. ad XIX.*

Neque tenetur de die, & hora viſitationis præfatæ explendæ Moniales certiores facere. *Ibid. ad XX.*

Quæ viſitatio fieri poterit ab Epiſcopo ſine Superiorum Regularium aut alicujus Religioſi interventu. *Ibid. ad XXI.*

Et ultra viſitationem localem illam etiam perſonalem cujuſvis Monialis explere poterit, atque illam interrogare in attinentibus ad clauſuram tam materialem, quam formalem. *Ibid. ad XXII.*

UNIRE UNIO.

Unio Canonicalis Præbendæ facta ab Epiſcopo maſſæ Capitulari attenta illius tenuitate, quæque primævum ſtatum qua de cauſa recuperaſſet incertum erat, confirmata fuit in *Papien. unionis pag.* 2. *cum ſeq.*

Unio beneficiorum ſubjectiva, atque extinctiva primævi tituli operatur, ut bona unius beneficii in dotem alterius tranſgredi poſſint. *p.* 3. *cum ſeq.* §. *At Parochus circa med.*

Secus autem ſi æque principaliter facta. *Ibid.*

Sacræ autem Congreg. in *Tudertina p.* 47. *cum ſeq.* contrarium placuit.

Fructus Beneficii duabus æque Parochialibus uniti, æqualiter in duas partes dividendos, ut dicitur in ſtirpes, non autem per capita inter Sacerdotes inſervientes utrique Eccleſiæ reſponſum fuit in *Venuſina p.* 16. *ad I. dub.*

UNIVERSITAS UNIVERSITATES IN GENERE.

In Univerſitatum, & Collegiorum negociis expediendis id prægravat, quod majori corporatorum numero, pluribuſque eorumdem ſuffragiis comprobatum erit. *p.* 9. §. *Definitiones circa med.*, *& p.* 39. §. *Hæc ſtatuta circa med.*

Eoque amplius ſi agatur de ſuſcipienda lite vel neceſſaria, vel quæ prudenter reputari poteſt utilis Collegio univerſo, quo caſu Capitulares ſumptibus communibus illam ſuſcipere tenentur. *Ibid. circa f.*

Quod placuit etiam Sacro huic Senatui in *Tarentina præminentiarum ſolutionis Capitularis p.* 8. *cum ſeq.* ubi ſtatuit ſumptus litis ſuſceptæ ad normam reſolutionis Capitularis ex maſſa communi præſtandos eſſe.

THESAURUS RESOLUTIONUM

Sacræ Congregationis

CONCILII

Tridentini, ac Juris Canonici ſanctionum Interpretis

MUNUS

A Secretis ejuſdem Sacræ Congregationis

OBEUNTE

R^mo P. D. FURIETTO

In cauſis ſub anno 1752. propoſitis;

Epiſcopis, eorumque Vicariis, ac aliis in Eccleſiaſtico foro verſantibus apprimè utilis, & neceſſarius:

TOMUS XXI.

Duplici locupletiſſimo Indice cum Adnotationibus exornatus

A

D. ANTONIO MARIA DE NIGRIS

Juriſconſulto, & in Romana Curia Advocato.

ROMÆ MDCCLIII.

Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi in Platea Agonali
Superiorum facultate, & Privilegio Sanctiſſimi.

INDEX

TITULORUM

Cauſarum anno 1752. Sacræ Concilii Congregationi propoſitarum Ordine Alphabetico per Diœceſes diſpoſitus.

A

Albintimillien. 22. Januarii pag. 3. 26. Februarii pag. 9. & 15. Aprilis p. 21., & 20. Maii p. 36.
Adiacen. Matrimonii 26. Februarii p. 12. 6. Maii p. 26.
Auximana, ſeu Recineten. funerum 8. Julii pag. 50., & 29. ejuſdem p. 52.
Albiganen. curæ animarum, & functionum 29. Julii p. 54. 19. Auguſti p. 66.
Aquen. juris eligendi ſepulturam 19. Auguſti p. 63.

B

Biſuntina 15. Aprilis p. 24., 17. Junii pag 44.
Barchinonen. 6. Maii p 30. 17. Julii p. 44.

C

Callien. 22. Januarii pag. 1. 9. Maii pag. 28.
Cæſenaten. 22. Januarii p 8.
Celſonen. 11. Martii p. 15.
Caſalen. 11. Martii p. 19.
Coſentina, ſeu Biſinianen. 15. Aprilis p. 23. 29 Julii p 52.
Camerinen., ſeu Fabrianen. 6. Maii p. 28.
Caſtri Maris 17. Junii p. 48.
Caputaquen. 29. Julii p. 52.
Catanien 9. Sept p 66.
Cingulana 9. Sept p. 68.
Celſonen. 5. ſeu. Urgellen. 18. Dec. p. 71.

F

Foroſempronien. 11. Martii p. 18. 15. Aprilis p. 20.
Ferentina 15. Aprilis. pag. 21., 6. Maii pag. 26.
Fulginaten. 29. Julii p. 58., 19. Auguſti p. 59. 61.

H

Hyeracen. 22. Januarii p. 10.

I

Januen. 22. Januarii p. 4. 26. Februarii pag. 9.
Imolen. 20. Maii p. 41.

L

Leodien. 26. Februarii p. 10. 15. Aprilis p. 21.
Lunen. Sarzanen. 8. Julii p. 49.
Lucerina 29. Julii p. 56.
Lauretana 19. Auguſti p. 64.

M

Marſicen. 22. Januarii p. 2., 11. Martii p. 16., 15. Aprilis p. 20.
Mediolanen. 11. Martii p. 16. 20. Maii pag 36.
Montis Alti 29. Julii p. 57.

N

Nullius, ſeu S. Germani 22. Januarii pag. 1.
Nolana 22. Januarii pag. 1., 11. Martii pag. 16.
Nullius, ſeu Orbitelana 26. Februarii p. 11. 11 Martii p. 15.
Nepeſina 11. Martii p. 15.
Narnien. 11. Aprilis p. 25. p. 45. & 49., 17. Junii & 8. Julii.
Neapolitana 17. Junii pag. 47., 29. Julii p. 53. 18. Novembris p. 71., 73. Decembris, p. 74. p. 76.
Naulen. 2. Decembris p. 78.

P

Panormitana 20. Maii p. 40.
Placentina 9. Septembris p. 65.
Polymnianen. 18. Novembris p. 72.

Piſto-

Piſtorien. 2. Decembris p. 75.

R

ROmana 6. Maii p. 27. p. 33. 8. Julii p. 48. p. 49., 9. Septembris p. 67. 18. Novembris pag. 70. 2. Decembris pag. 74.
Ravennaten., ſeu Faventina 19. Auguſti p. 65. 9. Septembris p. 89.

S

SMirnen. 6. Maii p. 34. 9. Sept. p. 65.
Senogallien. 20. Maii p. 38. 18. Novembris p. 70.
Sulmonen. 20. Maii p. 43.
Sabinen. 29. Julii p. 55.
Syracuſana 18. Novembris p. 70.

T

TUdertina 26. Februarii p. 10. 19. Auguſti p. 62.
Tiburtina 26. Februarii p. 13., 11. Martii p. 15.
Taurinen. 20. Maii p. 36.
Treviren. 20. Maii p. 39., 8. Julii p. 65. 19. Auguſti p. 59., 18. Novembris p. 70.
Tranen. 17. Junii p. 45.
Terracinen., ſeu Setina 17. Junii p. 43., 19. Auguſti p. 60., 9. Septembris p. 65. 2. Decembris p. 75.
Trivicana 9. Septembris p. 69., 18. Novembris p. 70.
Tarviſina 2. Decembris p. 79.

V

VEnuſina 22. Januarii p. 2. 6., & 20. Maii p. 28. & 36.
Valentina 15. Aprilis p. 22.
Urbinaten. 2. Decembris p. 81.

Die Sabbathi 22. Januarii 1752.

In Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

ULLIUS, SEU S. GERMANI MATRIMONII: Poſt alias dilationes in hac Cauſa ab Eminentiſſimis Patribus indultas, reſponſum fuit in *ultima Congregatione* habita *die* 18. *menſis Decembris*, tranſacto nuper anno 1751. *Dilata ad ſequentem*. Obſequentes igitur Imperio Eminentiſſimorum Patrum Cauſam hic damus iiſdem duobus Dubiis. *Seſs.* 24. *c.* 1. *de Ref. Matr.*

I. *An conſtet de impotentia?*
II. *An Matrimonium ſit validum in caſu &c.*

Non propoſita.

CALLIEN. NULLITATIS TRANSACTIONIS, ET JURIUM PAROCHIALIUM: Data fuit omnis hujus Cauſæ ſpecies in *folio Congregationis* habitæ *die* 21. *Novembris anno* 1750. At cum ea die Cauſa proponi non potuerit, propoſita fuit in *Congregatione* habita *die* 19. *Decembris eodem anno* 1750 Reſponderunt Eminentiſſimi Patres: *Dilata, & coadjuventur probationes hinc inde, & exhibeantur libri*. Nunc tandem Cauſa proponitur, dato a Vicario Curato longo libello, cum contra nihil habuerimus a Capitulo. Onus igitur erit Eminentiſſimorum Patrum decernere ſecundum ea, quæ proponentur, qua ratione duo, quæ numquam definita fuerunt, Dubia, nunc ſint expedienda. *Seſs.* 24. *c.* 13. *de Ref.*

I. *An Tranſactio inita anno* 1716. *inter Capitulum, & Vicarium Curatum Eccleſiæ Cathedralis ſuſtineatur, & obliget Succeſſores?*
II *An Sacriſta dictæ Eccleſiæ deputatus a Capitulo poſſit cumulative cum dicto Vicario Curato, eoque invito, adminiſtrare Sacramenta, & ſe ingerere in exercitio dictæ Curæ, & cum eodem Vicario comparticipare de emolumentis incertis Parochialibus?*

Dilata; & proponatur in Prima etiam unica, & fiat communicatio documentorum per viginti dies ante.

NOLANA: Propoſita fuit hæc Cauſa in *Congregatione* habita *die* 31. *Julii* anno nuper tranſacto 1751., & viſum fuit Eminentiſſimis Patribus reſpondendum eſſe: *Dilata, & fiat extractio documentorum citata Parte*. Cum poſt hoc reſponſum Archipresbyter Parochialis Eccleſiæ S. Petri ad Scafatum nihil ageret, Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis Nolanæ eum in Jus vocavit, petiitque, ut eidem *præfigeretur terminus ad extrahendum aſſerta jura citato inſtante, alias videndum mandari reproponi Cauſam*; *Seſs.* 7. *c.* 7. *de Ref. Seſs.* 21. *cap.* 8. *de Ref. Seſs.* 23. *c.* 15. *de Ref. Seſs* 24. *cap.* 9. *de Ref. Seſs.* 25. *c.* 11. *de Reg.*

Et cum alia jura in Urbe essent, alia extra Urbem, ideo *ad effectum extrahendi ass. jura citati in Partibus existentia subdelegatus fuit Episcopus Castri Maris: quo vero ad extractionem ass. jurium in Urbe præfixus fuit citato terminus 20. dierum*; Nihil tamen post hoc Decretum actum fuit ab Archipresbytero. Instante igitur Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Nolanæ, Causa nunc iisdem Dubiis, quæ expedita non fuerunt, reproponitur, & poterunt Eminentissimi Patres, repetita lectione *foliorum diei 20. mensis Junii anno 1750*, quo primum Causa hæc data fuit, & *die 19. mensis Junii* anno transacto 1751., quid juris sit, respondere. Dubia hæc sunt.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis quoad I. II. & III. Dubium in casu &c.*

II. *An Parochus Ecclesiæ S. Petri ad Scafatum possit uti Insignibus Episcopalibus, Populum per eamdem Ecclesiam, & Terram benedicere, & Thronum in dicta Ecclesia retinere in casu &c.*

III. *An idem Parochus possit Confessarios approbare, licentias concionandi concedere, & Indulgentias publicare, sive potius prædicta spectent ad Episcopum Nolanum in casu &c.*

IV. *An idem Parochus possit concedere literas dimissoriales, sive potius ab Episcopo Nolano teneantur Scholares dictæ Terræ prima Clericali Tonsura initiari, & Clericos tam ad minores, quam ad Sacros Ordines promoveri in casu &c.*

Dilata, & proponatur intimato Episcopo Litteren., & præfixo novo peremptorio termino Archipresbytero.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

MARSICEN. RESIDENTIÆ: Data fuit hæc Causa in *folio Congregationis* habitæ *die* 28. *Augusti* 1751., quæ definita non fuit, dilationem petente Archipresbytero Vendetti. Proposita iterum in sequenti *Congregatione diei* 18. *Septembris* ejusdem anni, Eminentissimi Patres rescripserunt: *Dilata, & coadjuventur probationes*. Redit nunc causa ab Amplissimis Patribus definienda sub duobus Dubiis.

I. *An Sacerdos Angelus Maria Vendetti Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ S. Victoriæ Terræ Cellarum, sive Carseolorum Marsicen. Diœcesis teneatur residere, & in eadem Collegiata una cum Archipresbytero, seu Rectore, aliisque Canonicis curam Animarum insimul administrantibus Parochialia munera exercere, atque Divinis Officiis assistere in casu &c.*, & quatenus affirmative.

II. *An, & a quo tempore idem Canonicus Vendetti ob ejus absentiam teneatur restituere fructus perceptos Præbendæ Canonicalis, & distributiones Massæ Communis in casu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Provisum in primo.

Sess. 25. c. 1. de Reg.

VENUSINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: A lapsu quinquennii postulat in integrum restitui Antonius Aquilecchia in Ordine PP. Conventualium S. Francisci Civitatis Aletii Professus. Natus hic in Oppido Spinazziolæ Venusinæ Diœceseos, postremus ex quinque filiis Joannis Aquilecchiæ pluries paternam Domum deserere, & in campos, sylvasque fugere coactus fuit minis, & verberibus, quibus eum impetebat Felix frater, qui licet secundum inter filios Joannis locum obtinuisset, communis tamen Patrimonii administrationem susceperat, & Antonium, a quo metuebat, ne redditionem rationis exigeret, & divisionem postularet, in Monasterium detrudere curabat. Ea tamen fuit Antonii constantia, eaque animi in Regularem vitam adversitas, ut mallet militiæ potius nomen dare, quam Ordini alicui Religioso. Ut igitur, quod optabat, perficere posset Felix,

sese

sese convertit ad Ducem Calabritti, qui Baro erat, & Dominus Spinazziolæ. Operam omnem suam Dux ille spopondit Felici, implevitque promissa nactus occasionem, qua Antonius, rixante Josepho fratre in publico Spinazziolæ Foro cum Hieronymo Evangelista, hunc impulit, ut rixam dirimeret, & fratri opem ferret, dum eum in Carceres conjici jussit, neque post duos menses, quibus detentus fuit, evadere potuit, nisi data fide Monasterium ingrediendi. Fidem tamen liberare non potuit Antonius ob adversam, in quam incidit, valetudinem. Cum pristinæ sanitati restitutus fuit, superatis a Felice difficultatibus omnibus, quæ a Patribus illius Ordinis inciebantur, Monasterium ingressus est anno 1726. Anno probationis exacto, Professionem emisit, sed simulatam, & fictam fuisse ipse Antonius Spinazziolam reversus declaravit, utque eam nullam probaret, testificationes postulavit, obtinuitque, sed eas Felix surripuit. Id ubi anno 1730., & triennio post Professionem emissam Antonius rescivit, curavit, ut aliæ ab eisdem Testibus fierent testificationes, ob quas plures a Felice Testibus illatæ fuerunt minæ. Has testificationes, quas dedit Procuratori suo Judiciali, quem Romæ constituerat, ut querelam nullitatis Professionis proponeret, amisit iterum Antonius, dolo ne, an negligentia Procuratoris incertum; rescribebat tamen Procurator litem instructam fuisse, pecunias tantum deesse, quibus libelli in lucem hominum e formis emitti possent; nihil vero egerat, nihil egit; sine testificationibus causam suam tueri non poterat Antonius, distulit igitur, & sese rebus servavit secundis. Obiit dux Calabritti, obiit Felix. Tempus itaque opportunum esse ratus Antonius preces obtulit Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabat restitui in integrum, ut nullam ex causa illati a fratre metus dicere posset Professionem suam, Data fuit postulationis hujus cognitio Amplissimis Patribus, a quibus mandata fuit Jurisdictio Episcopo Venusino, ut processum Judicialem, servata forma Constitutionis Optimi Maximique Principis nostri, conficeret Impleta omnia fuerunt, & Episcopus in ea est sententia „ quod attenta protesta-
„ tione de gravi violentia illata in Professione facta, & multo magis con-
„ fiderata continuata violentia in impediendo recursu ad Sanctam Sedem,
„ & continuo conquestu de nullitate Professionis, ad pristinam libertatem
„ prædictus Fr. Antonius sit restituendus „. Causa nunc proponitur, & disputat Antonius nullam fuisse Professionem ob vim, metumque ei illatum a Felice, & a Duce Calabritti; Vim metumque Testibus probat: neque ab Ordine, neque a *Defensore Professionis* libellum habuimus. Dubium est.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative.

ALBINTIMILIEN. UNIONIS DECIMARUM: Jus est Episcopo, & Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Albintimilienfis confirmatum Literis Apostolicis Summorum Pontificum Lucii Tertii, & Urbani Quinti colligendi decimas non in ipsa tantum Civitate Albintimilii, sed etiam in octo Locis, Oppidisque Territorii. Hoc jus Episcopi, & Capitulum antiqua consuetudine sive commoditatis, sive utilitatis gratia introducta ita exercuerunt, ut decimas unitim colligerent, binis quolibet anno electis tum ab Episcopo tum a Capitulo Procuratoribus, qui una simul Civitatem, & Loca prædicta peragrantes decimas colligerent, collectasque in unum horreum reponerent, & inde in duas æquales partes dividerent, quarum alteram Episcopo, alteram Capitulo traderent Servata hæc consuetudo fuit ad annum usque 1716., quo tempore, cum octo illa Oppida, & Loca decimas Capitulo præstare recusassent, qui tunc Ecclesiæ illi præerat, Episcopus, ne in jure suo, quod ab octo Oppidis, Locisque non impugnabatur, detrimenti aliquid caperet ex societate, & communione cum Capitulo, satius duxit ab unio- *Sess. 25. c. 12. de Ref.*

unione ſecedere, & portionem ſuam decimarum opera ſui Procuratoris collegit, ſervavitque hunc morem, donec duravit lis, qua tandem poſt plures annos ſecundum Capitulum abſoluta, iterum unitim a duobus Procuratoribus Epiſcopi nempe, & Capituli decimæ collectæ fuerunt. Sed cum re judicata necquicquam obſtante, plurimi ex Oppidanis dictorum Locorum decimas Capitulo tradere recuſaſſent, Epiſcopus iterum portionem ſuam opera ſui Procuratoris exegit, fruſtra poſtulante Capitulo, ut ad ſocietatem, & unionem rediret: qui ſequuti ſunt Epiſcopi eamdem methodum, & viam tenuerunt, magno Capituli detrimento, cui pene omnes Oppidani, ſpreta re judicata, decimas tradere recuſant.

Qui nunc Eccleſiæ illi præeſt, Epiſcopus, licet plurimum egerit ore, & ſcriptis, ut decimæ ab Oppidanis contumacibus ſolverentur, noluit tamen morem illum antiquum decimas unitim cum Capitulo colligendi obſervare, niſi ea lege, & conditione percipiendi, ultra dimidiam partem, alias libras 50. ſingulis annis; auxit inde eas ad libras 100. Cum vero anno 1743. ne his quidem libris 100. contentus eſſet, aliaſque leges, & conditiones ſocietati, & communioni indicere vellet, quas Capitulum recuſavit, ſolus portionem ſuam decimarum collegit: Procuratores vero a Capitulo electi nihil, aut pene nihil a contumacibus Oppidanis exigere potuerunt. Ut huic malo medicinam pararet Capitulum, preces obtulit Sacratiſſimo Principi noſtro, quibus poſtulabat, ut compelleretur Epiſcopus ad antiquam unionem redire. De hac poſtulatione data fuit ab Optimo Principe cognitio Eminentiſſimis Patribus, a quibus auditus fuit Epiſcopus, qui Menſæ ſuæ rationes late collegit. Vocatus in Jus Promotor Fiſcalis menſæ Epiſcopalis non venit, eoque adhuc contumace, Cauſa proponitur, diſputante Capitulo cogendum eſſe Epiſcopum ad antiquum morem redire decimas unitim colligendi, quia id jubeat immemorabilis, ut aſſerit, ſed quam Teſtes non probant, conſuetudo, e qua Jus natum ſit Capitulo vetandi, ne a ſocietate, atque unione diſcedat, præſertim, cum hæc receſſio hoc eidem Capitulo detrimentum ferat, ut poſtquam decimas exegit Epiſcopus, liquidare nequeat Capitulum, quid reliqui nomine præſtandum ſit ab Oppidanis. Videant autem Eminentiſſimi Patres, an hæc tanti ſint, ut recedatur a regula juris, quæ vult invitum neminem cogi poſſe, ut in ſocietate, & communione ſit, præſertim ſi e ſocietate, & communione detrimenti aliquid capiat, & poſtquam ab anno 1716. ſocietas hæc, & communio exactionis decimarum, vel diſſoluta, vel ſaltem interrupta fuit. Unum eſt longum equidem Cauſæ Caput.

An Procurator Menſæ Epiſcopalis Albintimilienſis teneatur conjunctim cum Procuratore Capituli ejuſdem Cathedralis colligere decimas ab octo Locis, nimirum Bordighiera, Saxo, Burghetto, Vallecroxia, Soldano, S. Blaſio, & Campo Rubeo, eaſque integras reponere in uno, eodemque horreo, & finita recollectione, pro medietate dividere, unam pro ſe recipiendo, alteram vero medietatem relinquendo pro Capitulo juxta antiquum ſolitum, & conſuetum; ſeu potius eidem Procuratori Menſæ Epiſcopalis liceat medietatem dictarum Decimarum exigere a præfatis octo Locis ſejunctim a Procuratore Capituli in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Seſs. 23. c. 6. de ref. Seſs. 25. c. 9. de Ref.

JANUEN. CAPPELLANIARUM: Licet Codicillaris diſpoſitio pii viri Joannis Auguſtini Cappellani pluries data fuerit in hoc Sacro Tribunali, ut cognoſci poteſt ex *foliis Congregationum*, quæ habitæ fuerunt *die* 3. *Decembris anno* 1729. *Theſaur. Reſolut. Sac. Congreg. Vol. IV. p.* 373., *& die* 14. *Aprilis anno* 1736. *eodem Theſaur. Vol. VII. p.* 216. Tamen, ut Eminentiſſimi Patres leventur onere eadem *folia* iterum legendi, operæ pretium nos facturos putamus, ſi eamdem codicillarem diſpoſitionem in iis, quæ ad

defini-

definitionem VII. Capitum præsentis controversiæ pertinent, referamus, Postquam igitur Joannes Augustinus Cappelli in codicillis anno 1654. conditis confirmaverat institutionem hæreditariam Scholæ in Burgo Vulturis, qua triginta pueri pauperiores ejusdem Burgi grammatica, aliisque humanioribus literis imbuerentur, septem fundavit Cappellanias in Ecclesia Parochiali Sanctorum Nicolai, & Erasmi, quæ nunc ad numerum quinque redactæ sunt. Jus nominandi Cappellanos legavit P. Provinciali, & P Priori Conventus Carmelitarum Excalceatorum Burgi Vulturis, quem Conventum „ per uso, ed abitazione di otto Sacerdoti, o quattro tra Chierici, e „ Conversi con orto, o sia giardino per uso di detti Padri, ed anco una Chie„ sa capace, e decente &c. con due Cappelle oltre l' Altar maggiore, *addi„ ficari jusserat idem pius Testator impensa sc.* 13945. *De jure vero passivo „ his verbis edixit*: Se nella famiglia Cappelli di linea mascolina vi fosse„ ro Descendenti del quondam Bernardo Cappelli, e questi fossero Sacer„ doti, debbano esser preferiti a tutti gl' altri per la Carica di dette Cap„ pellanie &c. similmente i putti di detta scuola, se saranno Chierici seco„ lari, possano essere ordinati, e promossi all' Ordini Sagri a titolo di dette „ Cappellanie &c., e morti questi, ritorni il Jus di eligere al detto Pro„ vinciale, e Priore &c. se non vi fossero descendenti per linea mascolina „ del quondam Bernardo Cappelli, ne Chierici della scuola, come sopra, „ vuole detto Codicillante, che si possino ordinare a titolo di dette Cappel„ lanie per gl' Ordini Sagri, come per Patrimonio li descendenti della nobile „ Benedetta Donghi sua sorella „. Utque omnia, quæ ipse jusserat, exequerentur, Juspatronatus honorificum Conventus, & Ecclesiæ, quæ, ut diximus, Carmelitis extrui voluit, legavit natu majori ex descendentibus a Bernardo Cappelli, & his defectis, substituit *il maggior nato, che per tempo sarà della linea, e descendenza successiva della Signora Benedetta sorella*.

Anno 1728. extincta jam linea masculina Barnardi Cappelli, cum, vacata una ex his Cappellaniis, nominatus fuisset Bartholomæus Pescetti, qui primæ tantum literarum rudimenta exceperat in schola Vulturis, grammaticam vero, & rethoricam didicerat Genuæ, familia Donghi tertio loco vocata, sese huic nominationi præstitit contradictricem. Proposita fuerunt in hoc Sacro Tribunali *die* 3. *Decembris anno* 1729. duo hæc Dubia „ I. An nominatio „ Clerici Bartholomæi Pescetti facta a PP. Provinciali Provinciæ Januen., „ & Priore Conventus Vulturis ad Cappellaniam, de qua agitur, substinea„ tur in casu &c. II. An ad eamdem Cappellaniam, cæteraque fundatas per „ Joannem Augustinum Cappelli sint nominandi in futurum filii descenden„ tes a quondam Benedicta Donghi de Cappellis in casu &c.„ Responditque his Sacrum Tribunal: *Ad I. Affirmative. Ad II. Quoad Cappellaniam, de qua agitur, negative, & in reliquis habebitur ratio in casibus particularibus*, ut in *dicto Vol. IV. Thesaur. Resolut. Sac. Congregat. p.* 374. At reproposita Causa *die* 28. *Julii* 1730., & disputato dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.* Eminentissimi Patres, re melius perspecta, non dubitarunt mutare sententiam, & respondere: *Prævio recessu a decisis negative ad primum, & affirmative ad secundum quoad Cappellaniam de qua agitur, & in reliquis habebitur ratio in casibus particularibus*, ut in *Thesaur. Resol. Vol. V. p* 25.: Atque hæc posterior definitio confirmata fuit *die* 17. *Februarii* 1731., ut in eodem *Thesaur. Vol. V. p.* 97. Hac freti definitione Aloysius Ferdinandus, & Joannes Antonius Donghi descendentes a Benedicta Cappelli Donghi, qui Neapoli moram trahebant, postularunt anno 1735. institui, licet absentes, ad easdem Cappellanias, deficientibus Clericis scholæ Vulturis secundo loco vocatis in dispositione Joannis Augustini Cappelli. Proposita igitur fuerunt in hoc Sacro Tribunal *die* 14. *Aprilis dicto anno* 1736. quatuor Dubia, quæ inter Dunghios, & PP. Provincialem, & Priorem Conventus Vulturis disputata fuerunt.

Dubia

Dubia hæc erant „ I. An Aloysius Ferdinandus de Donghis ordinandus „ (*Neapolis*) in titulum unius ex Cappellanis in loco Vulturis a Joanne „ Augustino Cappelli fundatis possit celebrare per alium a se ipso eligendum „ in casu &c. II. An nominatio Sacerdotis Francisci Mariæ Poganetti in „ Cappellanum, & Ludi Magistrum amovibilem ad nutum facta a PP. Pro- „ vinciali Carmelitarum Excalceatorum Januen., & Priore Conventus Vul- „ turis subsistineatur in casu &c. III. An Joannes Antonius de Donghis sit in- „ stituendus ad eamdem Cappellaniam, vel ad unam ex aliis amovibilibus „ ad nutum ejusdem Testatoris in casu &c. IV. An a prædictis PP. Carme- „ litis possint retineri annua scuta decem ex dote earumdem Cappellania- „ rum, vel sint distribuenda inter Cappellanos ejusdem Testatoris in casu „ &c. „ Respondit his Sacrum Tribunal: *Ad I., & II. Affirmative. Ad III. Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam arbitrio PP. Carmelitarum. Ad IV. Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam*, ut in *dicto Vol. VII. Thesaur. Resol. Sac. Congreg. p.* 219.

Cum denique anno 1748. nullus esset Clericus in Schola Vulturis, PP. Carmelitæ ad unam ex sæpe dictis Cappellaniis nominarunt Antonium Piccardi, qui licet non esset ex pauperibus Vulturis, in illa tamen Schola prima tantum grammatices didicit rudimenta annis 1740., & 1741. Contra vero institutionem ad eamdem Cappellaniam postulavit Clericus Emanuel Antonius Donghi descendens a Benedicta. Re ad hoc Sacrum Tribunal delata, datæ fuerunt, ut fieri solet, literæ ad Archiepiscopum *pro informatione, & Voto auditis PP. Carmelitis*. Respondit Archiepiscopus secundum Piccardum: queruntur Dunghii auditos non fuisse ab Archiepiscopo, qui secundum Piccardum respondit, quod ante oculos habuerit rationes, quas ignorabat rejectas fuisse ab hoc Sacro Tribunali in definitionibus aliarum Causarum, quas retulimus. Post Epistolam Archiepiscopi causa omnis VII., ut diximus, Capitibus collecta fuit, quæ nunc Eminentissimis Patribus definienda proponuntur. Atque hæc pertinent ad prima tria Capita: rationes enim excerpere nolumus, quas legent Amplissimi Patres in libello Familiæ Dunghiæ; *ne folium* in volumen excrescat. Nunc transgrediamur ad ea, quæ ad reliqua controversiæ Capita pertinent. Ultra fundationem Cappellaniarum jussit Joannes Augustinus Cappelli, ut fructus octuaginta Locorum Montium singulis annis in Paschate decem, & octo puellis, quarum nomina sorte a puero octo annorum ex urna extraherentur, æqualiter distribuerentur, pluraque edixit, quæ in admittendis puellis, atque in extractione servanda essent. Utque ea, de quibus dispositerat, exequerentur, hæc addidit „ di quello si farà ogn' anno per esecuzione di questi Legati si deb- „ ba far scrittura in un libro, che dovrá tenere uno di detti Padri Carme- „ litani Scalzi &c., ed ogn' anno intorno al Natale debbano il Provinciale, „ e Priore dar conto della loro amministrazione al Rev. Rettore di detta „ Chiesa Parochiale de Santi Nicoló, ed Erasmo di Voltri alli Guardiani „ de' Monasterj di San Francesco, e nostra Signora degl' Angeli, che sono „ in Voltri, ed essi impediti, alli loro Vicarj „. Contendit igitur Familia Dunghia teneri Patres illos Carmelitas rationem administrationis quotannis reddere Parocho, & Guardianis, sive Vicariis simul congregatis, prævia exhibitione librorum apud Parochum, non vero, ut hactenus factum est, disjunctim, & separatis Revisoribus, vocato scilicet una die Parocho, altera Guardiano S. Francisci, altera demum Guardiano S. Mariæ Angelorum, qui sine discussione rationum, summaque facilitate, ac bona fide subscribere, ac probare solent redditionem rationum, magno detrimento, quod evenire potest hæreditati, & legatis. Contendit etiam eadem Familia Dunghia admissionem puellarum, & extractionem nominum earumdem ex Urna fieri debere, præsentibus iisdem Parocho, & Guardianis, non, ut fieri solet, secreto inter ipsos Patres, itaut nemo sciat, an ea, quæ in admissione, atque

que extractione servari voluit Testator, re ipsa serventur.

Illud etiam contendit Familia Dunghia Patres sibi habere non posse scut. 4. pro quolibet subsidio dotale, quæ propter monetæ augumentum excreverunt in fructibus octuaginta locorum Montium, sed tribuenda esse puellis neque contra voluntatem Testatoris convertenda, atque eroganda esse in alios usus etiam pios. Denique, cum Patres stemmata amoverint, & illa Ordinis affixerint, lapidesque literatos, quibus onera Patrum inscripta sunt, e celebriori loco in obscuriorem abditumque transtulerint, disputat Familia restituenda esse stemmata Testatoris, & onerum inscriptiones eo, quo erant loco, neque jus esse Patribus Carmelitis apponendi Stemmata eorum Ordinis, cum ex verbis, quæ supra dedimus, pateat Testatorem usum tantum, non vero dominium Conventus, & Ecclesiæ Patribus dare voluisse, neque amotione Stemmatum Testatoris, & affixione Stemmatum Ordinis fraudanda esse jura Patronatus honorifici, qui procul dubio est penes Familiam Dunghiam, ut ex *leg. 2. & leg. opus ff. de oper. publ. leg. legatum 4. ff. de administr. rer. ad Civit. pertin.* docuerunt uno consensu *Ancaran. cons. 113. num. 3. & 5. Gratian. discept. 210. num. 49. Pax Jordan. Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 7 de Jurepatron. n. 449. Tanchredin. consult. 6. n. 25. Ventrigl. in prax. annot. 19. §. Unico n. 32. vol. 2. Card. de Luca de jurepatron. disc. 52. n. 12.*, aliaque innumeri. Hæc Familia Dunghia. A Carmelitis nihil habuimus. Causæ Capita hæc sunt.

I. *An nominatio Clerici Jo. Antonii Piccardi facta a PP. Provinciali Provinciæ Januen., & Priore Conventus Vulturis ad Cappellaniam, de qua agitur, sustineatur, vel potius sit removendus in casu &c.*

II. *An ad eamdem Cappellaniam, vel ad unam ex aliis amovibilibus erectis a quondam Joanne Augustino Cappelli in dicto loco Vulturis sit ordinandus Cadicis, vel Genuæ, servata Constitutione Innocentii XII. incipien.* Speculatores *Clericus Emanuel Antonius de Longhis jam præsentatus coram Ordinario Januen. in casu &c.*

III. *An Jo: Stephanus de Longhis modernus Patronus dicti Conventus, & Ecclesiæ fundat. ab eodem Testatore Cappelli sit ordinandus ad unam ex dictis Cappellaniis amovibilibus in casu &c.*

IV. *An ratio administrationis Legatorum Testatoris Cappelli reddenda a Patribus Carmelitis quolibet anno RR. Parocho SS. Nicolai, & Erasmi, & Guardianis Sancti Francisci Ordinis Cappuccinorum, & S. Mariæ Angelorum Strictioris Observantiæ Loci Vulturis sit facienda coram eisdem insimul congregatis cum productione librorum apud Parochum in casu &c.*

V. *An Urna puellarum, quolibet anno, sorte extrahendarum pro subsidiis dotalibus ab ipso Testatore relictis sit facienda a dictis Patribus Carmelitis, & puellæ sint sorte extrahendæ, absentibus supradictis Parocho, & Guardianis Revisoribus administrationis Legatorum, vel coram ipsis, & Patrono pro tempore in casu &c.*

VI. *An a supradictis Patribus Carmelitis retineri possint scuta quatuor circiter pro quolibet ex dictis subsidiis dotalibus,* & quatenus negative, *quid agendum de retentis in casu &c.*

VII. *An a supradictis Patribus Carmelitis possit apponi eorum stemma super muros Conventus, & Ecclesiæ, ac etiam innovari, vel destrui in eisdem absque consensu Patronorum pro tempore, & eorum stemma absque istorum consensu noviter depictum super dictos muros sit delendum, vel insimul apponendum etiam stemma Familiæ Fundatoris in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

CESE-

Sess. 23. c. 6. & c. 10. de Ref.

CESENATEN. SERVITII. Ex Constitutionibus Canonicorum Cesenæ latis anno 1555., ex edictis Episcoporum, qui post ea tempora Ecclesiæ illi præfuerunt, ex vetustissima Tabella Sacrario Cathedralis Ecclesiæ affixa liquet Rectores Beneficii, sive Cappellæ *S. Hieronymi Primi* a tempore, cujus nulla habetur memoria, onere quotidiani servitii Choro ejusdem Cathedralis Ecclesiæ præstandi obstrictos fuisse. Vocatur hoc Beneficium *S. Hieronymi Primi*, quod aliis ejusdem nominis Beneficiis antiquius sit. Episcopus Gualandus, qui anno 1586. Cesenatensi præerat Ecclesiæ., edixit Sacristis, Mansionariis, & Cappellarum Rectoribus „ Che devino servire nei „ giorni debiti, come qui sotto per se medesimi, e non potendo per cause „ oneste, siano tenuti di mettervi Cappellani idonei, che almeno siano in „ sacris &c. da approvarsi da noi con il salario da darsi da ciascun Mansionario, o Rettore al suo Sostituito ogni mese, per supplire a quest' obbligo, „ solamente di servire al coro, che sarà notato a pie di questo, quali tutti „ siano tenuti di stare in coro a tutte l' ore canoniche, alle Messe grandi cantate, ed a tutte l' ore della B. Vergine per salmeggiare, e cantare l' Antifone, Responsorj, Versetti &c. „ atque huic edicto elenchum attexuit, in quo inquit *La Cappella di S. Girolamo Primo e obligata ogni giorno al Coro: deve dare il Rettore al suo Cappellano di salario ogni mese lire tre di Bolognini*. Constitutiones, edictaque omnia hac de re lata, confirmata fuerunt duabus Diœcesanis Synodis, prima coacta anno 1590. in cujus appendice leges, edictaque hæc impressa fuerunt, altera vero recentiori coacta anno 1709.

Has leges sequuta est consuetudo, & observatio earum, nam Franciscus Masinius Rector Cappellæ S. Hieronymi Primi anno 1639. substituit Jo: Baptistam de Homicinis ut Choro serviret, cui, cum morosus Rector integrum non solvisset stipendium, in Jus vocatus fuit a Substituto, cavitque Rector de præstando servitio. Qui post hunc Beneficium illud obtinuit anno 1647. Stephanus Parti fastus est debitum esse Choro servitium in nota onerum Beneficii, quam edidit anno 1656. Primus hoc onus in dubium revocavit Dominicus Factiboni, qui coactus ab Episcopo ad servitium præstandum, appellavit, sed inde agnita justitia decreti, & veritate oneris, anno 1675. liti cessit his verbis: *quod amplius illam prosequi non intendit, sed de cætero implere voluit dictum Chori servitium, & juxta solitum quotidie continuare promisit, & se obligavit tamquam Rector*. Post hanc agnitionem declaravit servitium Chori non ex voluntate Fundatoris debitum esse, sed præstitum fuisse ex pietate præcedentium Rectorum, idemque exemplum sequutus est anno 1684. Hieronymus Suzzius, qui post Dominicum Beneficium illud obtinuit, narravitque servitium non deberi ex lege fundationis; Servitium tamen uterque semper præstiterunt, ut factum est a successoribus, nempe Jacobo della Foglia, qui ab anno 1696. ad annum usque 1726., & Cæsare Bertono, qui ab anno 1726. ad annum usque 1730. Beneficium illud tenuerunt. Post hunc Antonius Pasinius sex primis post adeptum Beneficium mensibus servitium præstitit, inde cum destitisset, notatus fuit, seu, ut ajunt, *punctatus a Capitularibus*. Sprevit ille has notas, quæ nullam ferebant pœnam, aut damnum, itaut Episcopus anno 1741. in Visitatione Sacrorum Liminum petierit solutionem Dubii: *An Rector Beneficii S. Hieronymi Primi teneretur quotidiano servitio Chori*: responsum accepit, in jus vocandum esse Rectorem. Hoc responsum in causa fuit, ut ardor Episcopi deferbuerit.

Defuncto Antonio Pasinio, Beneficium obtinuit Casimirus Molinari, qui recusans subire onus servitii Chori notatus, & ipse, *punctatusque* fuit, sed cum hac nota nihil proficeretur, Capitulum Cathedralis Ecclesiæ eum in Jus vocavit coram Eminentissimis Patribus; Auditoque jam, ut fieri solet, Episcopo, Causa nunc proponitur, disputante Capitulo servitium Choro non ex sola tantum lege Fundationum debitum esse, sed præstandum quoque a simpli-

simplicibus Beneficiariis esse, si vel statuto, vel consuetudine indictum, atque introductum fuerit, ut frequentissima docet Canonistarum sententia; Utrumque haberi in hac specie, in qua adsunt Constitutiones Capitulares, edicta Episcoporum, Decreta Synodorum Diœcesis, atque adest numquam interrupta centum annorum consuetudo, & observatio legum, atque edictorum ab anno 1555. ad annum 1656. Hæc summa est libelli dati a Capitulo. A Molinario nihil habuimus. Unum est Caput ab Amplissimis Patribus definiendum.

An Cappellanus, seu Rector Beneficii nuncupati S. Hieronymi Primi teneatur in Divinis inservire Ecclesiæ Cathedrali singulis diebus, & horis Canonicis ad instar aliorum Beneficiatorum in casu &c.

Affirmative, & amplius.

Die Sabbathi 26. Februarii 1752.

TRes, quas subjicimus, Causæ priores *in ultima* amplissimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 22. transacti mensis *Januarii* dilationem ab Eminentissimis Patribus obtinuerunt *ad hanc Congregationem*: Eos itaque rogamus, ut *Folium* illud *ultimæ Congregationis* iterum consulant, earumque Dubia, quæ nunc proponuntur, expediant.

CALLIEN. NULLITATIS TRANSACTIONIS, ET JURIUM PAROCHIALIUM, cujus duo sunt Capita. *Sess. 24. c. 13. de Ref.*

I. *An Transactio inita anno 1716. inter Capitulum, & Vicarium Curatum Ecclesiæ Cathedralis sustineatur, & obliget Successores?*

II. *An Sacrista dictæ Ecclesiæ deputatus a Capitulo possit cumulative cum dicto Vicario Curato, eoque invito, administrare Sacramenta, & se ingerere in exercitio dictæ Curæ, & cum eodem Vicario comparticipare de emolumentis incertis Parochialibus.*

Negative ad utrumque.

ALBINTIMILIEN. UNIONIS DECIMARUM, in qua quæritur. *Sess. 25. c. 12. de Ref.*

An Procurator Mensæ Episcopalis Albintimilienſis teneatur conjunctim cum Procuratore Capituli ejusdem Cathedralis colligere decimas ab octo Locis, nimirum Bordighiera, Saxo, Burghetto, Vallecroxia, Soldano, S. Blasio, & Campo Rubeo, easque integras reponere in uno, eodemque horreo, & finita recollectione, pro medietate dividere, unam pro se recipiendo, alteram vero medietatem relinquendo pro Capitulo juxta antiquum solitum, & consuetum; seu potius eidem Procuratori Mensæ Episcopalis liceat medietatem dictarum Decimarum exigere a præfatis octo Locis sejunctim a Procuratore Capituli in casu &c.

Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, & ad D. Secretarium juxta mentem.

JANUEN. CAPPELLANIARUM, cujus VII. sunt capita, *Ut videre est in transacta Congreg. diei 22. Januar.* *Sess. 23. c. 6. de Ref Sess. 25. c. 9. de Ref.*

Ad I. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. Ad II. Affirmative quoad Cappellaniam de qua in primo dubio servata forma Bullæ *Speculatoris*. Ad III. Affirmative in casu vacationis ad formam tamen testamenti.

menti. Ad IV. Affirmative. Ad V. Affirmative coram Patrono, vel ejus Procuratore. Ad VI. Nihil esse retinendum, & amplius in omnibus. Ad VII. Dilata, & ad Mentem.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

LEODIEN. INDULTI. Definita fuit hæc Causa in *Congregatione* habita *die* 28. *Augusti* anno nuper transacto 1751., duobus enim propositis Dubiis., I. An vigore indulti abessendi, de quo agitur, debeatur Canonico Thomæ Philips, licet non intervenienti, portio emolumentorum provenientium ex Anniversariis tam fixis, quam incertis, & extraordinariis in casu &c. II. An expensæ hujus litis detrahi debeant ex Massa Capitulari, seu potius, an, & qui ad illas teneantur in casu &c., *Respondit Sacrum Tribunal*: Ad primum affirmative juxta solitum: Ad secundum negative, & teneri Canonicos, qui litem moverunt,. Venit Causa post hanc definitionem ad novum Judicium, dataque fuit *in folio Congregationis* habitæ *die* 18. *Decembris* eodem anno 1751., sed placuit Eminentissimis Patribus, Capitulo dilationem postulante, rescribere *Dilata ad secundam post Reges*, Nunc igitur Causa proponitur, & respondendum est.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Non proposita.

Sess. 25. c. 1. de Ref.

HIERACEN. SPOLII: Hæc quoque Causa data fuerat *in Folio dictæ Congregationis* habitæ *die* 18. *Decembris* anno 1751., sed visum fuit Amplissimis Patribus rescribere: *Dilata ad primam post Cineres*. Obsequimur itaque eorumdem imperio, & causam hic damus, cujus duo Dubia, repetita lectione *Folii dictæ Congregationis*, poterunt expediri.

I. *An Reverendissimus Idelphonsus del Tufo olim Episcopus Hieracen. pro nunc condemnandus sit favore Capituli ad solutionem ducatorum 3461. ab eo debitorum ex causa reliquatus assis spolii bon. mem. Episcopi Diez Antecessoris juxta relationem Episcopi Oppiden. Delegati Apostolici sine tamen præjudicio aliorum Jurium dicti Capituli pro ulteriori redditione rationis assis spolii prædicti in casu &c.*

II. *An præter summam ducatorum 3461. debitorum ex causa reliquatus spolii bon. men. Episcopi Diez juxta relationem Episcopi Oppiden. condemnandus quoque sit Reverendissimus D. Idelphonsus del Tufo olim Episcopus Hieracen. ad solutionem aliorum Ducatorum 1536. ab eo debitorum vigore schedulæ exaratæ die 15. Aprilis 1730. in casu &c.*

Ad I Quoad pecunias depositatas in Monasterio, negative, & amplius. In reliquis dilata, & scribatur Episcopo juxta mentem. Ad II. Negative.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

TUDERTINA DECIMARUM: Proposita fuit hæc Causa, & definita in *Congregatione* habita *die* 23. *Augusti anno* 1749., Dubio enim primo, quod erat, An RR PP. Tertii Ordinis S. Francisci, & alia Loca Pia Terræ Massæ pro bonis quocumque titulo, & a quocumque tempore quæsitis teneantur Parochiali solvere decimas, ad quam rationem, & a quo tempore in casu &c., respondit Sacrum Tribunal, *negative*, ut in *Thes. Resolut Sac. Congreg. Vol XVIII.* Pugnam nunc adversus Patres, & alia Loca Pia instaurat victus Archipresbyter Dominicus Antonius Biaginius, & Eminentissimi Patres, repetita lectione *Folii Congregationis* habitæ *die* 17. *Junii anno* 1747., quod est *in Vol. XVI. Thesaur. Resol.*, *& Folii Congregationis habitæ die* 2. *Augusti* 1749., quod est in *d. Vol. XVIII.*, definire poterunt.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

NUL-

NULLIUS, SEU ORBITELLANA ERECTIONIS CANONICATUS: *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

Testamento, quod condidit anno 1719. Horatia Venturi Pomis Civis Orbitelli, scripto hærede Josepho Venturi Fratre, & substitutis descendentibus, his defectis substituit Floridam Pomis filiam suam, eaque defuncta, ex asse hæreditatis suæ jussit, ut erigeretur in Ecclesia Collegiata Civitatis Orbitelli Canonicatus, cujus activum Jus Patronatus spectaret ad Filios, aliosque descendentes a Florida, passivum vero pertineret ad proximiorem descendentiæ his verbis necessario apponendis,, quando vi sia in abito Clericale, ,, ed insignito almeno della prima clerical Tonsura, anzi trovandosi alcuno ,, della detta descendenza minore del settennio, ed in età puerile, ed incapace della prima Tonsura, intendo, e voglio, che quello ottenga il detto ,, Canonicato, e lo ritenga titulo seculari, fin a che si abiliti a poter ricevere la prima Tonsura, e farsi Chierico, e frattanto, ed in quel mentre ,, il Canonicato sia amministrato da un Economo &c. e questo intendo, e ,, voglio, che si offervi per legge apposta nella fondazione præsente di detto ,, Canonicato, e da autorizzarsi dall' Ordinario a suo tempo, e nel caso, ed ,, atto dell' erezzione, e da pratticarsi esattamente, ed inviolabilmente ne' ,, suoi casi, che si daranno in perpetuo, e non altrimenti.

Decessit sine liberis Joseph Venturi hæres scriptus, decessitque anno 1749. Florida Pomis, itaut venerit dies erigendi Canonicatum. Horatia igitur, Marianna, & Sulpicia filiæ Floridæ preces obtulerunt Sacro huic Tribunali, quibus postulabant, ut Eminentissimus Abbas Canonicatum erigeret, servatis, probatisque duabus conditionibus a Testatrice adjectis, ut nempe Clericus septennio non major Canonicatum obtinere posset, utque pariter illum sæculari titulo retinere posset Puer septennio minor. Auditus de hac postulatione Eminentissimus Abbas diserta epistola respondit primam legem de non majori septennio probari posse; Decretum enim Tridentini non habere locum in Beneficiis Patronatis, in quorum fundatione lex data fuit minoris ætatis, ut uno consensu tradunt *Corrad. in prax. dispens. lib. 4. cap. 1. num. 1. Vivian. de Jurepatr. lib. 6. cap. 6. num. 16., Barbos. de Offic., & Pot. Episc. alleg. 60. num. 77. par. 3. Ciarlin. controv. 53. num. 50. Antonell. de temp. leg lib. 2. tit. de annis cap. 8. Capon. discept. forens. 108. num. 90. Piton. de controv. Patron. alleg. 80. num. 2. Panimoll. decis. 89. annot. 1. num. 23.* & respondit hoc Sacrum Tribunal in *Terrulen. Erectionis Collegiatæ 9. Februarii 1696., & in Prænestina Fundationis Beneficii* data in *Folio Congregationis* habitæ *die 28. Septembris 1743. Thes. Resolut. Sac. Congreg. Vol. XII.*, & definita *die 12. Martii anno 1746.*, ut in eodem *Thesaur. Vol. XI.*

Diversum vero censuit idem Eminentissimus Abbas de altera lege, ut Canonicatum obtinere poss. nt Pueri septennio minores titulo sæculari, quod hæc repugnet naturæ, & substantiæ Beneficii, ideoque putat hoc modo faciendam esse erectionem, ut ,, reticitis verbis illis, quibus dicitur minorem se- ,, ptennio incapacem primæ Tonsuræ obtinere posse Canonicatum, & illum ,, retinere titulo sæculari, quousque pervenerit ad Clericatum, his inquam ,, omissis, in locum illorum dicatur solum, quod tali casu, videlicet exi- ,, stente Puero ante septennium, fructus Canonicatus vacantis interim, do- ,, nec Puer pervenerit ad ætatem completam septem annorum, & factus sit ,, Clericus maneant sub administratione Æconomi ab Ordinario deputandi, ,, qui, satisfactis oneribus missarum, ac aliis Canonicatui annexis, ratio- ,, nem de illis reddere debeat, postquam Puer effectus Clericus, mediante ,, expeditione Bullarum, obtinuerit investituram, & possessionem Cano- ,, catus,. Non placuit Patronis hæc ratio, & modus ab Eminentissimo Abbate propositus, qui omnino servandam esse contendunt Testatricis voluntatem de Pueris septennio minoribus, quia non repugnet naturæ, & substantiæ Beneficii, ut retineatur ex lege fundationis etiam a puero ante Tonsuram titulo sæculari administrationis, ut tradunt *Corrad. in Prax. disput.*

lib. 4. cap. 1. num. 27. Garzia de Benef. par. 1. cap. 2. num. 30. Vasquez oper. moral. de Benef. cap. 4. artic. 1. dub. 3. num 11. Bonacin. disput. 1. de horis Canon. quæst. 2. punct. 4. num. 6., Lotter. de Benefic. lib. 1. quæst. 32. num. 35. Alphons. de Leo de Offic. Cappell. quæst. 4. par. 6. Campanil. in diverf. Jur. Canon. rubr. 7. cap. 6. num. 2 Ciarlin. contr. for. lib. 1. cap. 53. num. 52. Piton. de controv. Patron. allegat. 80. num. 5., & respondit Sacra hæc Congregatio in *Derthonen.* 19. *Augusti* 1730., *& in Angelopolitana Cappellaniarum* 5. *Aprilis* 1732. *ad Dubium I.* ut in *Thesaur. Resolut. Sacr. Congregat. Vol. V. p. 317.*, & nuper in *Senogallien. Cappellaniæ proposita die 9. Maii* 1750., *& definita die* 20. *Junii eodem anno.*

Hæc Patronæ: Addunt, ut, si hæc ratio Eminentissimis Patribus non placeat, modum ab Eminentissimo Abbate propositum exequi jubeant. Dubium est.

An Canonicatus fundatus a quondam Horatia Venturi erigi debeat cum omnibus conditionibus a Fundatrice præscriptis, seu potius juxta modum ab Eminentissimo Abbate in sua informatione insinuatum in casu &c.

Non proposita.

Sess. 24. c. 1. de Ref. Matr.

ADJACEN. MATRIMONII: Captus amore, sed longe magis dote Mariæ Magdalenæ Martinenghi Puellæ Adjacensis Dominicus Gesta Calvensis, cum anno 1744. Adjacii moram traheret, falsoque jactans se unum esse ditimissimi Patrimonii hæredem, & non nisi unam domi sororem esse, nuptias cum Maria Magdalena initurum spopondit. Patrium igitur Oppidum repetiit, & mandatum dedit Francisco Antonio Astimæ consanguineo suo, ut matrimonium cum Magdalena contraheret, sed paulo post, nuptiis nondum contractis, epistolam dedit ad Procuratorem illum suum, qua hæc scripsit „ quantunque nel mandato di mia Procura fatto a V. S. per celebrare a mio nome il matrimonio *per verba de præsenti* colla Sig. Maria „ Madalena Martinenghi di codesta Città per scordanza del Notaro non vi „ sia la condizione, che prima della celebrazione se gli faccia lo sborso del „ contante dotale pattuito tra me, e la Madre, e Parenti della Sposa, av„ vertirà V. S. a non andare alla esecuzione della facoltà datale, e non si „ lasci ingannare dalle belle parole, perchè il mio consenso non vi sarà mai, „ se non prima precede il reale pagamento del denaro pattuito in conto della „ dote alle sue mani, sopra di che le protesto non acconsentire diversamen„ te, che le serva, senza farne ad altri notizie „. Epistolam hanc, quam opportune, ut diximus, connubio nondum contracto, receperat, sprevit Procurator, & matrimonium, dote non accepta, coram Parocho, & Testibus contraxit.

Paulo post initum matrimonium rescivit Maria Magdalena curtam esse Dominico Gestæ suppellectilem, tenuesque opes dividendas esse inter alterum Fratrem, duas Sorores, Amitamque, qui domi erant, rescivit Dominicus dotem solutam non fuisse. Certatum fuit epistolis, inde graves exortæ sunt inimicitiæ, quæ neque amicorum, & consanguineorum officiis, neque Theologorum consiliis componi unquam potuerunt: Atque ita matrimonium consumatum non fuit, imo cum illud pars utraque irritum, & nullum haberet, munuscula, annulos, cæteraque matrimonii causa donata alter alteri restituit, pretiumve solvit Septimus jam labitur annus a die hujus matrimonii, neque de Maria Magdalena cogitavit amplius Dominicus, neque umquam Adjacium venit. Cum alteri nubere velit Maria Magdalena, preces obtulit Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabat, ut nuptias illas nullas, atque irritas declararet. Re delata ad Amplissimos Patres auditus fuit, ut moris est, Episcopus; hic audivit Dominicum, qui pari consensu petiit nullum declarari connubium. Causa nunc proponitur, & disputat Magdalena nullum fuisse matrimonium defectu consensus Dominici ob non imple-

impletam conditionem ſuſpenſivam ſolutionis dotis ante matrimonium, & defectu pariter conſenſus Magdalenæ, quæ nonniſi ſub ea conditione contrahere voluerit, ut Dominicus dives eſſet, unamque, ut aſſerebat, ſororem haberet. Has qualitates, quæ alias ineptæ ſunt ad irritandum matrimonium, ſpectandas eſſe, ubi, ut in caſu, pro conditione ſint. Addit matrimonium numquam ratihabitum fuiſſe; neque ratihaberi potuiſſe, niſi renovato coram Parocho, & Teſtibus conſenſu.

Hæc Maria Magdalena: *a defenſore matrimonii* nihil habuimus, Dubium eſt, *An conſtet de nullitate matrimonii in caſu &c.*

Dilata, & ſcribat Defenſor Matrimonii.

TIBURTINA: Species hujus Cauſæ repetenda eſſet magna ex parte ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 27. *menſis Julii anno* 1737. *in Tyburtina Locorum Seminarii*, quod editum fuit *Vol. VIII. Theſaur. Reſolut Sac. Congreg. p.* 158. ſed, ut hoc onere levemus Ampliſſimos Patres, eamdem brevi, quantum fieri poterit, oratione hic iterum dabimus. Collegium, ſeu, ut nunc vulgo vocatur, Seminarium Tybure a ſolo extruxit anno 1635. Cardinalis Romæ Epiſcopus Tyburtinus, atque inter alia, quæ de Seminario tulit Decreta, illud legitur in *Capite*, cui Titulus *Forma dell' obligo da farſi per gl' Alunni*, ut hi manere deberent in Collegio arbitrio Epiſcopi, & donec ſtudiorum curſum conſumaverint, ideoque eorum Parentes cavere tenerentur ſe ſoluturos alimenta, uti ſolvunt *Convictores*, caſu, quo Filii ſine Epiſcopi venia diſceſſerint, *dempto tamen eo toto, quod uti Alumni uſque tunc ſolverint*. Cardinali Romæ in Epiſcopatu ſucceſſit Cardinalis Santa Crucius, qui anno 1653. ex cognitiſſima Conſtitutione Innocentii X. ſuppreſſis Monaſteriis Sanctiſſimæ Virginis de Sepulcro, & SS Colmi, & Damiani, quæ erant in Territorio Vici Vari, eorumdem Monaſteriorum redditus addixit Seminario Tyburtino, hac tamen lege, ut ex bonis, & redditibus Conventus S. Mariæ de Sepulcro unus ejuſdem Terræ Vici Vari Alumnus in Seminario retineretur, ex bonis vero Conventus SS. Coſmæ, & Damiani, quæ ea tempeſtate reddebant annua ſc. 170., *ci ſi ſtabiliſcano tanti luoghi fiſſi per gl' Aluunni di detta Terra, quanti ne capiſcono l'entrate di d. Conven.to ſuppreſſo, detratti i peſi come ſopra*. *Sess. 25. c. 13. de Ref.*

Duos Alumnos nominare conſueverat Communitas Vici Vari ad annum uſque 1737. quo tempore, cum exortæ fuiſſent inter Communitatem, & Seminarium controverſiæ, re ad hoc Sacrum Tribunal delata, propoſitum fuit *die* 17. *Junii* Dubium: *An ſervanda ſit conſuetudo retinendi in Seminario Tyburis duos tantum Alumnos Terræ Vicovarii gratis alendos, vel potius ſit locus eorum augumento, & in quo numero*, reſponditque Sacrum Tribunal: *locum eſſe augumento alterius Alumni ultra duos hactenus retentos*, ut in *Theſaur. Reſol. Sac. Congreg. Vol. VIII. p.* 118., & licet die 29 Martii anno 1738. receſſum fuerit a deciſis, die tamen 26. Septembris 1739. reſponſum fuit: *augendum eſſe numerum Alumnorum pro modo reddituum, habita ratione Taxæ ordinariæ Seminarii*, & hoc reſponſum confirmatum fuit die 25. Februarii anno 1741. reſcripto *in ultimo loco deciſis, & amplius*, ut in *Rheſ. Reſol. Vol. IX. p.* 146. *& Vol X. p.* 20. Poſt has definitiones adiit Comunitas Tribunal A. C., a quo præfinitus fuit, lata ſententia, numerus quatuor Alumnorum, qui a Communitate nominandi eſſent. Appellavit Seminarium, ſed controverſia ſopita fuit tranſactione quam probarunt hæc Sacra Congregatio, & alia Bono Regimini præpoſita. Tranſactione conventum fuit „ Che in avvenire detto Ven. Seminario de Chierici di Tivoli ad intuito „ de' beni al medeſimo applicati de' ſudetti Conventi ſoppreſi debba ritene„ re, & alimentare gratis, liberamente, e ſenza eccezzione alcuna tre „ Alunni Vicovareſi da nominarſi ſempre dalla detta Communità di Vico-

„ varo

„ varo in conformità, che per il paſſato ne ſono ſtati nominati, e reſpetti-
„ vamente ritenuti due, e così col detto accreſcimento, ed aggiunta d' un
„ altro, che coſtituiſcono il numero di trè Alunni Vicovareſi, e non al-
„ trimenti &c. „

Hac lite compoſita, nova orta eſt anno 1748. inter Epiſcopum, & Communitatem Vici Vari, Epiſcopo contendente, ut ſervaretur Decretum Cardinalis Romæ de alimentis ſolvendis, ſi a Seminario diſcedant Alumni ſine venia Epiſcopi, & ſi nubant: contra vero repugnante Communitate, ut hoc Alumnis ſuis onus adjiceretur. Communitas igitur Jure ſuo utens tres nominavit Alumnos, Epiſcopus duas tantum admiſit. Anno 1750. iterum nominavit Communitas tres Alumnos, Epiſcopus tertium rejecit, adjecitque libello hæc verba „ Atteſi i reſcritti da detta Communità fatti a favore dell' Ora-
„ tore, al preſente ſi ammetterebbe queſta nomina, mà, perchè la mede-
„ ſima Communità pretende, che il Seminario non abbia da eſſere reinte-
„ grato delle ſpeſe degl' Alunni, li quali in vece del ſeſto prendono il ſet-
„ timo Sagramento, non ſi vuole, ne ſi deve ammettere queſta nomina, ne
„ ſe ne ammetterà alcun' altra „. His viſis, confugit Communitas ad hoc Sacrum Tribunal. Auditus Epiſcopus hæc omnia faſſus eſt, & nimia profecto animi conſtantia proteſtationem emiſit in Epiſtola, qua dixit ſe nullum alium Alumnum a Communitate nominatum, vel nominandum admiſſurum, niſi Parentes obligationem in actis emittant ſolvendi alimenta, caſu, quo filii vel a Seminario diſcedant ſine venia Epiſcopi, vel ad Sacros Ordines non aſcendant. Nunc igitur Cauſa proponitur, & diſputat Communitas cuſtodiendam eſſe poſſeſſionem, in qua ipſa eſt tres Alumnos nominandi, eoſque recipiendos eſſe a Seminario ſine obligatione, quam adjicere vult Epiſcopus contra legem apertiſſimam tranſactionis initæ, in qua conventum fuit, *che debba ritenere gratis, liberamente, e ſenza eccezione alcuna*.

Nullum Jus eſſe Epiſcopo petendi hanc obligationem, quæ a Cardinali Roma exigi potuit ab iis, qui alerentur ex bonis Seminarii, & hanc eſſe rationem, ob quam eamdem obligationem emittant Alumni alii, qui in eodem Seminario ſunt, non vero exigi poteſt ab iis, qui aluntur non ex bonis, & redditibus Seminarii, ſed alienis; quales ſunt Vicovarienſes, qui aluntur in Seminario ex bonis, & redditibus Communitatis, quæ pridem illa bona contulerat in Monaſteria, & e Monaſteriis translata inde bona eadem fuerunt in Seminarium cum hoc onere alendi tres Clericos a Communitate nominandos: Alienæ autem rei legem dicere velle devium eſſe a Juris ratione; Præſertim quia, ſi hæc a Parentibus emitteretur obligatio, inanis eſſet: Cum enim decreto Cardinalis Romæ alimenta ſolvenda ſint, *dempto tamen*, ut diximus, *eo ſolo, quod uti Alumnus uſque tunc ſolverit*, conſequens manifeſtum ſit, ut nihil ſuperſit ſolvendum, quia jam alimenta ſoluta fuerunt Seminario ex redditibus, & bonis Monaſteriorum ſuppreſſorum eidem Seminario aſſignatis; itaut, niſi Epiſcopus velit duplicem ſolutionem exigere, non poſſit hanc obligationem petere, quæ ſi præſtanda eſſet teneretur Seminarium erogare aut redditus, aut pecunias, quæ ſolverentur in alimenta alterius Alumni a Communitate nominandi. Hæc Communitas, A Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis nihil habuimus. Tria ſunt Cauſæ Capita.

I. *An Ven. Seminarium Tyburis teneatur ad formam tranſactionis anni* 1745. *accipere, & retinere tres Alumnos a Communitate Vicovarii, ejuſque Trioribus nominatos, itaut ſit danda manutentio in caſu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An liceat Reverendiſſimo Epiſcopo Tyburtino arctare eoſdem Alumnos ad emittendam obligationem reficiendi alimenta Seminario in caſu, quo vel non aſcendant ad Sacros Ordines, vel ante completa ſtudia diſcedant è dicto Seminario ſine licentia Reverendiſſimi Epiſcopi*, & quatenus affirmative.

III. *An*,

III *An, & in quam causam sit eroganda summa per eosdem Alumnos vigore hujus obligationis reficienda in casu &c.*

Non proposita.

Die Sabbathi 11. Martii 1752.

SUpersunt ex *Folio ultimæ Congregationis* habitæ *die* 26. transacti mensis *Februarii* duæ priores, quas subjicimus, Causæ, ideoque rogamus Eminentissimos Patres, ut idem *Folium* ad eas definiendas iterum consulant.

NULLIUS SEU ORBITELLANA ERECTIONIS CANONICATUS, cujus Caput est. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

An Canonicatus fundatus a quondam Horatia Venturi erigi debeat cum omnibus conditionibus a Fundatrice præscriptis, seu potius juxta modum ab Eminentissimo Abbate in sua informatione insinuatum in casu &c.

Affirmative juxta Votum Emi Abbatis, & amplius.

TIBURTINA, in qua tria Dubia proponuntur. *Sess. 23. c. 18. de Ref.*

I. *An Ven. Seminarium Tyburis teneatur ad formam transactionis anno* 1745. *accipere, & retinere tres Alumnos a Communitate Vicovarii, ejusque Prioribus nominatos, itaut danda manutentio in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An liceat Reverendissimo Episcopo Tyburtino arctare eosdem Alumnos ad emittendam obligationem reficiendi alimenta Seminario in casu, quo, vel non ascendant ad Sacros Ordines, vel ante completa studia discedant e dicto Seminario sine licentia Reverendissimi Episcopi*, & quatenus affirmative.

III. *An, & in quam causam sit eroganda summa per eosdem Alumnos vigore hujus obligationis reficienda in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Affirmative. Ad III. In commodum Seminarii arbitrio Episcopi cum consilio Deputatorum, & amplius.

NEPESINA CANONICATUS: Species omnis hujus Causæ data fuit in *Folio Congregationis* habitæ *die* 18. *Decembris* transacto *anno* 1751. Causa tamen definita non fuit, & ideo poterunt Eminentissimi Patres *Folium* illud iterum consulere, ut duo, quæ proponebantur, Dubia expediant. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

I. *An electio facta in personam Sacerdotis Augustini Fantaroni substineatur in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An in futuris vacationibus per Confraternitatem S. Georgei sit deveniendum ad nominationem etiam favore Clericorum in casu &c.*

Ad I Non proposita attenta renunciatione. Ad II. Recurrat in casibus particularibus.

CELSONEN. BENEFICII: Hæc quoque Causa data fuit in eodem *Folio Congregationis diei* 18. *Decembris* 1751. errore operarum impressa titulo GERUNDEN. BENEFICII: Proposita tamen non fuit. Postulat itaque nunc Franciscus Postlis, ut Eminentissimi Patres, repetita lectione illius Folii, quod sequitur, Dubium definiant. *Sess. 22. c. 6. de Ref.*

An sit

Affirmative aucto numero Missarum arbitrio Episcopi.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

MARSICEN. RESIDENTIÆ: Definita fuit hæc Causa in *Congregatione* habita *die* 22. transacti mensis *Januarii*: Duobus enim propositis Dubiis. „ I. An Sacerdos Angelus Maria Vendetti Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ S. Victoriæ Terræ Cellarum, sive Carseolorum Marsicen. Diœcesis teneatur residere, & in eadem Collegiata una cum Archipresbytero, seu Rectore, aliisque Canonicis curam Animarum insimul administrantibus Parochialia munera exercere, atque Divinis Officiis assistere in „ casu &c. *& quatenus affirmative*. II. An, & a quo tempore idem Carr, nonicus Vendetti ob ejus absentiam teneatur restituere fructus perceptos „ Præbendæ Canonicalis, & distributiones Massæ communis in casu &c. „ respondit Sacrum Tribunal: *Ad I. negative. Ad II. Provisum in primo*. Ad novum venit nunc hæc Causa Judicium, & respondendum est.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 7. c. 8. de Ref. Sess. 21. c. 8 de Ref. Sess. 23 c. 15. de Ref. Sess. 24. c. 9. de Ref. Sess. 25. c. 11. de Regul.

NOLANA Hæc etiam Causa data fuit in eadem *Congregatione diei* 22. mensis *Januarii* transacti, sed definita non fuit, rescribentibus Eminentissimis Patribus: *Dilata & reproponatur intimato Episcopo Litteren., & præfixo novo peremptorio termino Archipresbytero*. Impletis itaque omnibus, quæ Eminentissimi Patres jusserunt, Causa nunc reproponitur, & definienda sunt IV. Capita, quæ in eadem *Congregatione* 22. *Januarii* definita non fuerunt.

I. *An &c.*

Ad I. In decisis & amplius. Ad II. Negative. Ad III., & IV. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Sess. 22. c. 6. de Ref.

MEDIOLANEN. FUNDATIONIS: Testamento quo decessit anno 1703. Cæsar Pereitus genere lanio, scriptis hæredibus quatuor filiis, iis injunxit onus centum Sacrorum singulis annis, quæ agi voluit ab Andrea filio, si Sacerdos fieret. Jus eligendi Cappellanum filiis reliquit, & descendentibus ab eis in infinitum, ita tamen, ut præferri deberent ad Sacra agenda Sacerdotes, qui a filiis descenderent. Defuncto Cæsare, cum stipendium illud centum Sacrorum satis non esset pro Patrimonio Sacro Andreæ, hic rudibus Fratribus suasit, ut fundarent perpetuam Cappellaniam *manualem*, *mercenariam*, *& vitalitiam*, qua ipse ad Sacerdotium posset ascendere. Placuit id Fratribus, & in instrumento pro dote hujus Cappellaniæ constituerunt domum cum stabulo, in qua lanienam exercent, quæque domus, & stabulum universam faciebant Patris hæreditatem. Patronatum Cappellaniæ hujus, quam fundarunt in Ecclesia seu Oratorio publico Sodalitii *S. Joannis Baptistæ ad Confalonum*, post extinctam lineam mascolinam, & fœminam Cæsaris, dederunt Priori, & Sodalibus S. Joannis Baptistæ. Onera hæc fuerunt, ut Cappellanus ultra Sacra centum ex testamento Cæsaris, alia centum annua ageret; ex his ducentis duodecim agi deberent in Ecclesia S. Joannis Baptistæ, cætera in Ecclesiis, quas vellet Andreas Cappellanus primo nominatus, & Cappellani omnes descendentes; si vero Cappellanus extraneus esset; onus haberet quotidie Sacrum agendi in eadem Ecclesia S. Joannis Baptistæ. Decessit post hanc fundationem Bernardus unus ex filiis Cæsaris, & Cappellaniæ Fundatoribus: Duo, qui supersuerunt Fratres, nempe Joannes Baptista, qui quinque habebat filias, & alter nempe Jo: Franciscus, qui septem habebat filios, quorum unus cæcus est, alter clau-

claudus, cæteræ fœminæ, cum anno 1736. summa premerentur ægestate, domum illam vendere voluerunt, sed comperto onere Cappellaniæ perpetuæ, cum alienatio fieri non potuerit, querelas moverunt contra Andream fratrem, a quo sese deceptos clamarunt, quod non aliud agere putarent, quam titulum Patrimonii, quo ad Sacerdotium ascendere posset, non vero Cappellaniam perpetuam.

Preces igitur obtulerunt Optimo Principi Clementi XII., quibus postulabant rescindi fundationem hujus Cappellaniæ, & commutari voluntatem Cæsaris, qui Sacra annua centum voluerat, in anniversarium. Data fuit de hac postulatione cognitio Amplissimis Patribus, qui; ut moris est, Eminentissimum tunc temporis Archiepiscopum audiverunt. Respondit Archiepiscopus Perettos pauperrimos esse „ & dignos commiseratione, nec propositam queri„ moniam contra Fratrem Sacerdotem inattendibilem esse, nam eorum con„ ditio non ipsis permittebat ad præmissam institutionem devenire; *satis* „ *igitur verisimile fieri*, quod a Fratre fuerint decepti sub specioso titulo, „ quod solum deserviebat pro illius promotione. *Contra vero Sodales S. Jo*„ *annis Baptistæ ad Confalonum ex mandato Amplissimorum Patrum ab eo*„ *dem Eminentissimo Archiepiscopo auditos contendere*, Missas centum ab „ eorumdem Fratrum Genitore institutas nullatenus posse deleri, prout & „ attento Jure quæsito ipsi Scholæ pro celebratione præsentanea duode„ cim Missarum in eorum Ecclesia ex institutis, & quotidiana, ubi non ad„ sint Sacerdotes ex descendentibus ab ipsis Institutoribus. ac jure ipsis re„ licto deputandi Cappellanum, quoties extinguatur familia institutorum, „ non esse in casu præstandi eorum assensum signanter, quia ipsis non con„ stabat de allegata paupertate. *Cum igitur hæc certo constaret Eminentissi*„ *mo Archiepiscopo, censuit* Oratores non esse obaudiendos, sed retentis „ Missis ab eorum Genitore dispositis, & illa portione, quæ alteri Fratri „ defuncto adscribenda est, reliquas missas aboleri posse, adeout domus alie„ nanda transeat cum prædicto onere missarum centum, & illius partis mis„ sarum, defuncti Fratris inspecta quantitate, in superius enunciata insti„ tutione stabilita, ut possint hoc modo sublevare eorum angustias, & pro„ videre indemnitati filiorum „.

Hæc fuit sententia Eminentissimi tunc temporis Archiepiscopi; Causa tamen, qua ratione ignoramus, proposita non fuit, sed dumtaxat rescriptum fuit, ut Sodales jura sua in hoc Sacro Tribunali deducerent. At cum anno 1745. magis, magisque urgeret paupertas, repetitæ fuerunt a Perettis preces, & iterum auditus fuit, qui nunc Ecclesiæ Mediolanensi præest. Eminentissimus Archiepiscopus, qui in eadem Prædecessoris sui ivit sententiam, cum & ipsi *de miserabilitate Oratorum constet*: addit solum, ut, *donec Sacerdos Andreas Peretti vivat, non possit nisi casu, quo habeat aliud supplementum, amoveri a possessione domus obligatæ pro congrua Sacerdotali*. Post hæc præfixus fuit Sodalibus terminus quadraginta dierum, ut sua Jura proponerent. Disputant nunc sorores Perettæ rescindendam esse fundationem illam defectu consensus, cum Fratres decepti fuerint ab Andrea, neque distinguendam esse portionem Bernardi, tum quia unicus actus fuit, qui non possit pro parte valere, pro parte irritus esse, tum quia eadem fuit ratio deceptionis, & defectus consensus Bernardi, quæ fuit aliorum Fratrum: Commutandam vero esse voluntatem Cæsaris, qui voluit Sacra centum, in anniversarium, aut saltem suspendendam ob tenuitatem hæreditatis, extremamque Patronorum inopiam, quibus alimenta præstanda essent ex redditu hujus Cappellaniæ, cum verisimile non fiat, ut Cæsar, si putasset filios, neptesque suas in tantam descendere posse inopiam, & paupertatem, voluisset eos hoc onere annuorum Sac. centum gravare. A Sodalibus nihil hactenus habuimus. Dubium est. *An sit locus suspens. seu potius abolitioni oneris Miss., de quibus agitur in casu &c.*

Dilata, & scribatur Emo Archiepiscopo pro nova informatione.

Sess. 22. c. 6. de Ref.

FOROSEMPRONIEN. SERVITII CHORI, ET ECCLESIÆ. Postquam pius Sacerdos Simon Oliverius suis bonis in Cathedrali Ecclesia Forosempronienſi Archidiaconatum fundaverat, ut ejusdem Ecclesiæ cultum augeret, publicis Tabulis apud Acta interpositis anno 1681. Collegio Mansionariorum ejusdem Ecclesiæ, quod tunc septem constabat, duos addidit suis pariter bonis, qui eumdem Titulum, Insignia, honores haberent, ac septem alii; his autem hæc onera adjecit „ Vuole, che assistino a tutte le funzioni „ Ecclesiastiche del Coro del Duomo di questa Città di Fosombrone tutte le „ Feste di precetto, ed in ogni tempo, che occorrerà, siano obligati assi- „ stere il Curato pro tempore di detta Catedrale nella cura dell' Anime, „ che sono sottoposte a detta Cura, così nella Città, come nelle Ville di „ detta Città, & anco di confessare nella Cathedrale sudetta tutte le Feste, „ & ogni volta saranno da Penitenti richiesti ad udire le Confessioni „ Sueverunt novi hi duo Mansionarii alia etiam munera ferre, quæ ferebant cæteri ejusdem Collegii, illudque præsertim solemnioribus anni diebus Festis, vulgo nuncupatis *di Prerogativa* servitium præstandi uti Diaconi, & Subdiaconi alteri ex tribus Dignitatibus Capituli, seu Canonico antiquiori, qui his diebus Vesperas, & Sacra solemnia agunt, Episcopo impedito. Ab hoc tamen onere Mansionarii omnes sese liberare tentarunt anno 1698., sed, coacto coram Episcopo universo Capitulo, definitum fuit eos ad hoc servitium præstandum omnino teneri. Anno 1712. sopitam hanc controversiam iterum excitarunt, sed re ad Episcopi Judicium delata, hic Decreto lato pronunciavit *resolutionem habitam in Capitulo die 7. Januarii 1698. coram ejus Prædecessore observandam fore, & esse, prout observari mandamus.*

Hoc statu rerum ventum est ad annum 1751., quo duo Mansionarii Oliverii jo: Baptista Tebaldus, & Guilius Budassius die 2. Junii protestationem in actis emiserunt non teneri ad servitium Diaconi, & Subdiaconi præstandum *in Vesperis* Festorum dierum, seu *di Prerogative*, quod hoc onus in fundatione injunctum non fuisset, appellantes, si cogerentur pœnis, & censuris, ad hoc Sacrum Tribunal Religitur ad Eminentissimos Patres delata, auditus fuit, ut fieri solet, Episcopus, & præfixus fuit Mansionariis illis terminus, ut sua Jura proponerent. Disputat nunc Promotor Fiscalis Mansionarios Oliverios ex lege fundationis teneri *ad assistere a tutte le funzioni Ecclesiastiche del Coro del Duomo tutte le Feste di precetto*. ideoque teneri hac lege ad servitium præstandum etiam in Vesperis, licet dies, quo Vesperæ agantur, Festus non sit, quia dies festus Chori, & Ecclesiæ incipit a Vesperis diei præcedentis, & finitur Vesperis diei sequentis, ut tradunt *Gonzal. in cap. 1. num. 3. de Feriis Petrus Gregor. lib. 1 partit. Jur. Canon. tit. 19. cap. 15. Reinpheſt. in Jus Canon. lib. 2. tit. 9. §. 1. num. 17. & 18. Covarr. var. resol. lib. 4. cap. 19. num. 9. Amaler. de Ordin. Antiphon. cap. 16. & Merat. ad Gavant. tom. 2. lect. 4. cap. 5. de Vesperis num. 2.* Atque hanc fuisse mentem Pii Fundatoris facile dignosci posse ex ipsius qualitate, cum esset in Dignitate Capitulari illius Ecclesiæ constitutus, Chori servitio addictus, & Ecclesiasticam disciplinam probe sciret: Urgere contra Mansionarios Episcopale decretum latum anno 1712., urgere diuturnam consuetudinem, qua omnis tollatur difficultas, si accipiatur in linea interpretativa voluntatis Fundatoris. Hæc Promotor: a Mansionariis nihil habuimus. Unum est Causæ Caput.

An Mansionarii de Oliveriis teneantur in solemnioribus anni Festivitatibus denominatis di Prerogativa *Cathedralis Forosempronii Choro interesse, & assistere in qualitate Diaconi, & Subdiaconi Dignitati, seu Canonico. Episcopo impedito, primas Vesperas celebranti in casu &c.*

Dilata ad sequentem, & interim servetur solitum.

CASA-

CASALEN. Tanto in artem Muſicam amore ferebatur Jacobus Antonius Paltrius Canonicus, & Cantor Cathedralis Eccleſiæ, ut erogaverit ſc. 3450. in extruendo Organo ejuſdem Cathedralis, obducto auro, variſque operibus, & imaginibus eo eleganter ornato; Teſtamento vero, quod ſcriplit anno 1722., pluribus relictis legatis, annuos nummos argenteos Philippæos biſcentum legavit *per ſtipendiare, e mantenere un Coro de Muſici più perfetti, che ſi potranno avere con la ſpeſa della ſudetta ſomma*, & reputans Scholam, Collegiumque Muſicorum inſtitui poſſe, onus dedit Præfecto Muſicæ *di far di tempo in tempo delli Allievi per mantenimento di detto Coro di Muſici, ed inſegnare in ſeguito a due Soggetti capaci ad imparare detta virtù*. In reliquis bonis hæredem voluit Animam ſuam, juſſitque, ut impletis, ſolutiſque legatis, reintegrari deberet hæreditas ex fructibus, qui ſupereſſent, de ſcut. 3450. erogatis in Organum, aliaque opera in Eccleſia Cathedrali, quæ inveſtiri deberent, ut ſacra agerentur; quod, ſi redditus hæreditarii non ſatis eſſent implendis legatis omnibus, voluit, *che in primo luogo per il mantenimento della prenominata Muſica ſi debbano dalli redditi di detta eredità eſtrarre ogn' anno, ed in perpetuo li ducento Filippi d' argento*; atque ita Muſicam, & Muſicos prætulit Sacrificiis. *Seſs. 25. Decr. de obſer., & evit. in Celebr. Miſs.*

Codicillis deinde eodem anno conditis, non ſolum confirmavit legatum illud Philippæorum biſcentum, ſed præſcripto, præfinitoque Muſicorum numero, & vocum qualitate, illud auxit his verbis longiuſculis quidem, ſed neceſſario apponendis, ut mens illius pleniſſime dignoſcatur „ Eſſendo, che „ io in altra mia diſpoſizione &c. abbia ordinato, che delli redditi della mia „ eredità debbanſi detrarre ogn' anno in perpetuo Filippi duecento; E con „ queſti pagarſi annualmente li Muſici, e cosi a maggior gloria di Dio „ mantenerſi la muſica per tutti li tempi a venire di buoni Soggetti compo- „ nenti un Coro perfetto della medeſima, conſiſtente in un buon Maeſtro „ di Cappella, un Soprano, un Contralto, un Baſſo, ed un Tenore, ed „ in altre parti neceſſarie di buoni Soggetti &c. ed ora abbia fatto rifleſſo, „ che forſi detto reddito delli detti Filippi annui non ſarà ſufficiente per „ mantenimento, e ſtipendio de' Muſici, per aver maſſime buoni Soggetti „ di ſufficiente capacità, ed abilità, pertanto hó penſato di accreſcere alli „ detti Filippi duecento d' argento altri Filippi ſettanta ſimili, de quali „ dieci annualmente abbiano da ſervire di ſtipendio per una perſona atta a „ levare li mantici dell' Organo, e tener netto e pulito l' Organo, e ſua „ Cantoria &c. ed il reſtante, che è ancora di Filippi 260. debba ſervire „ per mantenimento di detta Muſica, e ſtipendio de Soggetti di ſopra eſ- „ preſſi: *Confirmavit etiam onus datum Præfecto Muſicæ* di far ſcuola a due „ ſoggetti di continuo, per far de' buoni Allievi „ iterumque data prælatione legato Muſicæ, ſi legatis ſolvendis hæreditarii redditus ſatis non eſſent, Codicillos clauſit.

Nondum hiſce diſpoſitionibus ſatis conſultum reputans Muſicæ, & Muſicis, publico Inſtrumento acto die 17. Februarii anno 1724. tot cenſus activos aſſignavit, quot ſatis eſſe poſſent ad reddendos annuos illos Philippæos 270. pro Muſica conſtitutos, adjecto onere hæreditati ſuæ ſupplendi, ſi nomina illa exigi non poſſent. Deceſſit tandem hic Muſicæ amans anno 1726., & Capitulum, ac Canonici, quos hæreditatis Adminiſtratores Teſtator voluerat, preces obtulerunt Optimo, Maximoque Principi Benedicto XIII., quibus poſtularunt, ut cum Philippæi illi 270. ſatis eſſe non poſſent ad Muſicam, quam tanto ardore optaverat Teſtator, parandam, augerentur ad Philippæos 400. Data fuit Sacro huic Tribunali cognitio, auditoque Epiſcopo, qui pro augumento reſpondit, reſcriptum fuit: *Pro gratia, ſalvæ in reliquis voluntate Teſtatoris*. Cum tamen ne hi quidem Philippæi 400. ſatis eſſent ob Muſicorum, qui majori mercede conducendi erant, defectum, novis Optimo Principi Clementi XII. oblatis precibus anno 1738., novum a Capitulo petitum fuit augumentum, quam poſtulationem merito rejecit

hoc Sacrum Tribunal relcripto *gaudeat impetratis*, quod relcriptum confirmatum fuit anno 1739. Novas nunc obtulit preces Capitulum, & poſtulat facultatem ſibi dari erogandi in Muſicam alios Philippæos 300. ultra illos 400. ex redditibus hæreditariis, quoties tamen neceſſitas id ſuadeat, & alia ratione perfectus ille Muſicorum Chorus, quem Teſtator deſignavit, retineri non poſſit.

Auditus Epiſcopus reſcripſit, hæreditatem Paltriam, ſolutis jam, pluribus legatis ad vitam relictis, & facta reintegratione, quam voluit Teſtator, aſcendere ad ſcut. 26000., & redditus hujus aſſis annuos eſſe in ſcut. 1300. circiter, itaut detractis impenſis, & Philippæis illis 400. „ ſuperſint ſcuta „ 700. circiter, quæ uſque nunc a Capitulo aliquoties non ſine magna diffi„ cultate erogata fuerunt in celebratione miſſarum ob deficientiam Sacer„ dotum. *Cenſet igitur Epiſcopus Ampliſſimos Patres* Oratoris precibus in„ dulgere poſſe, ac benigniter permittere aſſignationem aliorum ſcutorum „ ſaltem trecentorum pro manutentione dicti Muſicalis Chori. *Rationes „ autem, quibus in hanc venit ſententiam, refert his verbis*, primo, quia „ videtur Teſtator præ cæteris omnibus legatis, & diſpoſitionibus, ac „ etiam Miſſarum celebrationibus prædilexiſſe præfatum Muſicæ Chorum „ &c. Secundo, quia impoſſibilis alias eſt exequutio intentionis ipſius Te„ ſtatoris, qua mandavit Præfecto Muſicæ Alumnos inſtruere præceptis Mu„ ſicæ &c. Tertio, quia detractis ex annuo proventu dictæ hæreditatis ſcu„ tis 300. pro Muſicæ Choro, præter jam aſſignata, adhuc ſcut. 400. ſuper„ ſunt pro totidem miſſarum celebratione „ quæ habet Epiſcopus, latius exequitur Capitulum longo libello, quo lecto, poterunt Emi Patres Dubium, quod ſequitur, expedire.

An ſit annuendum petitæ facultati erogandi ex redditibus hæreditatis Paltriæ juxta indigentias aliam majorem quantitatem uſque ad ſummam ſcut. 300. ultra ſcut. 400. jam aſſignata pro manutentione Chori Muſicalis in caſu &c.

Affirmative pro ſcutis trecentum durante indigentia arbitrio Epiſcopi.

Die Sabbathi 15. Aprilis 1752.

DUÆ, quæ ſubiicimus, Cauſæ, in ultima Ampliſſimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 11. tranſacti *menſis Martii* obtinuerunt, ut in *hac Congregatione* proponerentur; Rogamus igitur Eminentiſſimos Patres, ut ad eas expediendas *Folium illius Congregationis* iterum conſulant.

Seſs. 24. c. 12. de Ref.

MARSICEN. RESIDENTIÆ, cujus Dubium eſt.
An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

Seſs. 22. c. 3. de Ref.

FOROSEMPRONIEN. SERVITII CHORI, ET ECCLESIÆ in qua diſputatur.
An Manſionarii de Oliveriis teneantur in ſolemnioribus anni Feſtivitatibus de nominatis di Prerogativa *Cathedralis Foroſempronii Choro intereſſe, & aſſiſtere in qualitate Diaconi, & Subdiaconi Dignitati, ſeu Canonico, Epiſcopo impedito, primas Veſperas celebranti in caſu &c.*

Affirmative.

LEO-

LEODIEN. INDULTI: Data fuit hæc Cauſa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 25. tranſacti menſis *Februarii*, ſed propoſita non fuit. Poſtulat nunc Canonicus Philips, ut poſt tot dilationes Canonicis indultas proponatur, & Eñi Patres definiant. *Seſſ.24.cap.12. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

ALBINTIMILIEN. UNIONIS DECIMARUM: Propoſito in *Congregatione* habita *die* 26. ejuſdem menſis *Februarii* Dubio hujus Cauſæ, „ quod erat „ An Procurator Menſæ Epiſcopalis Albintimilienſis teneatur „ conjunctim cum Procuratore Capituli ejuſdem Cathedralis colligere Decimas ab octo Locis, nimirum Bordighiera, Sarco, Burghetto, Valle Croſcia, Soldano, S. Blaſio, & Campo Rubeo, eaſque integras reponere in „ uno eodemque horreo, & finita recollectione, pro medietate dividere, „ unam pro ſe recipiendo, alterum vero medietatem relinquendo pro Capitulo juxta antiquum ſolitum, & conſuetum, ſeu potius eidem Procuratori Menſæ Epiſcopalis liceat medietatem dictarum decimarum exigere a „ præfatis octo Locis ſejunctim a Procuratore Capituli in caſu &c.: *Reſpondit Sacrum Tribunal*: *Negative ad primam partem, & affirmative ad ſecundam*. Pugnam nunc inſtaurat Capitulum, & reſpondendum eſt. *Seſſ.25.cap.12. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata.

FERENTINA MEDIÆ ANNATÆ: Decreto Concilii Romani *cap. unic. de Eccleſ. ædif.*, & Conſtitutione Optimi Principis Benedicti XIII. edita poſt idem Concilium cautum fuit „ Ut per totam Italiam, & Inſulas „ adjacentes in poſterum proviſi de Parochialibus, Canonicatibus, & Beneficiis tam reſidentialibus, quam non reſidentialibus, & ſimplicibus, „ ſitis extra Eccleſias Collegiatas cujuſcumque valoris exiſtant, teneantur „ ſolvere, & reſpective deponere mediam annatam pro Fabrica Eccleſiæ „ Cathedralis: Proviſi vero de Parochialibus, Canonicatibus, & Beneficiis ſitis in Eccleſiis Collegiatis &c. itidem teneantur ſolvere, & reſpective deponere mediam annatam pro Fabrica Eccleſiæ Collegiatæ „ Poſt hanc Concilii, Sanctiſſimique Principis Conſtitutionem ſoluta ſemper fuit media annata Eccleſiæ Cathedrali Ferentini a Beneficiariis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Fluminis, quæ ſita eſt extra Oppidum Ceccani. Obtinuit nuper Laurentius Sindici Beneficium in hac Eccleſia S. Mariæ Fluminis, & licet primum ſeſe paratum monſtraverit ad ſolvendam mediam annatam, mutato tamen inde conſilio, eam ſolvere recuſavit, quod ſolutio non Eccleſiæ Cathedrali facienda ſit, ſed ipſi Eccleſiæ S. Mariæ Fluminis, quia ſit Collegiata. Re igitur delata ad Eminentiſſimos Patres, auditus fuit, ut moris eſt, Epiſcopus, qui ſecundum Capitulum Eccleſiæ ſuæ Cathedralis reſpondit. Cauſa nunc proponitur, & quæſtio omnis in una cognitione poſita eſt, an ſcilicet Eccleſia S. Mariæ Fluminis ſit Collegiata, & ſi ita Ampliſſimis Patribus videatur, recte excipit Laurentius Sindici; ſi vero Eminentiſſimi Patres cenſeant non eſſe Collegiatam, recte poſtulat Capitulum mediæ annatæ ſolutionem. *Seſſ.24.cap.14. de Ref.*

Collegiatam eſſe Eccleſiam S. Mariæ Fluminis probat his argumentis Laurentius, quod Beneficiarii Maſſam habeant comunem, quod Sabatho quolibet conveniant in Eccleſiam, & ſive per ſe ipſos, ſive per Clericos ſubſtitutos Veſperas canant, & Litanias Lauretanas, diebus vero Dominicis, Feriis quartis, & Sabathis Sacrum agant Conventuale, æſtivoque tempore cantu; quod Abbas ejuſdem Eccleſiæ duodecim ſacra canere, aliaſque Eccleſiaſticas functiones, quas longum eſſet referre, in eadem agat Eccleſia. Hæc tamen omnia non evincere

cere Eccleſiam eſſe Collegiatam reſpondet Capitulum Cathedralis, cum æque conveniant, & fieri poſſint, a qualibet Sacerdotum Congregatione, quæ Collegiata non ſit, ut ex *Card. de Luca de Juriſdict. diſc.* 13. *num.* 7., aliiſque differit Capitulum; Addit autem Collegiatam non eſſe Eccleſiam S. Mariæ Fluminis colligi poſſe certioribus argumentis, quod nempe nulla in ea ſit Canonicalis Præbenda, quod Beneficia, quæ in illa ſunt, præciſam, & perſonalem reſidentiam non requirant, quod vacua poſſeſſio non tradatur capitulariter aſſignato loco, ſeu ſtallo in Choro, & voce in Capitulo, quod nullæ ſint Conſtitutiones Capitulares, immo quod eas, quæ a Synodo Diœceſana pro Collegiatis Eccleſiis latæ fuerunt, numquam agnoſcere voluerint Beneficiarii S. Mariæ Fluminis, quod nullum habeant commune Signum, nullum Archivum. Hæc in ſuo libello Capitulum: a Beneficiariis nihil habuimus. Unum eſt Cauſæ Caput.

An Eccleſia S. Mariæ Fluminis Oppidi Ceccani prætenſa Collegiata, ejuſque Beneficiati teneantur vigore Concilii Romani in cap. unic. de Eccleſ. ædif. ſolvere mediam annatam favore Capituli Cathedralis Ferentini in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Seſſ. 24. c. 3., & 4. de Ref. Mat.

VALENTINA DISPENSATIONIS. Captus amore Mariæ Seraltæ honeſtæ, formoſæque Puellæ Joſeph Zimenes, Uxorem licet haberet, liberum tamen ſe dicens, Mariam decepit, & cum ea Matrimonium contraxit, quod inde agnita fraude, nullum, irritumque declaratum fuit Decepta, vitiataque Mulier ſeſe præbuit Franceſco Moreno, qui cum Joſepho Zimenes ſecundo, & tertio conſanguinitatis gradibus conjunctus eſt: cupiens Franciſcus Mariam Uxorem ducere, preces obtulit Sacratiſſimo Principi noſtro, quibus poſtulavit diſpenſationem *ad cauthelam*, ſi forte aliquo detinerentur impedimento, quo matrimonium contrahi non poſſet. Re delata ad Ampliſſimos Patres, auditus fuit Archiepiſcopus, qui cenſuit huic matrimonio obſtare impedimentum publicæ honeſtatis in ſecundo, & tertio gradu ortum ex matrimonio cum Joſepho Zimenes præcedenter a Maria contracto, quod nullum, irritumque declaratum fuit, non defectu conſenſus, quo caſu nullum contractum fuiſſet impedimentum, ſed ratione vinculi, idque ea ratione probat Archiepiſcopus, quod Joſeph Zimenes affectum, & voluntatem contrahendi matrimonium habere potuerit, quamvis impedimentum dirimens, quo detinebatur, optime ſciret argumento educto ex *cap. 1. de ſponſ. in VI. & ex Clement. unic. de Conſang.*

Cauſa nunc proponitur, & diſputant Maria, & Franciſcus matrimonium ſine ulla diſpenſatione contrahi poſſe, cum nullum adſit, ſive affinitatis, ſive publicæ honeſtatis impedimentum ex matrimonio contracto inter Mariam, & Joſephum Zimenes, nam illud nullum, irritumque fuiſſe dicendum eſt non ſolum ratione vinculi, ſed etiam defectu conſenſus, cum Joſeph, qui ſciebat conjugem ſuam legitimam vivere, ficte ſolum, & ſimulate, animoque tantum decipiendi Mariam conſenſum præſtitiſſe dicendum ſit; eoque amplius, quod, etſi voluiſſet ſecundo matrimonio cum Maria conſenſum præſtare, ne potuiſſet quidem, cum viva Uxore non eſſet Dominus, neque facultatem haberet hunc conſenſum præſtandi; Ceſſare vero difficultatem omnem defectu conſenſus Mariæ, ſine quo matrimonium conſiſtere non potuit, quod requirebat conſenſum utriuſque contrahentis: defeciſſe conſenſum Mariæ inficiari non poſſe, illa enim matrimonium contraxit, reputans Joſephum eſſe liberum, neque matrimonium contraxiſſet, ſi ſciviſſet uxorem habere: Erravit igitur in conditione viri, & hic error adimit conſenſum ab actu, ideoque matrimonium defectu conſenſus Mariæ nullum fuit Hæc habent Maria, & Franciſcus. Spectat ad Eminentiſſimos Patres quod ſequitur, Dubium expedire.

An Franciſcus, & Maria poſſint abſque diſpenſatione Apoſtolica invicem Matrimonium contrahere in caſu &c.

Negative, & amplius.

CON-

CONSENTINA, SEU BISINIANEN. MATRIMONIJ : Sponſalia cum Beatrice Petrelli Cive Biſinianenſi abſente, ſed pro eo ſpondente Franciſco Patre, contraxit die 7. Octobris anno 1747. Marcus Alitto Civis pariter Biſinianenſis. His ſponſalibus cognitis a Franciſco Alitto Marci Patre primo Filium cuſtodiri in Palatio Principis Biſiniani, inde ad matrimonium impediendum *nihil tranſeat* in Epiſcopali Curia apponi curavit. De vi, quæ a Patre, & Fratribus inferebatur pluries queſtus eſt ſcriptis libellis ad Epiſcopum Biſinianenſem, ejuſque Vicarium Generalem Marcus Alitto, eorum implorans authoritatem, & poſtulans, ut prævia diſpenſatione a publicis denunciationibus, matrimonium contrahi permitterent coram Sacerdote ab Epiſcopo deputando ob Parochi ſui repugnantiam. Hæc ubi Pater poſtulari a Filio reſcivit, metuens, ne impetraret, quæ poſtulabat, Filium tranſtulit in Civitatem Conſentiæ; incertum tamen eſt ex facto, qua ratione id fecerit, nam Beatrix contendit Marcum translatum fuiſſe, ut militiæ daretur, contendit militem factum fuiſſe Legionis Provincialis, cujus Tribunus erat Princeps Biſiniani, contendit in ſtatione militum detentum fuiſſe. Contra Marcus negat militiæ nomen dediſſe, negat in ſtatione militum fuiſſe, ſed apud amicum paternum; Teſtes utrinque proponuntur Illud certum eſt Marcum cum eſſet Conſentiæ, in eadem voluntate matrimonium contrahendi perſtitiſſe; petiit enim ab Epiſcopo Biſinanienſi teſtificationem ſuæ libertatis, & ſtatus liberi quam cum impetrare non poſſet, lapſis jam decem, aut duodecim diebus, quibus Biſiniano Conſentiam translatus fuerat, ſponſam accivit, eaque die 7. menſis Novembris eodem anno 1747. Conſentiam perventa, una ſimul aggreſſi ſunt Parochum Cathedralis Eccleſiæ Conſentinæ nihil talc cogitantem, & coram eo, ac Teſtibus ſolemnia matrimonii verba protulerunt *queſto è mio Marito: queſta e mia Moglie*, ut ipſe Parochus retulit, vel, ut ajunt Teſtes, *Signor Cappellano mi affido a queſto: & io mi affido a queſta*: Parochus eos increpante, & requirente, qui nam eſſent, ac excommunicationem minanti reſpondit Beatrix *meglio ſcommunicata, che ſvergognata*. *Seſſ. 24. c 1. de Ref. Matrim.*

Rem illico detulit Parochus ad Curiam Epiſcopalem, & delata quoque fuit ad Regium Tribunal, a quo ſtatim Beatrix detenta fuit, & Marcus primum in ſtatione militari detentus, inde in carceres conjectus, demum Beatrix dimiſſa Biſinianum rediit: Marco carceribus dimiſſo aſſignatum fuit pro cuſtodia Palatium Regiæ Audientiæ; nec diu in eo ſtetit libertatem aſſequutus, atque ita abductus fuit a Patre, & Fratribus Biſinianum, & in Conventu Patrum Cappuccinorum detentus, inde Neapolim conceſſit, ubi mandatum dedit impugnandi Matrimonium Procuratori judiciali in Curia Archiepiſcopali Conſentina. Proponitur etiam mandatum procuræ Beatrices ad renunciandum liti, & cauſæ, ſed contra illud dubia movet *Defenſor Matrimonii*, & de falſitate ſuſpectum habet. Quidquid hujus rei ſit, Curia Archiepiſcopalis Conſentina de validitate, vel nullitate hujus Matrimonii cognovit, ſed, dum cunctatur rem definire, Marcus preces obtulit Sacro huic Tribunali. Audito Archiepiſcopo, reſcriptum fuit die 8. Menſis Auguſti anno 1750., ut *procederet ad ulteriora, prout juris fuerit, ſervata tamen adamuſſim forma Conſtitutionis Sanctiſſimi Domini Noſtri*. Pronunciavit tandem Archiepiſcopalis Audientia validum fuiſſe Matrimonium. Appellavit Marcus, & authoritate Sacri hujus Tribunalis præfixus fuit terminus Beatrici ad jura ſua proponenda, ſed nondum venit in jus: Cauſa igitur inter Marcum Alitto, & *Defenſorem Matrimonii* proponitur. Diſputat pluribus Marci poſtulator ſponſalia nulla fuiſſe, vel ab iis recedendum eſſe, etiamſi valida dici poſſent; diſputat ſententiam Curiæ Archiepiſcopalis nullam eſſe, & injuſtam, cum Matrimonium nullum fuerit, tum quia defuerunt ſolemnia omnia, & præſertim denunciationum, tum quia defuit conſenſus contrahentium, qui coram Parocho, & Teſtibus verba de futuro matrimonio contrahendo protulerint

lerint, qualia sint, *mi affido a questo, & io mi affido a questa*, tum denique, quia defuerit proprius, & verus Parochus qualis reputari non poterat ille Cathedralis Ecclesiæ Consentinæ, neque ratione Beatricis, quæ illa ipsa die Bisiniano Consentiam advenerat, neque ratione Marci, qui antedecem, aut duodecim dies Bisiniano Consentiam traductus, neque facto, neque voluntate domicilium ullum contraxerat in Civitate Consentina.

Nullam habendam esse rationem contra disputat defensor Matrimonii, de iis, quæ contra sponsalia, quæ ex publicis Tabulis constant, & contra validitatem sententiæ Archiepiscopalis Audientiæ Consentinæ proponuntur: Matrimonium validum esse, cum scitum omnibus, perspectumque sit, defectum solemnium, & denunciationum illicitum quidem, at non irritum facere matrimonium; de consensu contrahentium in matrimonium dubitari non posse, cum uterque ultro in domum Parochi convenerit ad illud contrahendum, expressumque consensum educi ex verbis illis relatis a Parocho, *questo e mio marito*, *questa e mia moglie*, neque alio sensu accipienda esse illa, quæ referunt Testes, *mi affido a questo*, *& io mi affido a questa*, quod synonima sint ex usu Regionis illius: Rem igitur esse deducendam ad unum defectum veri Parochi: Explorati autem juris esse satis esse Parochum proprium alterutrius ex contrahentibus: Consentinum Parochum fuisse proprium Marci, qui licet paucos ante dies Bisiniano Consentiam venisset, venerat tamen, ut, ibi vellet, nollet, moraretur ut miles, neque Consentia discedere poterat, dato nomine suo militiæ, Patre aut volente, aut id agente ex condicto cum Principe Bisiniani Tribunal Legionis, ut legibus militaribus eluderet leges de libertate matrimonii contrahendi, itaut Consentinus esset Parochus necessarius Marci, qui prorsus, ac relegati, accipiendus sit, quibus licet inviti certo loco sint, ut qui carceribus obstricti sunt, licet tamen matrimonia coram Parocho carcerum, aut Loci relegationis contrahere. Hæc defensor matrimonii. Dubium est.

An constet de nullitate tam Sponsalium, quam prætensi Matrimonii in casu &c.

Negative.

Sess. 23. c. 12. de Ref.

BISUNTINA DISPENSATIONIS: Cum quatuor haberet Filios Bernardus Patornay Dufied, unumque vellet ex asse hæredem instituere, Primogenitum, quem summo amore prosequebatur, reliquos, vel Monasteriis adscribere, vel Sacris Ordinibus alligatos Ecclesiarum servitiis addicere curavit. Hos inter fuit Georgeus Franciscus, qui cum animo esset ab hoc vitæ genere aversо, nihil prætermisit imnitis, difficilisque ingenii Pater, ut eum volentem nolentem ad illud amplectendum adigeret; neque verbis, neque minis, verberibusque pepercit, itaut filius paternos lares fugere, & in vicinam domum sese recipere, atque in illa una, alteraque die latere coactus fuerit. Nec meliora erant, quæ ad vitam substentandam necessaria sunt; cibum enim non e paterna mensa, ad quam Primogenitus tantum adsidebat, sed in culina recipiebat cum servis vestes ne tempestati quidem conveniebant, hyeme siquidem frigidissima utebatur Tela, qua ne vilissimi quidem homines utuntur, itaut noctu dumtaxat e paternis laribus exire præ rubore miser filius cogeretur. Militiæ nomen dare voluit, & crudeles Terras fugere, sed rejectus fuit ob corporis brevem staturam. Tonsuram igitur Clericalem, minoresque Ordines, reluctans licet, suscepit, & inde instante tempore, quo ad Subdiaconatum ascenderet, cum omnes conatus in irritum cesserint, debuit illum Ordinem suscipere anno 1731., animo tamen, ut ipse declaravit, proponendi, cum posset, querelam nullitatis, & sane anno 1733 hanc querelam proposuit in hoc Sacro Tribunali. Datæ fuerunt, ut fieri solet, literæ ad Archiepiscopum

sum Bisuntinum, sed eum Georgeus Franciscus a Patre metueret, literas illas supprimere maluit, quas, etiamsi Archiepiscopo obtuliſſet, & metum depoſuiſſet paternum, inutiles agnovit, quod ei deeſſet pecunia ad litem agendam.

Morte tandem obita a Patre die 1. Auguſti anno 1750. rediit iterum ad hoc Sacrum Tribunal, a quo mandata fuit juriſdictio Archiepiſcopo Biſuntino, ut proceſſus judicialis confici poſſet. Rem Archiepiſcopus mandavit Præpoſito Collegiatæ Eccleſiæ S. Mauritii Civitatis Salinenſis, a quo auditi fuerunt quatuordecim Teſtes. Ex horum dictis excepimus nos, quæ ſupra retulimus. Cenſuit Præpoſitus probari metum cadentem in virum conſtantem, ex quo Georgeus Franciſcus Subdiaconatus Ordinem ſuſcipere coactus fuerit. Proceſſum tranſmiſit Archiepiſcopus, qui idem cenſuit, additque Matrem Georgei Franciſci, ut defuncti conjugis famæ forſan conſuleret, vim metumque filio illatum fateri noluiſſe. Cauſa nunc proponitur, poſtulatque Georgeus diſpenſationem a voto continentiæ, quod invitus, metuque Paterno coactus Subdiaconatus Ordinem ſuſceperit. Vim, metumque probat dictis illorum teſtium; diſputat autem ſilentium tot annorum neque ratihabitionem inducere potuiſſe, neque officere poſſe diſpenſationi, tum quia ipſe Sacrum hoc Tribunal adiit paulo poſt Ordinem ſuſceptum, tum quia durabat vivo Patre cauſa metus, tum quia pecuniæ deficiebant. Perſeveraſſe in eadem voluntate contraria etiam poſt ſuſceptum Ordinem facile poſſe dignoſci, tum quia in Ordine ſuſcepto numquam miniſtravit, tum quia ad Ordines ſuperiores numquam voluit aſcendere. Hæc Georgeus Franciſcus, A *Defenſore Ordinis* nihil habuimus. Dubium eſt.

An ſit locus diſpenſationi ſuper voto continentiæ in caſu &c.

Dilata, & ſcribat Defenſor Ordinis.

NARNIEN. Erectum fuit anno 1642. a piis quibuſdam hominibus in Oppido Stronconii Narnienſis Diœceſeos Sodalitium *Suffragii*, & quia pii illi homines partim Parochiani erant Eccleſiæ S Michaelis Archangeli, partim Eccleſiæ S. Nicolai, quæ duæ ſunt in illo Oppido Parochiales, & Collegiatæ Eccleſiæ, hinc placuit in utraque Eccleſia erectionem fieri, ſcilicet, ut in Eccleſia S. Michaelis, quæ mater eſt, & dignior, erectio fieret ad Altare Beatiſſimæ Virginis *Roſarii*. in Eccleſia vero S Nicolai ad Altare *Sanctiſſimæ Annunciationis*, & convenerunt ut Sodales, & Sodalitii Officiales in illam Eccleſiam convenirent, *dove l' Offizio generale, o Trenteſimo ſi celebrerà*, atque ita unoquoque menſe Officium generale nunc in una, nunc in alia Eccleſia, ſervata *alternativa*, actum fuit; Officium vero triginta Sacrorum, quod vocant *Trenteſimo*, in obitu alicujus Sodalis in ea actum fuit Eccleſia, in qua corpus defuncti Sodalis condiendum erat. Morem hunc, & *alternativam* probavit Epiſcopus in viſitatione acta anno 1667., decrevitque, ut utriuſque Eccleſiæ Canonici, & Presbyteri leges haſce, & Capitula Sodalitii in Officiis agendis ſervarent, & hæc *alternativa* ad hæc uſque tempora perpetuo ſervata fuit, licet anno 1670. extructum fuerit in Eccleſia Sancti Nicolai Altare ſpecialis tituli, & nominis *Animarum Purgantium*. *Seſſ. 25. cap. 4. de Ref.*

Vetuſtiſſimam hanc legem fundationis, & perpetuo obſervatam conſuetudinem agendi *alternatim* Officia in turaque Eccleſia turbarunt nuper plerique Sodales Parochiani Eccleſiæ S. Nicolai. Cum enim anno 1750. impetraſſent, ut altare, quod diximus conſtructum fuiſſe anno 1670. in Eccleſia S. Nicolai, *privilegiatum* eſſet pro triginta Sacris, ſeu *Trenteſimo*, hinc ſtatuerunt tam ſacra illa triginta, quæ pridem agebantur in ea Eccleſia, in qua defuncti Sodalis corpus tumulabatur, quam Officium generale agenda eſſe in Eccleſia S. Nicolai ad illud Altare *privilegiatum* Animarum Pur-

gantium . Rem novam non tulerunt Canonici Eccleſiæ S. Michaelis , & Sodales Parochiani ejuſdem Eccleſiæ , qui numero majores ſunt , & ditiores , aliiſque etiam qualitatibus præſtant Sodales Parochianos Eccleſiæ S. Nicolai, & ut leges fundationis , & vetuſtiſſimam conſuetudinem tuerentur , ad Epiſcopalem Audientiam Narnienſem confugerunt , a qua ita decretum fuit - *Non retardata interim executione Brevis , de quo agitur* , nempe Altaris privilegiati , *mandavit doceri de aſſerta conſuetudine* . Interim vero , cum pars major reddituum Sodalitii , qui fere omnes proveniunt e legatis, piiſque relictis Sodalium Parochianorum Eccleſiæ S. Michaelis , erogata fuerit in uſum Eccleſiæ S. Nicolai , Capitulum , & Sodales Parochiani S. Michaelis declinarunt juriſdictionem Audientiæ Epiſcopalis Narnienſis , precibuſque oblatis Sacratiſſimo Principi noſtro , impetrarunt , ut de omnibus hiſce controverſiis Eminentiſſimi Patres agnoſcerent . Audito igitur , ut fieri ſolet , Epiſcopo , Cauſa omnis tribus Capitibus collecta fuit , quæ ex his , quæ hactenus ex facto narravimus , definienda ſunt ab Ampliſſimis Patribus .

I. *An ſint alternative celebranda Officia generalia cujuslibet menſis tum in Eccleſia Collegiata S. Michaelis Archangeli , tum in altera S. Nicolai in caſu &c.*

II. *An celebratio Officiorum occaſione obitus alicujus ex Confratribus ſit facienda in poſterum in Eccleſia Parochiali cujuslibet reſpective defuncti in caſu &c.*

III. *An redditus ſuperextantes Societatis Sanctiſſimi Suffragii applicari poſſint in ſolum commodum Eccleſiæ S. Nicolai , ſeu potius proportionabiliter etiam in commodum , & neceſſitatem Eccleſiæ Parochialis S. Michaelis in caſu &c.*

Ad I. , & II. Affirmative . Ad III. Applicandos eſſe juxta Inſtitutum Societatis .

Die Sabbathi 6. Maii 1752.

Seſſ 24. cap. 14. de Ref.

FERENTINA MEDIÆ ANNATÆ : In ultima Ampliſſimi Ordinis *Congregatione* habita die 15. tranſacti menſis Aprilis Beneficiariis S. Mariæ Fluminis *dilationem* petentibus indulta fuit ab Eminentiſſimis Patribus reſponſo : *Dilata ad ſequentem* : Rogantur itaque iidem Eminentiſſimi Patres , ut Folium illius *Congregationis* iterum conſulant , & Dubium, quod ſequitur , expediant .

An Eccleſia S. Mariæ Fluminis Oppidi Ceccani prætenſa Collegiata , ejuſque Beneficiati teneantur vigore Concilii Romani in cap. unic. de Eccleſ. ædific. ſolvere mediam annatam favore Capituli Cathedralis Ferentini in caſu &c.

Affirmative , & amplius .

Seſſ. 24. cap. 1. de ref. Matr.

ADIACEN. MATRIMONII : Habetur Cauſæ hujus ſpecies in *Folio Congregationis diei* 26. tranſacti menſis *Februarii* : Proponi quidem ea die Cauſa non potuit , ſed interim rationes ſuas libello complexus eſt *Defenſor Matrimonii* , qui ſuſpectam habet Epiſtolam Dominici Feſtæ , quam dedimus *in eodem Folio* , teſtes reprobat , & purè contractum fuiſſe Matrimonium demonſtrat , ut nihil proponatur , cur validum cenſendum non ſit ; Onus igitur erit Eminentiſſimorum Patrum , repetita lectione *Folii illius Congregationis* , decernere .

An conſtet de nullitate Matrimonii in caſu &c.

Negative , & amplius .

RO-

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM: Dedimus omnem hujus Cau. *Sess. 23. c. 6 de Ref.*
sæ speciem in *Folio Congregationis* habitæ *die* 10. *Februarii anno* 1748., quod publici juris factum fuit *Vol. XVII. Thesaur Resul. Sac. Congreg.*, quodque ut iterum consulatur, rogamus Eminentissimos Patres, ne jam semel actum agamus iterum repetendo, quæ diximus. Causa IV. Capitibus collecta fuit, sed *neque in illa, neque in sequenti Congregatione* habita *die* 16. *Martii eodem anno* proponi potuit, ut in *eodem Volum. XVII. Thesaur.*; Proposita igitur fuit in *Congregatione* habita *die* 30. *ejusdem mensis Martii*. Dubia erant „ I. An sit locus apertioni oris adversus Breve san. mem. Bene„ dicti XIII. in casu &c., *& quatenus affirmative*. II. An subsidia Dota„ lia, quæ pro medietate distribuuntur hæredibus quondam Magdalenæ Pa„ ganini, & vigore dicti Brevis san. mem. Benedicti XIII. apparent assignata „ filiabus bon. mem. Felicis Trulli, debeantur Virginibus de Rubeis; *&* „ *quatenus affirmative*. III. An in casu, quo dicta subsidia non sufficiant „ pro alimentis, & Dotibus dictarum Virginum de Rubeis, quæ sunt nu„ mero sex, eisdem providendum sit pro supplemento ex altera medietate eo„ rumdem subsidiorum, quæ distribuuntur a Ven. Archiconfraternitate San„ ctissimæ Annunciatæ Urbis; *&* *quatenus negative ad II. Dubium*. IV. „ An dictis Virginibus assignanda sint dicta subsidia, quæ ut supra distri„ buuntur ab eadem Archiconfraternitate, & in qua summa pro earum qua„ libet in casu &c *His respondit Sacrum Tribunal*: Ad I., & II. Negative, „ & amplius. Ad III., & IV. Affirmative juxta mentem. *Mens vero fuit*, „ ut Eminentissimus Præfectus procederet ad exequutionem cum Eminen„ tissimo Protectore „ ut hæc responsa dignosci possunt ex eodem *Thesaur. Resol. S. Cong. Vol. XVII.*

Rediit Sodalitium ad novum Eminentissimorum Patrum Judicium, & in *Congregatione* habita *die* 3. *mensis Augusti eodem anno*, revocatis ad examen III., & IV. Dubiis, petitaque hac occasione a Virginibus Rubeis determinatione summæ alimentorum, & Dotis, Dubio, quod erat „ An sit standum, „ vel recedendum a decisis in casu &c. *Respondit Sacrum Tribunal*: In decisis, „ & amplius, & quoad summam subministrentur alimenta in scutis tribus „ menstruis pro qualibet: subsidia vero dotalia juxta earum statum, & præ„ sentem conditionem, ita tamen, ut nubentes in Domino nubant extra „ Urbem, & ad Eminentissimum Præfectum pro exequutione „ ut in *eodem Vol. XVII. Thesaur.* Post hæc Leonilda una ex his Virginibus de Rubeis nupsit in Domino in Civitate Reatis in Monasterio S. Catharinæ, & Eminentissimus Præfectus Exequutor decreto suo edito *die* 14. *Martii* anno 1749., quod tulit, citato Sodalitio „ assignavit instanti sc. 745. pro Dote, & expensis „ ad effectum solvendi Abbatissæ Ven. Monasterii S. Catharinæ Reatis &c. „ nec non alia annua scut. 10. pro livello per dictam Ven. Archiconfraterni„ tatem solvenda eidem instanti, sive ejus legitimo Procuratori „. Nuper autem Hortensia, Catharina, & Constantia filiæ Philippi Rubei, & Geltrudes, ac Victoria filiæ Vincentii Rubei, quarum favore Dubia, quæ retulimus, definivit hoc Sacrum Tribunal, oblatis precibus, postularunt ab Eminentissimis Patribus, ut *præventive* declarent, statuantque quantitatem Dotis, quam unaquæque earum consequi debeat, sive in Domino, sive in sæculo nubant, ut possint aut unum, aut alterum contrahere Matrimonium, & interim, ac donec eamdem Dotem non exigant, alimenta percipere debeant, quæ, ut diximus, a Sacro Tribunali statuta fuerunt, & assignata *in scutis tribus menstruis pro qualibet*.

Fundamentum hujus postulationis est in hac ratione, quod omnes ea ætate sint, qua qualibet possit futurum vitæ suæ statum eligere, nec tamen id perfici ab iis possit ob dotis defectum, & ob hanc causam ne post plures quidem, pluresque annos id ab ipsis perfici poterit, itaut neque Virum, neque Monasterium invenire poterunt, si Dotis constitutio protrahatur; Assignatione enim pridem factæ aliis Puellis redditus omnes absorbent Legati Pii a Pagani

no relicti : Ex illa siquidem parte dimidia Legati, cujus distributio data fuit Magdalenæ Paganini, & descendentibus ab ea, sumuntur Dotes constitutæ Sororibus Trulli, & redditus hujus dimidiæ partis ne post annos quidem triginta redire potuerunt ad libertatem. Ex altera dimidia parte, quæ ad Sodalitium pertinet, sumitur dos, & annua præstatio, seu Livellum assignata Leonildæ ex Decreto Emi Præfecti, sumuntur alimenta, quæ juxta definitionem hujus Sacri Tribunalis assignata sunt iisdem Virginibus Rubeis *in scutis tribus menstruis pro qualibet*, itaut facile intelligi possit, quid spei reliquum sit iisdem Virginibus, ut Dotes consequi possint. Æquum igitur esse, ut summa cujusque Dotis in utrumque casum nunc constituatur, ut sciat Vir, sciat Monasterium quam Dotem suo tempore consequi possint, nullumque ex præsenti Dotium determinatione Sodalitio detrimentum inferri, quod tenentur ad Dotes præstandas, solutis interim alimentis. Ad statuendam vero earumdem dotium quantitatem repetunt Virgines hæ Rubeæ exempla aliarum Dotium, quæ collecta fuerunt in eodem *Folio Congregationis* habitæ *die* 10. *Februarii anno* 1748., sæpedicti *Vol XVII Thesaur.*

Expediendum nunc igitur erit ab Eminentissimis Patribus, quod sequitur, Dubium.

An quantitas Dotium debitarum Sororibus de Rubeis sit nunc taxanda, & in qua summa, sive nubant in Domino, sive in sæculo in casu &c.

Dilata.

Sess. 25. c. 19. de Ref. VENUSINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Data fuit hæc causa in *Folio Congregationis* habitæ *die 22 mensis Januarii hujus anni*, Dubioque, quod erat: *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.* responderunt Emi Patres: *Negative*. Retractati hoc Judicium postulat nunc P. Antonius, & repetita lectione *Folii illius Congregationis*, decernendum erit.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess 24. c.13 de Ref. CAPELLEN. NULLITATIS TRANSACTIONIS, ET JURIUM PAROCHIALIUM: post longas moras, & dilationes indultas, ut extrahi possent probationes, proposita tamen fuit hæc Caus in *Congregatione* habita *die 26.* translati mensis *Februarii*, & duobus ejusdem Dubiis, quæ erant „ „ I. An transactio inita anno 1716. inter Capitulum, & Vicarium Curatum „ Ecclesiæ Cathedralis sustineatur, & obliget Successores; II. An Sacrista „ d. Ecclesiæ deputatus a Capitulo possit cumulative cum dicto Vicario Cu„ rato, eoque invito, administrare Sacramenta, & se ingerere in exercitio „ dictæ Curæ, & cum eodem Vicario comparticipare de emolumentis incer„ tis Parochialibus „ ? Responsum Sacrum Tribunal: *Negative ad utrumque*. Pugnam nunc instaurat Capitulum, & Eminentissimi Patres respondere debent.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 24. c.12. de Ref. CAMERINEN., SEU FABRIANEN. JURIS INTERESSENDI CAPITULO: Species hujus Causæ repetenda est ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 1. *Martii anno* 1749., quod publici Juris factum fuit *Vol. XVIII. Thesaur. Resolut. Sac. Congregat.* Quinque ea die Dubia proposita fuerunt: Ex his duo ad rem præsentem pertinent; Primum nempe, & secundum: Primo quæsitum fuit „ An Canonici adjuncti habere debeant vocem „ activam, & passivam in Congregationibus Capitularibus, in quibus agi-

„ tur

„ tur de rebus concernentibus Eccleſiam, Sacrarium, Cappellanos, In-
„ ſervientes? *Altero quæſitum fuit*: An Canonici adjuncti habere debent eam-
„ dem vocem activam in nominatione Canonicorum, Parochi, Cappellano-
„ rum, aliorumque Miniſtrorum Eccleſiæ „? Reſpondit his Sacrum Tribunal: *Ad I. & II. Affirmative, & amplius*. Hac definitione omnis ſublata videbatur controverſia, quæ in his oriri potuiſſe inter Canonicos veteres, qui *de Maſſa* appellantur, & novos Canonicos, quos *Adjunctos* vocant, Eccleſiæ Collegiatæ S. Nicolai Civitatis Fabriani: ſed nova nunc quæſtio orta eſt ob vacationem Canonicatus *Parretti*, nam Canonici novi, ſive *Adjuncti* vocem activam ſibi vindicant in nominatione ad hunc Canonicatum: Contra vero Prior, & Canonici veteres, ſive *de Maſſa* eos excluſos volunt a Jure ſuffragii, & nominationis,

Sebaſtianus Parretti anno 1713., quo tempore unus dumtaxat adjunctus fuerat novus Canonicatus a Didaco Merli anno 1677., ſecundum Canonicatum adjunxit, & inter leges ſive conditiones, quas adjecit, hæ duæ fuerunt: Prima „ che dopo la morte di detto Signor Parretti, le altre nomine, che do-
„ vranno farſi in qualſivoglia vacanza di detto Canonicato, ſiano, e debba-
„ no farſi dalli Signori Priore, Canonici di Maſſa, e Canonico poſſeſſore
„ del Canonicato Merli, da quali capitularmente in perpetuo debbano farſi
„ le dette nomine: *Altero vero*-- che detto Sig Nicola Anima „ (hic fuit Canonicus primus a Sebaſtiano Fundatore nominatus, ſed qui renunciavit, & ex ejus renunciatione nominatus fuit Hieronymus Gilius, cujus morte vacavit nuper Canonicatus Parretti) „ ne li ſuoi Succeſſori in detto Canonica-
„ to poſſino renunziare il Canonicato, o fare Coadjutore, e facendolo, il
„ tutto ſia nullo, perche la nomina debba eſſer ſempre per detto Capitolo, co-
„ me ſi è detto di ſopra, eccettuato le nomine riſervate „. Hinc ob has duas leges, & conditiones, quæ contrariæ videntur, cum prima nominationem dederit *al Priore, Canonici di Maſſa, e Canonico Poſſeſſore del Canonicato Merli*, ſecunda vero nominationem dederit Capitulo: *la nomina debba eſſer ſempre per detto Capitolo*, orta eſt inter veteres, novoſque Canonicos controverſia, quæ ab Eminentiſſimis Patribus nunc eſt definienda.

Urgent novi Canonici *Adjuncti* poſt fundationem Sebaſtiani Parretti rem eſſe definitam reſponſis illis Sacri hujus Tribunalis latis *die* 1. *Martii anno* 1749, & præſertim ſecundo, quo definitum fuit eos *habere vocem activam in nominatione Canonicorum*. Urgent apertam verborum diſpoſitionem, quibus Fundator monſtravit verbis illis antecedentibus *al Priore, Canonici di Maſſa, Canonico Poſſeſſore del Canonicato Merli* non intellexiſſe, niſi Capitulum, quod tunc his omnibus componebatur, dum ſequentibus verbis inquit *la nomina debba eſſer ſempre per detto Capitolo*. Urgent conjecturam voluntatis apertam admittendi ad nominationem novos Canonicos, ſi alii adjuncti fuiſſent, deductam ex reſervatione expreſſa favore *del Canonico poſſeſſore del Canonicato Merli*, qui eo tempore unus erat ex novis Canonicis, alios procul dubio vocaturus Fundator, ſi alii Canonicatus adjuncti fuiſſent; Atque his præcipuis rationibus contendunt novi Canonici hanc quæſtionem de Canonicatu *Parretti* comprehendi debere in definitione facta ab Eminentiſſimis Patribus *die* 1. *Martii anno* 1749. Contra vero Prior, & veteres Canonici ſive *de Maſſa* aliis rationibus contendunt, novos, ſive *Adjunctos* non eſſe admittendos ad Jus ſuffragii, & nominationis ad hunc Canonicatum, & his rationibus, quas novi Canonici proponunt, reſpondent.

Negant enim potuiſſe ab Eminentiſſimis Patribus comprehendi Canonicatum *Parretti* in definitione *diei* 1. *Martii* 1749., cum eo tempore de duobus tantum actum fuerit, hoc Canonicatu excepto, ut conſtare dicunt ex libellis, qui tunc dati fuerunt a Canonicis Adjunctis. Negant hunc Canonicatum Parretti comprehendi potuiſſe, quia ex lege fundationis Jus patronatus non fuit datum Capitulo, aut Canonicis S. Nicolai, quo caſu jus eſſe poſſet etiam novis Canonicis, ſive *Adjunctis*, ſed datum fuit certis perſonis nominatis

uti ſingulis *al Signor Priore, Canonici di Maſſa, e Canonico poſſeſſore del Canonicato Merli*, ideoque non ad Capitulum, ſed ad certas illas perſonas ſpectare debeat, ut tradunt *Felin. in cap. cum omnes num. 29. verſ. in dubio de conſtit. Abbas conſ. 76. num. 1. lib. 2. Lambertin. de jur. patron. par. 2. lib. 2. quæſt. 2. artic. 8. n. 75. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 211. num. 7.* Obſtare novis Canonicis conditionem illam, qua recepti fuerunt, *che non poſſano pretendere coſa alcuna dell' entrata della maſſa Capitolare*; ideoque, ſi Juſpatronatus quæſitum jam fuerat Priori, veteribus Canonicis, & Canonicatui Merli, & ſi Patronatus fructus eſt nominatio, & præſentatio, conſequens eſſe, ut nequeant novi Canonici contra legem receptionis frui hoc fructu, qui reſervatus fuit Priori, Canonicis veteribus, & Canonicatui Merli; Eoque amplius, quod dici poſſit Fundatorem diviſiſſe Patronatum hunc in voces, ideoque repugnare videatur ejus voluntati, ut dicatur reſervatum fuiſſe Capitulo, cujus una vox eſt, & ſingularis.

Nec mutare, quæ a novis Canonicis proponuntur, nam, quod Fundator dixerit *la nomina debba eſſer ſempre per detto Capitolo*, non excludere reſervationem Patronatus factam certis perſonis uti ſingulis, præſertim, cum adjecta ab eo fuerit dictio relativa *detti*, quæ ſatis explicat eum non accepiſſe vocem *Capitolo* in univerſa ſui ſignificatione, ſed relative ad certas illas perſonas, quas antecedenter deſignaverat: pari ratione nihil obeſſe, quod idem Fundator certis illis, & deſignatis perſonis dederit modum nominationis faciendæ *capitolarmente*, quia id factum dicitur, non quia omnes de Capitulo Jus habere debeant, ſed, uti illi, qui Jure ſingulari nominare debent, in unum coeant, & commodius fiat nominatio, ut explicant *Lambertin. de Jurepatron. lib. 2. par. 2. quæſt. 2. artic. 8. num. 10. Valenzuel. conſ. 167. num 17. Piton. de controv. patron. allig. 100. num. 137. & ſeq.* Neque demum officere, quod Fundator Patronatum reſervaverit favore etiam novi Canonici, qui tunc ſolus erat, Merli, quia, ſi ipſe omnes futuros Canonicos admittere voluiſſet, Patronatum reſervaſſet favore Capituli, aut Canonicorum Eccleſiæ S. Nicolai, non vero certarum perſonarum; itaut expreſſio novi Canonici non poſſit præſeferre certam conjecturam voluntatis Fundatoris vocandi eos etiam, quos ſcire non poterat, an unquam eſſent adjungendi. Hæc veteres Canonici. Dubium eſt.

An ſub reſolutione capta die 1. Martii 1749. comprehendatur etiam Canonicatus Parretti modo vacans, itaut Canonici Adjuncti habere debeant vocem activam in nominatione, & præſentatione facienda ad dictum Canonicatum, ſeu potius illa privative ſpectet ad Priorem, Canonicos antiquiores de Maſſa nuncupatos, poſſeſſorem Canonicatus Merli in caſu &c.

Affirmative ad primam, & negative ad ſecundam, & amplius.

Seſs. 22. c. 8. de Ref.

BARCHINONEN. CAPPELLANIÆ: Teſtamentariis, quas anno 1671. condidit, tabulis Antonius de Ferrany Voltor, ſcripto hærede univerſali Philippo filio Primogenito, eique quandocumque decedenti ſubſtitutis filiis, & deſcendentibus maſculis primum, inde fœminis in infinitum, hiſque omnibus deficientibus, ſubſtitutis filiis ſuis ſecundo, & tertiogenitis, eorumque pariter filiis, & deſcendentibus, poſt omnium defectum, inſtituit *ſuos hæredes univerſales*, verba ſunt teſtamenti „ Dominum Deum, & Animam „ meam, volens quod omnia Bona mea in dicto caſu per meos Manumiſſores, „ *ideſt exequutores Teſtamentarios* cum beneficio Inventarii apprehendantur, „ & illa, quæ in redditibus, vel pecunia numerabili non conſiſterent, in „ publico encantu vendantur, & illius proceſſurum una cum redditibus meæ „ hæreditatis convertatur in Dotationem tot Miſſarum, Anniverſariorum, „ & aliorum Piorum Suffragiorum, quot dici, & celebrari potuerint pro ſalute, & requie Animarum meæ, & dictæ dominæ Uxoris meæ, Parentum „ meorum, ac aliorum, pro quibus teneor, in Eccleſiis dictis Manumiſſo-

„ ribus

„ ribus meis bene viſis, & charitatis etiam ipſis Manumiſſoribus benevi-
„ ſæ „. Hanc teſtamentariam diſpoſitionem probavit inde, & confirmavit idem Antonius in univerſali donatione, quam fecit anno 1680., cum nupſit Philippus filius Primogenitus. Vita functo Antonio totius aſſis, atque hæreditatis Paternæ poſſeſſionem nactus eſt Philippus, qui teſtamento, quo deceſſit anno 1713. Patris diſpoſitionem confirmavit. Vocatis enim filiis, & deſcendentibus maſculis primum, inde fœminis, & expreſſe ſubſtituta, quoad viveret, Magdalena filia ſanctimoniali in Monaſterio *S. Petri Puellarum*, quod Sanctæ Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectum eſt hiſce verbis „ Subſti-
„ tuo, & hæredem meam univerſalem facio, & inſtituo ſupradictam domi-
„ nam Magdalenam Ferran ſanctimonialem in Monaſterio S. Petri meam iti-
„ dem filiam vita ejus naturali durante tantum „ eademque Magdalena ſanctimoniali una cum aliis nominata Exequutrice Teſtamentaria defectiſque omnibus vocatis, voluit, ut exequeretur „ teſtamentaria diſpoſitio, aut vin-
„ culum appoſitum per ſupradicto quondam Antonium Ferran Patrem in ſuo
„ ultimo teſtamento, ad quod ſe retulit „.

Defecerunt filii omnes, & deſcendentes a duobus Teſtatoribus, defecerunt Exequutores Teſtamentarii deſignati, & nominati in teſtamentis Antonii, & Philippi Ferran, una ſuperſtite ſanctimoniali Magdalena filia Philippi, & nepte Antonii. „ Hæc ſciens actiones omnes defunctorum ad hæredes tranſ-
„ mitti, & quod Manumiſſores omnes per Antonium avum ſuum nominati
„ vitam cum morte commutaverint ante exequutionem dictæ piæ diſpoſitio-
„ nis, ſuoque loco alios ſubrogatos non eſſe „ ut ejus verba ſunt, ſtatuit Antonii, ac Philippi voluntatem exequi anteveniendo tempus implementi, quod collatum fuerat in defectum omnium deſcendentium, & utriuſque lineæ maſculinæ, ac fœmininæ, idque ea, quam his verbis expreſſit, ratione vitandi „ inconvenientia, omiſſiones, & dilationes, quæ evenire ſolent in
„ piis diſpoſitionibus exequendis per extrancos Manumiſſores per Ordinarium
„ ſubrogandos forte magis affectos ad proprium lucrum ex manumiſſoria ca-
„ ptandum, quam ad defunctorum ſubventionem „. Die igitur 21. Auguſti anno 1750. prævio conſenſu, decretoque interpoſito ab Abbatiſſa publico inſtrumento Cappellaniam fundavit in Parochiali Eccleſia Monaſterii, ſervavitque ſibi, quoad viveret, Jus patronatus, & poſt mortem ſuam Abbatiſſis Monaſterii, pluribus aliis adjectis pactis, legibus, & conditionibus utilibus Monaſterio, & Monialibus; Primum Cappellanum nominavit Saterdotem Joſephum Ribert, qui poſſeſſionem novæ Cappellaniæ nactus fuit, adjunctaque Sacrorum onera implevit. Ne quid denique huic Fundationi deeſſet, eadem ſanctimonialis Magdalena Epiſcopi authoritatem, uti exempta refugiens, adiit libello Sacratiſſimum Principem noſtrum, poſtulavitque ab eo, quam ſibi ſervaverat in inſtrumento Fundationis, principalem actus confirmationem. Data fuit Ampliſſimis Patribus de hac poſtulatione cognitio, audituſque fuit, ut fieri ſolet, Epiſcopus, ſed, interim morte obita a Magdalena ſanctimoniali, Epiſcopus die 22. Aprilis anno 1751. novos Manumiſſores, ſeu Exequutores Teſtamentarios ſubrogavit, qui putantes Fundationem Cappellaniæ, quam fecit ſanctimonialis Magdalena, nullam, atque irritam eſſe, contradictores ſeſe præſtiterunt Sacerdoti Joſepho Ribert primo Cappellano a dicta ſanctimoniali Magdalena nominato, eorumque ſententiam ſequutus eſt Epiſcopus in epiſtola, quam dedit ad hoc Sacrum Tribunal.

Cauſa igitur nunc definienda proponitur, diſputatque Joſeph Ribert Cappellanus nihil proponi, cur ſuſtinenda non ſit fundatio facta a ſanctimoniali Magdalena, ſive eam ſpectemus uti hæredem, & ultimam ſubſtitutam in teſtamentis Antonii Avi, & Philippi Patris, ſive eam ſpectemus uti Exequutricem Teſtamentariam, quibus nominibus ipſa Fundationis actum exegit. Utroque enim Jure cautum eſſe primas partes in exequutione voluntatum defunctorum commiſſas, mandataſque eſſe hæredibus, qui perſonas ipſas defuncto-

functorum sustinent, ut est in *leg. si quis sepulchrum* §. *Funus autem ff. de relig. & sumpt. fun. leg. nulli vers. & si quidem Cod. de Episc. Cleric.* §. *Si quis ædificationem Authen. de Eccles. Tit. collat.* 9., ex quibus ita vulgo docent Interpretes, quod locum habet, etsi testamento datus fuerit, nominatus, & electus certus Exequutor; nisi enim a Testatore expresse vetitum fuerit hæredi, ne voluntatem suam exequatur, & nominatim ab exequutione fuerit exceptus, Jus erit hæredi voluntatem defuncti exequendi, ut uno consensu tradiderunt *Bald. in leg. hæres ff. de condict. ob caus. & in dicta leg. si nulli Cod. de Epis. & Cler. & consil.* 452. *lib.* 4. *Alexander. cons.* 105. *num.* 5. *vers. non obstat etiam lib.* 1. *Altograd. cons.* 87. *num.* 30. *vol.* 2. *Card. Thusc. pratic. concl. lit. E. conclus.* 541. *num.* 9. *Quesada disert.* 14. *num.* 40., ubi alios congregat; itaut si hæredi integrum est Testatoris voluntatem exequi, dum vivunt certi Exequutores testamento dati, nulla ratione dubitandum sit integrum magis eidem esse defuncti voluntatem exequi, cum Exequutores testamento dati mortem objerunt, ut differunt *Abbas cons.* 65. *col. fin. vers. & hoc puto verius, & cons.* 100. *col.* 2. *vers. ad secundum dubium lib.* 2. *Jacob a Canib. de exequut. ultim. volunt. par.* 2. §. *Quæro tertio num.* 5. *Mantic. de conject. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 34, *Rubeus de confus. & distinct. jur. defunct. & hæred. cap.* 19. §. 2. *num.* 23. *Gratian. discept. cap.* 941. *num.* 20.; Ideoque cum superstes esset sanctimonialis Magdalena unica hæres substituta in testamentis Antonii, & Philippi, ambigendum non sit plenissimam habuisse potestatem exequendi voluntatem Antonii a Philippo confirmatam, & silere debuisse, extante hærede, facultatem Episcopi, cui incumbit cura, & onus pias defunctorum voluntates exequendi, deficientibus dumtaxat aut hærede, aut Exequutoribus a Testatore datis, ut ex *Text. in cap. nos quidem* 3. *cap. si hæredes* 6. *& cap. tua nobis* 17. *de testament.* docent *Panormit. in dicto cap.* 3. *num.* 3. *&* 4. *Tiraquell. de privileg. piæ caus. privileg.* 149. *per tot. Oldendorp. de exeq. ultim. volunt. tit.* 2. *num.* 5. *&* 6. *Carpan. eod. tract. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 6. *& seq. Monet. de commut. ultim. vol. cap.* 3. *num.* 63.

Cum igitur explorati juris sit posse hæredem prævenire tempus a Testatore præfinitum, & renunciare beneficio sui favore introducto, exequendo, dum ipse vivit, piam defuncti voluntatem, ut uno ore tradunt *Bald. in leg. post mortem num.* 12. *vers. sed pone testator Cod. de fideicomm. Covarrur. in dicto cap. tua nobis num.* 5. *de testamen. Altograd. dicto cons.* 87. *num.* 28. *&* 29. *Castill. controvers. jur. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 1. *&* 2. *Sapin. de testamen. glos.* 28. *num.* 7. *Quesada dicta differt.* 14. *num.* 40. *Vasquez de succes. lib.* 3 §. 26. *num.* 14. *Mart. de succes. legal. par.* 4. *quæst.* 15. *num.* 1., præsertim, si mora solius hæredis gratia inducta sit a Testatore, nullique detrimentum inferatur prælata die exequutionis piæ voluntatis defuncti, ut considerant *Ancharan. cons.* 202. *in secundo dubio Mantica de conject. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 20. *Gonzalez ad reg. Cancell. de altern. gloss.* 2. *num.* 48. *ad* 53. *Ventrigl. in prax. annot.* 28. §. 1. *num.* 25. *Gratian. discept. cap.* 73. *num.* 1., sequitur, ut spectata qualitate hæreditaria sanctimonialis Magdalenæ, jure, riteque ipsa potuerit vivens exequi piam Antonii voluntatem, & Cappellaniam fundare, parique jure id facere potuerit, spectata altera qualitate Exequutricis Testamentariæ, cum non solum alii Exequutores delecti, & nominati ab Antonio, & Philippo jam defeciissent ut ex *Textu in d. cap. Religiosus* §. *ultim. de testament. in* 6. tradunt *Panormitan. in cap. Joannes num.* 4. *de testament. Bald. in dicta leg. nulli num.* 15. *Cod. de Episc. & Cleric. & cons.* 81. *per tot. lib.* 4. *Soccin. cons.* 11. *col.* 2. *lib.* 1. *Simon. de Pretis de interpret. ultim. vol. lib.* 5. *dub.* 2. *num.* 83. *Molin. de justit. & jur. tract.* 2. *disput.* 248. *vers. quando multi*, sed etiam si Exequutores alii delecti, & nominati in testamentis Antonii, & Philippi viverent adhuc, debuisset ipsa iisdem extraneis Exequutoribus præferri ob arctissimam sanguinis conjunctionem cum Testatoribus, ut docent *Bald. in leg. Imperator. ff. de pact. Roman. singul.* 533. *Tiraquell. de retract. in præfat. num.* 44. *de Pretis de intrepret. ultim. volunt. dicta*

dub. 2.

dub. 2. num. 84. Hæc, atque alia Joſeph Ribert Cappellanus in libello ſuo. A Manumiſſoribus nuper ab Epiſcopo ſubrogatis nihil hactenus habuimus. Unum eſt Cauſæ Caput.

1. *An ſuſtineatur fundatio Cappellaniæ facta a quondam Magdalena Ferran in caſu &c.*

Non propoſita.

ROMANA APPLICATIONIS MISSARUM: Cappellam in Baſilica Liberiana, ſeu S. Mariæ Majoris a Capitulo, & Canonicis obtinuerunt anno 1758. Patritius, & Conſtantinus Patritii, qui Cappellaniam in ea fundarunt, aſſignata dotis nomine domo quadam emphytheutica, quæ in Urbe ſita eſt in Regione Burgi novi, ut Cappellanus „ teneretur ibidem Miſſam celebrare quolibet die Dominico in honorem Domini Noſtri, die Mercurii „ pro defunctis, & die Sabathi in honorem B. Mariæ, nec non omnibus diebus, in quibus Miſſæ Conventuales in præfata Baſilica celebrari ſolent, & „ in aliis, quibus celebrantur Miſſæ Canonicales, teneretur intereſſe Choro cum cotta &c. toto tempore Miſſæ, & ſimiliter in Proceſſionibus Capitularibus „ quæ verba ſunt inſtrumenti. Defuncto Conſtantino, Patritius ſuperſtes nobiliorem Cappellam, mutato veteris ſitu, extruere voluit in eadem Baſilica, ſed antequam illam perficeret, & ornaret, mors eum occupavit. H inc ipſe teſtamento, quo deceſſit anno 1592., legavit eidem Cappellæ ſcut. 3000., voluitque, ut duobus millibus exigeretur opus, aliis mille Loca Montium emerentur, quorum redditus una cum redditibus domus in inſtrumento fundationis aſſignatæ erogarentur „ in una Cappellania, ovvero „ Prabenda per un Cappellano, quale debba continuamente ſervire, e celebrare in detta Cappella, con obligo ancora di dire una Meſſa delli Morti „ ogni ſettimana per ſuffraggio dell' Anima di eſſo Teſtatore, e di celebrare „ due Offizj de' Morti con la Meſſa ſolenne, uno nel giorno della Commemorazione de defonti, e l' altro nel giorno della morte di eſſo Teſtatore „. His mille empta fuerunt decem Loca Montium, quæ reddebant annua ſc. 50., itatut, adjunctis aliis annuis ſcut 12., quot deductis oneribus, reddit domus, annuus Cappellaniæ redditus eſſet tunc temporis ſcut. 62, & Cappellani ultra alia onera jam expreſſa duo tantum Sacra applicare tenebantur; ſed, diminutis, ut nemo ignorat, Locorum Montium fructibus, & penſionibus domus ceſſantibus, vel quia non locatur in illa infelici Urbis parte, vel quia conductores eas non ſolvunt, vel ſi ſolvuntur a conductoribus, abſumuntur a reparationibus, quibus perpetuo eget domus vetuſtiſſima, ſtatuit Cappellanus Gregorius Oliva ad hoc Sacrum Tribunal confugere, cum alium non habeat redditum annuum ex hac Cappellania, quam ſcut. 30. Sed eum retraxit Marchio Patritius Patritii, qui annua ſcut 6. eidem Cappellano præſtitit, ſiluitque Cappellanus. Deceſſit nuper Marchio Patritius, & teſtamento legavit „ alla Cappella di Jus patronato della mia Caſa, eretta nella „ Cappella di S. Maria Maggiore laſcio un augumento in capitale di ſcudi „ mille per compimento, & aſſicuramento della celebrazione della Meſſa „ quotidiana, e ſe vi ſarà avanzo ſufficiente, voglio, che in detta Cappella „ ſi debba celebrare un Anniverſario dentro l' ottava de morti in ſuffragio „ dell' Anima de' defonti della mia Caſa „. Ex hoc Legato orta eſt quæſtio ab Eminentiſſimis Patribus nunc definienda; deſit enim hæres Marchionis Patritii annua illa ſc 6 præſtare Cappellano, & cum quatuor Sacra qualibet hebdomada agenda eſſent in eadem Cappella ex Majorum diſpoſitionibus, & tria deficerent quotidiano Sacro, novo hoc legato tria, quæ deficiebant, Sacra addita ſunt, quæ idem hæres contendit Cappellanum *applicare* debere.

Seſs. 22. decr. de obſerv., & evit. in celebr. Miſs.

Rogatus fuit Eminentiſſimus Baſilicæ illius Archipresbyter, ut animi ſui ſententiam de hac quæſtione explicaret, & cenſuit teneri Cappellanum ad hæc tria Sacra applicanda. Cauſa nunc proponitur, & diſputat Cappellanus Marchio-

chionem Patritium legato suo nihil aliud voluisse, quam Cappellaniæ redditus ad pristinam summam scut. 62. restituere, omnemque aditum Cappellanis præpedire, ne peterent reductionem, ut metuerat ab Oliva, cui ob id solvebat annua scut. 6.: Novo igitur hoc redditu tutum reddidisse eorum, quæ a Majoribus instituta fuerant, Sacrorum numerum, & eumdem numerum implere voluisse, ut Sacra quotidie in ea Cappella agerentur; id enim liquido præseferre verba illa, quæ causam finalem legati demonstrant *per compimento, & assicuramento della celebrazione della Messa quotidiana*; ideoque simplicem *celebrationem*, non etiam *applicationem* trium Sacrorum voluisse, quia ipse non reliquerit scut. 1000. *per celebrazione della Messa*, quo casu censeretur etiam *applicationem* voluisse, sed reliquerit *un augumento in capitale di scudi* 1000. *per compimento, & assicuramento*, ex quibus verbis patet legatam hanc quantitatem accessoriam fuisse antiquiori legato; & ideo ejusdem esse naturæ, ut sicuti antiquius legatum solam *celebrationem* præsetulit, ita novum, quod in illius augumentum factum fuit, solam *celebrationem*, non etiam *applicationem* præseferre debeat, ne contra juris dispositionem accessorium, quod sequi debet naturam rei illius, cui accedit, diversa sit, imo potentior: eoque amplius, quod licet Sacri hujus Tribunalis sententia sit, ut censeatur Testatorem voluisse etiam *applicationem*, ab hac tamen sententia recedatur, si de contraria voluntate Testatoris appareat, cujus vehementissimum argumentum suppetit discretivus loquendi modus, quo usus est Marchio Patritius, qui, cum *applicationem* voluit, hanc diserte expressit -- *e se vi sarà avanzo sufficiente, voglio si debba celebrare un Anniversario in suffragio dell' anima de defonti della mia Casa*.

Accedit Marchionem Testatorem non ignorasse maximam reddituum diminutionem, quam passa fuerat Cappellania, & gravissima onera, que ferre debet Cappellanus, non ignorasse eumdem Cappellanum voluisse onerum deductionem postulare authoritate Sacri hujus Tribunalis, ut ob id præstiterit annua scut. 6., quæ præstare noluit hæres, unde ex hac scientia colligatur eum legare voluisse pro sola *celebratione*, non vero pro *applicatione* Sacrorum, alias hoc onere non prospexisset Cappellanis, sed deterioris eos, & Cappellaniam reddidisset conditionis omnibus aliis Cappellanis, & Cappellaniis, quæ in eadem Basilica sunt, quarum minima, licet minoribus oneribus Cappellani onerati sint, præstant annua scut. 60 Hæc Gregorius Oliva Cappellanus in Libello suo. Ab hærede Marchionis Patritii nihil hactenus habuimus. Dubium est.

An Cappellanus Cappellæ Patritii in Ven. Basilica S. Mariæ Majoris Vrbis vigore legati bon. mem. Marchionis Patritii de Patritiis teneatur ad solam celebrationem Missarum adjunctarum, vel potius teneatur etiam ad earumdem Missarum applicationem in casu &c.

Dilata ad primam post proximam.

Sess. 24. c. 11. de Ref. Matr.

SMIRNEN. MATRIMONII: Smirnas appulit anno 1737. Cosmus Parigi Florentinus, ubi captus amore Puellæ Magdalenæ Gratis, spe matrimonii eam compressit; utero gerentem cognoverunt consanguinei, & Cosmum ad sponsalia cum Puella contrahenda adegerunt. Uxorem Florentiæ reliquerat Cosmus, sed ut minas, & vim consanguineorum vitiatæ Puellæ fugeret, die 22. Julii eodem anno sponsalia contraxit. Post contracta sponsalia a Cosmo, decessit Florentiæ ejus Uxor, qui tamen, ante quam de morte Uxoris ob longissimam Locorum distantiam certior fieri posset, cum urgeretur a consanguineis Magdalenæ, falsam *status sui liberi* testificationem edidit coram Vicario Apostolico, & die 31. Mensis Augusti eodem anno matrimonium solemnibus verbis cum Magdalena contraxit. Sed cum sibi conscire Uxorem Florentiæ habere, statuit Pellicem deserere, & opportunam aliquam

quam expectabat occasionem, qua propositum hoc perficere posset. Simulavit igitur necesse esse, ut Bizantium pergeret, sed necesse ei fuit Magdalenam ducere, quæ noluit, ut solus discederet. Concessit igitur Bizantium, ubi commodam nactus occasionem Magdalenam deseruit, & ubinam gentium sit, an vivat adhuc, an decesserit, ignoratur. Smirnas rediit Magdalena, ubi rumor invaluerat fugitium Cosmum Uxorem habere Florentiæ. Magdalena igitur rata nullum fuisse matrimonium, quod cum eo contraxerat, novum sibi comparavit amatorem Jo: Baptistam Horologiari. Ut de hac Cosmi Uxore certior fieret Vicarius Apostolicus, literas dedit ad amicum Florentiæ incolam, qui respondit Cosmum habuisse quidem Uxorem, sed eo, quod supra diximus, tempore decessisse.

Magdalena, his cognitis, petiit a Vicario Apostolico facultatem contrahendi matrimonium cum Joanne Baptista, sed, cum eidem Vicario Apostolico non liqueret, an nullum esset matrimonium, quod ipsa contraxerat cum Cosmo Parigi, noluit Vicarius petitioni Magdalenæ indulgere; illa igitur Græco ritu matrimonium iniit cum Joanne Baptista, in cujus contubernio vivit, neque ulla spes est, ut ab eo divellatur, e quo plures filios suscepit. Huic malo medicinam parare cupiens, qui nunc præest uti Vicarius Apostolicus, preces obtulit Amplissimis Patribus, quibus postulavit, ut quid ipsi agendum esset, rescriberent, & definirent, an validum, vel nullum fuerit matrimonium inter Cosmum, & Magdalenam initum. Jussum est, ut species omnis hujus Causæ daretur *in folio*, & rationes suas libello complexa est Magdalena, quæ disputat nullum fuisse matrimonium, defectu consensus, cum Cosmus, viva adhuc Uxore sponsalia contraxerit, & mortua licet Uxore, eo tamen ejus mortem ignorante, licet sciret ægrotam esse, matrimonium contraxerit, quod nullum declarandum est, quia sine nuncio certæ mortis matrimonium contrahi non poterat. Eumdem defectum consensus nullum, irritumque reddidisse matrimonium etiam ex parte Magdalenæ, quæ putans Cosmum esse liberum juxta testificationem libertatis datam Vicario Apostolico, matrimonium contraxit, non contractura, si sciviſſet Cosmum Uxorem habere, cum igitur erraverit in conditione personæ, & error consensum adimat ab actu, dicendum sit nullum fuisse matrimonium defectu consensus utriusque contrahentis. Neque in dubium revocari posse Cosmum ignorasse mortem Uxoris, tum quia testificationem non viduitatis, sed liberi status exhibuit adulterinam, tum quia ob longissimam Locorum distantiam non potuit mortem rescire conjugis, tum quia ab hoc secundo matrimonio tamquam a crimine abhorruit, quod in causa fuit, ut Magdalenam desereret, ut probat Epistola Bizantio data ad amicum Smirnensem, in qua damnavit, quod egerat, aperuitque amico propositum fugiendi, & eam deserendi.

In his igitur circumstantiis aperte dignosci matrimonium cum Magdalena a Cosmo contractum fuisse, non quia sciret Uxorem suam defunctam fuisse, sed ut vitaret minas consanguineorum Magdalenæ, qui, cum eam utero gerere cognovissent, mortem minabantur, quam ut fugeret Cosmus, decepit consanguineos, decepit Puellam, decepitque Vicarium Apostolicum falsa testificatione libertatis, qua matrimonium contraxit; novam itaque rationem ex hoc metu a consanguineis illato educi, quæ probet nullitatem matrimonii defectu consensus. Neque ad rem pertinere dispositionem *Textus in cap. Dominus de secund. nuptiis*, nam dispositio illa succurrit conjugi decepto contra decipientem, ut si deceptus velit, cogatur decipiens stare matrimonio, ut explicant *Fagnan. in cap. ad nostram num. 7. in fin. de conjug. servar. Navarr. in manual. cap. 22. num. 23.* non vero cogit deceptum, læsumque conjugem, ut sit in matrimonio; deceptis enim, læsisque succurrendum est, non decipientibus, & lædentibus, ut tradunt *Oliver. de nullitate matrim. par. 1. fol. 46. Gratian. discept. for. cap. 849. num. 32. Vrsaya discept. Eccles. tom. 3. part. 1. §. 6. num. 36. & seqq.* Hæc Magdalenæ.

A *Defenſore Matrimonii* nihil habuimus. Dubium eſt.
An conſtet de nullitate Matrimonii in caſu &c.

Dilata, & ſcribat Defenſor Matrimonii.

Die Sabbathi 20. Maii 1752.

Seſs. 22. c. 6. de Ref.

VENUSINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: In ultima Ampliſſimi hujus Ordinis *Congregatione* habita *die 6. hujus Menſis* indulta fuit P. Antonio *dilatio ad hanc Congregationem*. Rogantur itaque Eminentiſſimi Patres, ut *folium Congregationis* habitæ *die 22. menſis Januarii hujus anni* iterum conſulant, ut Dubium, quod proponitur, expediant.
An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

Seſs. 25. c. 19. de Regul.

MEDIOLANEN. FUNDATIONIS: Dedimus omnem Cauſæ hujus ſpeciem in *folio Congregationis* habitæ *die 11. ſuperioris Menſis Martii*, Dubioque, quod proponebatur, reſpondit Sacrum Tribunal - *Dilata, & ſcribatur Eminentiſſimo Archiepiſcopo pro nova informatione*. Data fuit ad Eminentiſſimum Archiepiſcopum Epiſtola, qui reſpondit in eadem eſſe ſententia, qua fuit, cum aliam ſcripſit Epiſtolam anno 1747. Cauſa nunc proponitur, Eminentiſſimi Patres idem Dubium expedire debent.
An ſit locus ſuſpenſioni, ſeu potius abolitioni oneris Miſſarum, de quibus agitur in caſu &c.

Negative.

Seſs. 25. c. 12. de Ref.

ALBINTIMILIEN. UNIONIS DECIMARUM: Poſtulanti Capitulo Albintimilienſi dilationem in *Congregatione* habita *die 15.* tranſacti menſis *Aprilis*, indulta fuit ab Eminentiſſimis Patribus. Cum itaque nunc Cauſa proponatur, poterunt iidem Ampliſſimi Patres *folium Congregationis* habitæ *die 26. Februarii* iterum conſulere, & quod ſequitur, Dubium expedire.
An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius;

Seſs. 22. c. 8. de Ref.

TAURINEN. CELEBRATIONIS MISSÆ QUOTIDIANÆ: Teſtamento, quo deceſſit Laurentius Galliero anno 1675., relicto ſuæ hæreditatis uſufructu Violanti uxori, indictaque eidem viduitate, hæredem ſcripſit in proprietate Hoſpitale majus Civitatis Cherii, cui poteſtatem fecit „ „ immediatamente ſeguite la morte di lui Teſtatore, prender di propria ma„ no la ſomma di doppie 100. di Spagna, e quelle impiegare in qualche fon„ do ſicuro, o in altro luogo idoneo, e riſponſale, che riſpondi di un ragio„ nevole provento, e di quello ſe li facci celebrare all' Altare di San Vin„ cenzo in San Domenico di queſta Città, ſua Cappella propria, due Meſſe „ cadauna ſettimana in ſuffragio dell' anima di lui Teſtatore *ubi vero mor„ tem obiret Violantes uſufructuaria, voluit, ut tenerentur* il medemo Of„ pedale ſuo erede, e Signori Rettori, ed Officiali predetti di far celebrare „ per l' anima di detto Teſtatore, ſuoi Anteceſſori, e di detta Signora Vio„ lante ſua conſorte una Meſſa quotidiana, incluſe però le due cadauna ſet„ timana, che ſaranno incorporate, & incluſa in detta quotidiana, da cele-

„ brarſi

„ brarli all' Altare , e Cappella già detta di San Vincenzo in San Domenico , „ frá qual Meſſa quotidiana vuole , che ogn' anno il giorno del ſuo Anniver- „ ſario ſe gli faccia cantare una Meſſa grande parata all' iſteſſo Altare , la- „ sciandoſi però in tal giorno la Meſſa baſſa „ . Addidit, ut, ſi Hoſpitale, ejuſque Rectores hæc onera ſubire renuerent, hæres eſſet Monaſterium Sancti Dominici cum iiſdem oneribus .

Defuncto Teſtatore , ſepultoque in familiari ſepulcro prope Altare S. Vincentii in Eccleſia S. Dominici , Rectores Hoſpitalis tranſegerunt cum Violante, quæ , renunciato uſufructu hæreditatis ei a Viro relicto, contenta fuit certa quadam annua penſione , quoad viveret , atque ita Hoſpitale plenam hæreditatis proprietatem accepit , & quoad vixit Violantes, Sacra illa duo , quæ agi voluit Teſtator , agi curavit a Patribus Domenicanis ejuſdem Eccleſiæ S. Dominici , ſoluto iiſdem manuali ſtipendio unius julii pro quolibet Sacro . Vita vero functa Violante , impleta fuit Teſtatoris voluntas quotidiano Sacro , deputatis , electiſque ad illud agendum iiſdem Patribus ejuſdem Eccleſiæ Sancti Dominici , ſolutiſque in hanc cauſam annuis ſcut. 36., aliiſque ſcut. 4. pro uſu ſupellectilium , ut inter Rectores Hoſpitalis , & Patres conventum fuerat. Impleverunt Patres Dominicani onus hoc , quod ſuſceperant , quotidianum Sacrum agendi ad annum uſque 1701. , quo tempore P. Provincialis , inconſulto Hoſpitali , Sacrum hoc quotidianum authoritate ſua reduxit ad annua Sacra 240. , & Patres , reciperent licet ab Hoſpitali annuam conventam ſummam ſcut. 40., Sacra tamen egerunt juxta reductionem uſque ad annum 1726. , quo anno Pater alius Provincialis contraria authoritate reductionem illam delevit , veluti *illegitime factam , & ſine authoritate* , decrevitque *ſtandum eſſe novæ reductioni* , quæ Romæ fieri debebat . Patres igitur utentes facultatibus conceſſis ab Optimo , Maximoque Principe Innocentio XIII. novam fecerunt Tabellam , quam , inſciis Rectoribus Hoſpitalis , reductionem illam ad Sacra annua 240. confirmarunt , neque tamen eamdem annuam conventam quantitatem ſcut. 40. ab Hoſpitali recipere deſtiterunt .

Anno demum 1749. Rectores Hoſpitalis certiores facti de hac reductione in jus vocarunt Patres Domenicanos coram Nuncio Apoſtolico petentes reintegrationem pro Sacris, quæ acta non fuerant , & cautionem a Patribus præſtari, ut futura agerentur ; ſuſpenſo tamen inde Judicio , preces obtulerunt Sacro huic Tribunali , quibus ea , quæ in Dubiis collecta fuerunt , poſtulabant . Auditis tum Archiepiſcopo Taurinenſi , tum Nuncio Apoſtolico , Cauſa IV. Capitibus complexa fuit , quarum lectione percipi facile poterit . Dubia hæc nunc proponuntur . A Patribus Dominicanæ Familiæ nil habuimus .

I. *An celebratio Miſſæ quotidianæ relictæ a qu. Laurentio Galliero ſpectet privative ad Patres Prædicatores Civitatis Cherii , ſeu potius ſit in arbitrio Hoſpitalis majoris dictæ Civitatis ejus hæredis teſtamentarii ad eligendum Cappellanum ad nutum amovibilem , qui celebret dictam Miſſam quotidianam ad Altare S. Vincentii , ſolutis tamen utenſilibus Patribus Prædicatoribus ?* Et quatenus negative ad primam partem , & affirmative ad ſecundam .

II. *An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro gratia translationis dictæ Miſſæ quotidianæ in Altare exiſten. in ſupradicto Hoſpitali majore Civitatis Chorii juxta conditiones ?* & quatenus negative .

III. *An caſu , quo Hoſpitale nolit in poſterum eligere Cappellanum , qui celebret Miſſam quotidianam in Eccleſia PP. Prædicatorum Civitatis Cherii pro ſatisfactione legati relicti a præfato Laurentio Galliero , teneantur PP. Prædicatores dictam Miſſam quotidianam celebrare ad rationem eleemoſynæ manualis , ſeu potius teneatur dictum Hoſpitale præſtare ipſis eleemoſynam ad ratam perpetuæ ?* & quatenus affirmative ad primam partem , & negative ad ſecundam .

IV. *An iidem PP. Prædicatores , attenta eleemoſyna ad ratam manualis pro cele-*

celebratione Missæ quotidianæ sibi ipsis exsoluta usque ab anno 1681. per Hospitale, teneantur ad celebrationem Missarum hactenus non celebratarum, itaut non sustineatur reductio per ipsos facta in casu &c.

Ad primum negative ad primam partem, affirmative quoad secundam, & ad mentem, & Mens est, quod præferantur Oratores Dominicani in casu de quo agitur. Ad secundum negative. Ad tertium provisum in primo, & Elemosinam præstandam esse ad formam manualis, Ad quartam affirmative & amplius in omnibus.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

SENOGALLIEN. CANONICATUS: Præbendam Canonicalem ex universis bonis suis hæreditariis in Ecclesia Cathedrali Senogalliæ erigi jussit Christophorus Luchi testamento, quo decessit, anno 1667., & Juspatronatus tum activum, tum passivum hujus Canonicatus reliquit Genti *Soprani* his verbis „ „ la che nomina, e presentazione di esso Canonicato spetti al Sig. Corallo, e ne „ abbia lui jus, e la facoltà, ancorchè volesse nominare se stesso, con questa „ condizione però, che dopo se debba nominare, come ora io nomino, e „ presento il primogenito della Familia de' Signori Soprani di questa Città, „ e non volendo detto primogenito ricevere detta nomina, voglio che sia „ chiamato, nominato, e presentato l' altro nato &c. ancorchè infante, e „ così in mancanza per morte, o altra causa, gradatamente vadi seguitan- „ do, finochè vi saranno figli maschi legittimi, o del Sig. Gregorio, o del „ Sig. Pietro Andrea, o del Sig. Corallo Soprani, o de loro descendenti, & „ *casu, quo horum aliquis non posset*, o per incapacità, o altra impotenza „ nominare se stesso, e non vi fosse alcun altro, *jussit, ut hic proximiorem* „ *nominaret, defectaque tandem Gente hac* Soprani, *jus nominandi reliquit* „ *Communitati Senogalliæ; In alia vero testamenti parte de patronatu hæc* „ *habuit*: Intendo, che questa nomina appartenga al primogenito della sud- „ detta Familia de Signori Soprani sempre di maggiore età anche infante „ colle condizioni sopradette, e che possano presentare ancora se stessi in eser- „ citare questo jus, mediante i loro Tutori, e Curatori, liberandoli dal re- „ citare l' offizio fino alli venti anni, ma non dalla celebrazione delle Messe „ da farsi per mezzo d' altri Sacerdoti „. Defuncto Testatore, præstitoque a Capitulo Cathedralis Ecclesiæ consensu, Canonicatus cum legibus, & conditionibus a Testatore datis a Vicario Generali, cui Episcopus Jurisdictionem mandaverat, erectus fuit.

Post varias vices, pluresque personas, quas longum, atque inutile esset referre, Juspatronatus hujus Canonicatus venit in Gregorium Soprani, qui anno 1737. præsentavit Clericum Ubaldum Baldassinium, qui, cum exactis jam annis 25. ætatis suæ, ad Sacros Ordines non ascenderet, controversiam habuit cum Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Senogalliæ, cui mens est, ut vel Canonicatum dimittere, vel Sacros Ordines suscipere teneatur. Cum alia omnia sentiret Canonicus Baldassinius, delata res est ad hoc Sacrum Tribunal. Auditus fuit Episcopus Senogallienſis, qui refert Capitulum expresse fassum fuisse, nullum sibi, & Canonicis detrimentum inferri, si Baldassinius in statu Clericali permaneat, dummodo Chori, Sacrorum conventualium, aliaque onera per alium impleantur. Ipse vero dubius est, incertusque, neque sententiam aperit suam in hac causa, in qua in contrarias partes abierunt *Piton. de controv. Patron. alleg.* 80., *& Rota coram Lancett. decis.* 592. Cum itaque nunc proponatur, definienda ea quæstio est, an ex verbis, quæ dedimus, testamenti Christophori Luchi colligatur ejus voluntas, ut Canonicatus, quem erigi voluit in Ecclesia Cathedrali Senogalliæ, non esset Sacerdotalis, sed simpliciter Clericalis. Ubaldus, cui favet Patronus, ex illa testamentaria dispositione disputat Canonicatum non esse Sacerdotalem, & urget optimam cujusque obscuræ legis interpretem consuetudi-

nem,

nem, ex qua monſtrat Canonicatum hunc ſimplicibus Clericis ſemper collatum fuiſſe, qui ad Sacros Ordines numquam aſcenderunt, immo ex ipſis Literis Apoſtolicis conſtare hunc Canonicatum *nullum Sacrum Ordinem annexum habere*: objectum ab Epiſcopo, & a *deciſione Lancettæ* diluit libello ſuo, a quo facta omnia, & rationes, quæ in Cauſa ſunt, cognoſcere poterunt Emi Patres, nam a Promotore Fiſcali nihil hactenus habuimus. Dubium eſt.

An Canonicatus de Jure patronatus de Luchis ſit tantum Clericalis in caſu &c.

Non propoſita.

TREVIREN. FRUCTUUM: Ad præcidendas controverſias, quæ ſæpius agitabantur inter hæredes defunctorum Canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ S. Florini Civitatis Confluentiæ, & novos Canonicos ob fructus Canonicatuum Statuto condito anno 1588 ab Archiepiſcopo Trevirenſi Joanne a Schoenembergh, pluribus aliis ſucceſſoribus Archiepiſcopis confirmato cautum fuit his verbis „ Quia ſæpe orta eſt controverſia quibuſnam Canonicis „ e vita migrantibus cedere adhuc debeant fructus ſuæ, dum viverent, Præ„ bendæ: Ut ergo litium, & ſcandolorum tollantur ſemina, ſtatuimus, quod „ Canonicus noſtræ Eccleſiæ, qui ante plenum finem primarum Veſperarum „ reſidentialis Feſti S. Joannis e vivis exceſſerit, omnibus proventibus poſt „ idem Feſtum obventuris carere debeat; ſi uſque ad finem primarum Veſ„ perarum ſupervixerit, quibuſcumque poſtea tempore, mente, die, hora „ ipſum hunc diem Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ ſequentibus deceſſerit, „ integros fructus eo anno perventuros, tam in bladis, quam in vino (quo„ tidianis tamen diſtributionibus, & præſentiis exceptis) Capitularem etiam „ portionem conſequatur „. Ex hoc Statuto ortam fuiſſe ajunt conſuetudinem pluſquam centenarii temporis diuturnitate firmatam, ut ſi poſt Feſtum S. Joannis Canonicus aliquis decederet, defuncti hæredes portionem fructuum Canonicatus acciperent; Si Vicarius præter eam portionem, etiam fructus Vicariæ: ſi demum Decanus, portiones duas, nempe alteram Canonicatus, alteram Decanatus, idque præcipue obſervatum fuiſſe in obitu trium Decanorum *Finger*, *Hoatheim*, *& Senheim*, qui ante poſtremum *ab Ehrencron* deceſſerunt: Idemque obſervatum fuiſſe in obitu Canonicorum, qui Subdecani, Scholaſtici, & Cuſtodes fuerant. *Seſs. 24. c. 14. de Ref.*

Obiit anno 1749. ante Feſtum S Joannis Baptiſtæ Canonicus Decanus ab Ebrencron, & licet Canonicus Jaeger cenſuerit fructus hæredibus defuncti debitos eſſe, vix tamen Decanatus Dignitatem aſſequutus fuit, eos hæredibus denegavit ea ratione, quod ſtatutum non de Decanis, ſed de Canonicis verba faceret. Aditus ab hæredibus, Eminentiſſimus Archiepiſcopus, & Elector Trevirenſis reſpondit ſtatutum de Canonicis loqui, & ita accipiendum eſſe, non de Decanis, & fructibus Decanatus, & ſi qua irrepſit conſuetudo, tollendam eſſe, ideoque conſtituit „ quod non in præſenti tantum modernum „ Dominum Decanum S. Florini concernente, ſed & in ſingulis hujuſmodi „ apud cæteras Eccleſias Collegiatas ſuæ Archidiœceſeos, obventuris caſi„ bus, hæredibus decedentium Decanorum de redditibus Decanalibus nihil „ ultra, quam pro rata ſervitii competere debeat „. Provocarunt hæredes ad Tribunal A. C., emiſſa tamen proteſtatione, qua declararunt eos nolle legem, quæ futuris caſibus proſpiciebat, impugnare, ſed definitionem tantum, qua novus Decanus abſolvebatur a fructibus præſtandis juxta Statutum, & conſuetudinem hæredibus defuncti. Decreto tamen R. P. D Auditoris Sanctiſſimi Cauſæ cognitio mandata fuit Eminentiſſimis Patribus, eaque duobus complexa Capitibus nunc proponitur, quorum alterum, cum reſpiciat legem latam pro futuris caſibus, non impugnatur ab hæredibus defuncti Decani. Hi igitur Statuti diſpoſitionem urgent; urgent diuturnam, & plus quam centenariam conſuetudinem, quæ vicem legis obtinere debeat, præſertim

tim cum Canonici omnes, atque ipſe Jaeger ſacramento præſtito Statutorum, & conſuetudinum obſervantiam. Urgent ſimilia Statuta, & conſuetudines aliarum Eccleſiarum Archidiœceſeos Trevirenſis, & præſertim S. Caſtoris Confluentiæ, & S. Paulini ad Treviros.

Neque obeſſe diſputant, quod Statutum de Canonicis, non de Decanis, verba faciat, quia cauſa finalis in ipſo Statuto expreſſa, *ut litium, & ſcandalorum tollantur ſemina*, cum latior ſit verbis, & æque conveniat Decanis, ac Canonicis, faciat, ut Statuti dipoſitio Decanos comprehendat, licet verbis non expreſſos. Hæc atque alia addunt hæredes. A Decano Jaeger, & Promotore Fiſcali Curiæ Archiepiſcopalis nihil habuimus. Dubia ſunt.

I. *An fructus ſecundæ portionis Canonicalis ratione Decanatus aſſignati Canonico Decano in Collegiata Eccleſia ad S. Florinum Confluentiæ, & decurſi a die Feſtivitatis S. Joannis Baptiſtæ anni 1749. uſque ad eamdem diem anni 1750. debeantur hæredibus bo. me. Decani ab Ehrencron in caſu &c.*

II. *An pro tempore futuro ſervanda ſit ordinatio Emi Archiepiſcopi, & Electoris, ſeu potius conſuetudo in caſu &c.*

Dilata ad primam Menſis Julii. In reliquis ad D. Secretarium.

Seſs 24. c. 1. de Ref. Matr.

PANORMITANA: Poſt annos plurimos connubii, ex quo Filium ſuſceperunt jam Matrimonio copulatum, perfectioris vitæ ſtudio ducti Franciſcus Pignocco, & Anna Maria Gaudecia, ſolemne caſtitatis votum emittere cupiunt, & cum neuter Clauſtra Monaſterii ingredi poſſit, tum gravis ætatis annorum 67., tum habitualium, quibus laborant, ægritudinum cauſa, habeantque ades proprias ſatis amplias, quas cum Filio uxorato incolunt, ſtatuerunt Vir ad Sacerdotium aſcendere, Mulier nomen dare inter Tertiarias Ordinis S Auguſtini, aut alterius Ordinis: Hoc deſiderium explicarunt Archiepiſcopo, cui jurejurando affirmarunt „ fere quindecim ab „ hinc annis, caſtam vitam *duxiſſe. Utriuſque vocationem* per longum tem„ poris ſpatium probare *voluit Archiepiſcopus, ac denique*, cum totum „ eſſe verum ex quamplurimis fide dignis acceperit, tum quoad mores, & „ probitatem utriuſque, cum quoad habitationem, & facultates, quibus „ Nobilium more vitam traducunt, & conſtantes eſſe in ſua voluntate co„ gnoverit, ut recurſum ad Sacratiſſimum Principem haberent, eiſdem im„ poſuit „. Preces igitur Sacratiſſimo Principi noſtro obtulerunt, a quo data fuit hac de re cognitio Amplifſimis Patribus. Auctus fuit Archiepiſcopus, a quo ea accepimus, quæ hactenus retulimus. Urgent igitur Conjuges nulli dubium eſſe id licere conjugibus, difficultates vero dumtaxat verſari in quæſtione, an in ſæculo, & ſtatu ſæculari vir remanere poſſit, vel potius uterque Monaſterium ingredi teneantur, & ſi in ſæculo remanere poſſint, an valeant in una domo habitare. Textus enim *in Can. Epiſcopus diſtinct. 77. & in cap. cum ſit. de converſ. Conjugat.* permanentiæ in ſæculo repugnare videntur; Ait namque *cap. cum ſis* „ Sanctorum Patrum Conſtitu„ tioni eſſe contrarium, ut vir uxore ſua, aut uxor viro ejus non aſſumente „ Religionis habitum, debent ad Religionem tranſire, inde eſt, quod au„ thoritate Apoſtolica prohibemus, ne in Epiſcopatu tuo virum, aut uxo„ rem, niſi uterque ad Religionem migraverit, tranſire permittas „ ubi *Gloſſ. verbo conſtitutioni* alia jura congregavit.

Horum tamen jurium diſpoſitio locum habet, ubi uxor juvenis ſit, periculum adſit incontinentiæ, ſecus vero, ubi uxor ſenex ſit, & conjux, qui ſæculo remanet, quinquagenario major ſit, ut ſenilem ætatem ad hunc effectum conſtituunt communi conſenſu Canoniſtæ allati a *Barboſ., Anaclet. Reinfeſt., & Fagnan. in d. cap. cum ſis, & Sanch. de Matrim. lib. 7. diſput. 32. num. 16.*; hoc enim caſu, cum ceſſet quælibet incontinentiæ ſuſpicio, ſatis eſt votum caſtitatis, ut uterque, vel alteruter remanere poſſit in ſæculo,

ut ex *Textu in dicto cap. cum sis*, ibi „ Verum, si ita uxor senex est, & „ sterilis, quod sine suspicione possit esse in sæculo, dissimulare poteris, ut „ ea in sæculo remanente, & castitatem promittente, ad Religionem tran„ seat vir ejusdem, & in cap. 1. cap. conjugatus cap. si uxoratus eodem tit. „ de convers. conjugat. „ distinguunt *Gloss. in can. si quis 27 quæst. 2. verb. castimoniam*, *Innocent. Hostiens. & Abbas in dicto cap. conjugatus*, ubi late *Fagnan.* & plurimi collecti *a Sanchez dicto lib. 7. disput. 39. num. 6.* Cum igitur, & de utriusque conjugis consensu, & de senili eorum ætate, cum annum agant supra sexagesimum septimum, dubitari non possit ex testificatione Archiepiscopi, dissimulandum sit, neque sit requirendum, ut Claustra Monasteriorum ingredi debeant, in quæ ob gravem eorum ætatem, & habituales ægritudines fortasse non reciperentur; Eademque distinctione tolli aliam difficultatem de cohabitatione in una domo, quoties enim conjuges senes sint, & absit omnis de incontinentia suspicio, satis est cubiculum sequestrare, ut ex *Textu in can. volumus dist. 81.* probant *itidem Hugo*, *Archidiacon. & Turrecrem.* aliique allati a *Sanchez dicta disput. 39. num. 8.* Similis equidem petitio facta fuit Sacro huic Tribunali anno 1728. in Causa *Veronen.*, quæ numquam definita fuit, ut Eminentissimi Patres dignoscere poterunt ex *Thesaur. resol. Sac. Congregat. Vol. IV.* sed longe dissimilis ea species erat, cum ageretur de viro, qui ætatem 40. annorum, & de uxore, quæ 24. ætatis annum agebant, & filios habebant adhuc infantes. Contra vero, sequenti anno 1749., eadem postulatio probata fuit ab hoc Sacro Tribunali in *Cephaluden.*, licet Rosarius Gallo, & Antonia Federico conjuges viridioris essent ætatis Pignocco, & Gaudecia, & hæc Sacri hujus Tribunalis definitio probata fuit ab optimo Maximoque Pontifice Benedicto XIII., cujus Apostolicæ Literæ ad Episcopum Cephaludensem proponuntur. Pertinet tamen ad Eminentissimos Patres decernere, qua ratione respondendum sit Dubio.

An sit locus dispensationi in casu &c.

Affirmative dummodo habitent in separatis Domibus.

IMOLEN.: Testamento, quod scripsit anno 1732. Canonicus Joseph Sylva Imolensis, hæredes esse voluit Joannem Baptistam fratrem, Elisabeth, & Juliam sorores. His deficientibus substituit Advocatum *Jo: Paulum Borelli*, Parochos *S. Jacobi*, *& SS. Pauli*, *& Donati*, Archipresbyterum *S. Laurentii*, & Rectorem *Collegii Societatis Jesu Imolensis* (quibus in codicillis addidit alios tres *Sebastianum Vespignani*, *Jacobum Pegni*, *& Clementem Morini*) quos *hæredes Fiduciarios* nuncupavit, voluitque, ut hi redditus omnes hæreditatis suæ erogarent in dotes pauperibus Puellis, dandas hac lege „ che comparendo qualche Giovane, la quale si giustificasse attinente al „ Signor Testatore per linea paterna, o materna, debba questa, o queste „ esser sempre preferite all' altre, e se le debba assegnare di dote scudi 50.: „ non essendovi poi persone attinenti, dovranno le doti esser distribuite, „ & assegnate da dd. Signori Fiduciarii ad altre povere Giovani d' Imola, „ che fossero per monacarsi, o maritarsi colla tradizione rispetto a questa di „ scudi 40. „. Hanc dotium distributionem fieri voluit secretis hæredum Fiduciariorum suffragiis, utque dotes eæ ferrent Puellæ, quæ plurima haberent suffragia. Hæredibus etiam Fiduciariis aliud onus dedit duplex separatum faciendi multiplicum pro duabus separatis dotibus *in perpetuum* conferendis, altera nempe danda Puellæ piæ domus *delle Donzelle d' Imola*, altera danda Puellæ *della pia Casa de Mendicanti d' Imola*. Cum autem ejus hæreditas magna ex parte censibus componeretur, voluit, ut si eorum sortes restituerentur „ per ogni capitale, che sarà restituito, siano distribuiti „ scudi dieci in elemosina a poveri da elegersi ad arbitrio de Signori Fidu„ ciarii, e scudi venti in far celebrare tante Messe &c. lo che debba

Sess. 22. c. 6. de Ref.

„ eſſer ripetito, e ſempre eſeguito, ogni qual volta ſaranno reſtituiti ca-
„ pitali fino al fine, ed ultimazione de medeſimi. Il reſiduo poi di detti Ca-
„ pitali, e frutti reſpettivamente, ogni qualvolta, e fino che ve ne ſaran-
„ no, vuole e commanda, che ſia erogato in dotare tante zitelle povere, e
„ nubili di eſſa Cittá d' Imola da eleggerſi da eſſi Signori Fiduciarii „. Po-
teſtatem denique fecit iiſdem hæredibus Fiduciariis, ſi forte nollent hoc onus ſuſcipere, alios nominandi, qui & ipſi poſſent iterum, & ſemper alios nominare, penes quos rerum hæreditariarum adminiſtratio eſſet, & jus nominandi Puellas.

Hoc teſtamento deceſſit Canonicus Joſeph anno 1736., nec diu ſuperſtites fuerunt primi hæredes, itaut anno 1748. integra hæreditas ad hæredes Fiduciarios pervenit. Hi ſecum animo reputantes opus hoc pium brevi duraturum, ſi quæ voluit Teſtator ea teſtamenti parte, qua de ſortium reſtitutione egit, obſervarentur, uno conſenſu ſtatuerunt petendam eſſe voluntatis commutationem. Preces igitur Sacratiſſimo Principi noſtro obtulerunt tria poſtulantes, *Primum*, ut ipſis liceret ſortes cenſuum hæreditariorum, ſi reſtituantur, iterum inveſtire, ut pium hoc opus dotium diſtribuendarum perpetuum ſit; *Alterum*, ut his ſubſidiis dotalibus conſulatur etiam Puellis pauperibus, quæ ſunt in Ordine Civico, & Nobilium, aucta nempe quantitate illa dotium, quam Teſtator conſtituit in ſcut. 40., ſcilicet, ut fiat cumulus fructuum, ex quibus detur dos ſcut. 500. Puellæ Nobili, alia ſcut. 300. Puellæ in ordine Civico, & demum octo dotes ſcut. 50. totidem Puellis ultimi Ordinis; *Tertium* ut jus hæredis Fiduciarii perpetuum ſit in hæredibus præſentium hæredum Fiduciariorum, qui Laici ſunt, id præcipue requirente natura pii operis, ſi fiat perpetuum. Data fuit de hac poſtulatione cognitio Ampliſſimis Patribus. Auditus Epiſcopus, commutationem voluntatis, quam hæredes Fiduciarii poſtulant, indulgendam cenſuit, ut perpetuum fiat beneficium, quod Teſtator *temporaneum forſan inconſulto* ſtatuerat, utque conſulatur paupertati Puellarum Ordinis Civium, & Nobilium, cum „ Puellis „ egenis infimæ conditionis ſatis conſultum ſit a pluribus Locis Piis ſimilia „ ſubſidia quotannis tribuentibus: *contra vero* cæteris Puellis honeſtæ, & „ nobilis conditionis nec unum ſubſidium ejuſmodi tribuendum reperiatur; „ *ſervandam tamen eſſe, ait, quantum fieri poteſt Teſtatoris voluntatem,* „ *& ideo putavit*, ex annuo fructu partem aliquam annuatim in celebratione Miſſarum pro ſuffragio animæ Teſtatoris, videlicet unius Miſſæ qualibet hebdomada erogandam eſſe, & aliam partem ſcut. 20. uno quoque anno diſtribuendam partim in egenorum, partim in carceratorum ſubſidium. „ *Hinc non probat quantitatem, quam in dotes diſtribuendas ſtatuerunt* „ *hæredes Fiduciarii, ſed diſtribuendas credidit*, habito reſpectu ad ſtatum „ hæreditarium, ſcilicet ſcut. 400. pro Nobilibus, pro Civibus ſcut. 200., „ ac pro cæteris infimi generis ſcut. 50. data prælatione Puellis Teſtatori „ conjunctis. *Addit, ut* ea ſint, ſive in Domino, ſive ſæculo nubant, in„ fra terminum unius anni tribuenda, quo termino tranſacto, alteri Puellæ „ ejuſdem gradus, ſi non nubant, aſſignari debeant, & fructus interea de„ ponantur, ut, ſi qui remaneant, completo ſubſidio, cæteriſque piis ope„ ribus ſatisfactis, uniantur aliis ſequenti anno exigendis. *Demum in ea fuit* „ *ſententia, ut jus Fiduciæ ad deſcendentes ex hæredibus Fiduciariis Lai„ cis præſentibus tranſeat, ea tamen conditione*, dummodo approbatio „ Epiſcopi concurrat, cui cum facillime eorum qualitates innoteſcant, „ num approbatio, vel reprobatio conveniat, tuto ſciet, ac tali me„ thodo Teſtatoris menti ſatisfiet, qui dignos, & capaces eligi vo„ luit „.

Hæc Epiſcopus, cujus ſententia, qua parte diſcors eſt a poſtulationibus, cum non placuerit hæredibus Fiduciariis, hinc in eorum Libello poſtulant commutationem voluntatis Teſtatoris, ſed diſputant contra ea, quæ ab Epiſcopo propoſita ſunt. Videant igitur Eminentiſſimi Patres.

An, & quomodo sit annuendum precibus hæredum Fiduciariorum qu. Canonici Sylva in casu &c.

Negative in omnibus.

SULMONEN. CANONICATUS THEOLOGALIS: Cum vacasset anno 1750. Canonicatus, & Præbenda in Ecclesia Cathedrali Sulmonensi, Episcopus, qui eo tempore Romæ erat animo reputans Summorum Pontificum, & Conciliorum Constitutionibus cautum esse, ut in Ecclesiis Cathedralibus Præbenda constituatur, & deputetur pro Lectoribus Sacræ Theologiæ, qui Sacram Scripturam exponant, & interpretentur per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum Substitutum ab Episcopis eligendum, statuit hanc vacantem Præbendam constituere pro Lectore Sacræ Scripturæ, quo Cathedralis Ecclesia sua carebat. Collato igitur consilio cum R P.D Datario, nam Canonicatus illius collatio ad Datariam Apostolicam pertinebat, ita res composita fuit, ut Canonicatus cum onere Lectionis Sacræ Scripturæ conferretur. Canonicatum hunc obtinuit Sacerdos Carolus Ferri, & in Literis Apostolicis hæc diserte expressa fuerunt „ Attento, quod in primodicta „ Ecclesia, ut asseritur, Canonicatus, & Theologalis nuncupata Præben- „ da hactenus minime erecti, & instituti fuerunt, volumus, quod Tu, quam- „ diu Canonicatum, & Præbendam prædictas obtinueris, absque tamen „ onere suscipiendi gradum Magisterii in Theologia, ad lectionem, expo- „ sitionem, & interpretationem Sacræ Scripturæ tenearis, prout Canonica- „ tus, & Præbendas Theologales aliarum Ecclesiarum Cathedralium obti- „ nentes ex Concilii Tridentini decreto obligati sunt. *Literas hasce Apo- „ stolicas exhibuit Carolus Vicario Generali, petiitque earum exequutio- „ nem. Vicarius decrevit* fore, & esse debitæ exequutioni demandandas „ juxta ipsarum seriem, & tenorem, & signanter cum onere lectionem, ex- „ positionem, & interpretationem Sacræ Scripturæ statis temporibus peragen- „ di ad formam Sac. Concilii Tridentini. *Sess. 5. cap. 1. de Ref.*

Pridie vero, quam Carolus Canonicatus possessionem acciperet, protestationem emisit, qua declaravit Canonicatum non habere redditum annuum scut. 60 monetæ Romanæ, qui pro congrua Theologalis Præbendæ constitutus fuit ab Optimo, Maximoque Pontifice Benedicto XIII. in Constitutione sua, cujus initium est *Pastoralis officii* edita post *Concil. Roman. num.* 2. ideoque protestatus est *di non esser egli tenuto fi attanto all' adempimento del decreto*, nec nisi hac ratione, pactoque Canonicatus possessionem accipere velle. Vicarius Generalis, audita hac protestatione, eum a possessione Canonicatus repulit, donec de implendis oneribus quæ in Literis Apostolicis erant, obligationem emitteret, & de ejus protestatione decrevit *haberi eam rationem, quæ de jure habenda erat*. Certiorem fecit Episcopus hac de re R. P. D. Datarium, qui respondit Carolum ab agnito onere nulla ratione sese excusare posse. Episcopus igitur Canonicatum hunc in Theologalem erexit, ea addita lege, ut materia Sacræ Scripturæ a Canonico exponenda eligi deberet ab Episcopo, utque Canonicus Theologus per se ipsum onus hoc implere deberet, neque alterum posse substituere. Appellavit Carolus tum ab erectione Canonicatus hujus in Theologalem, tum a Decreto Vicarii Generalis, & preces obtulit Sacratissimo Principi nostro, quibus narravit defectum redditum, postulavitque, ut donec unione beneficiorum non fieret redditus ille in Constitutione Benedictina præfinitus, ipse ad lectionem, & interpretationem Sacræ Scripturæ compelli non posset, utque interim Canonicatus possessionem posset accipere; facta vero unione simplicium Beneficiorum, perventoque redditu ad constitutam quantitatem, postulavit, ut in ejus esset potestate electio materiæ exponendæ, utque ei liceret alium substituere ex legitima causa.

Data fuit de hac postulatione cognitio Amplissimis Patribus, & cum interim

obiiſſet Epiſcopus, auditus fuit Vicarius Capitularis, qui, ut ei mandatum fuerat, rem detulit ad Capitulum. Reſpondit Capitulum difficultatibus, quas moverat Carolus in precibus, & diſpunctis omnibus partitis, diligentiſſimo calculo monſtravit primos decem Canonicos percipere annuos ducatos 69. 80., reliquos vero duos percipere annuos ducatos 67. 41., „ præter alios „ incertos in prædictis ſummis non computatos, & præter diſtributiones, „ quas Canonicus Theologus percipere in ſumma ducatorum ſeptem, veluti „ præſens eſſet ſtatutis anni Feſtis ad lectionem addictis, *quæ Vicarii verba „ ſunt, qui addit ſententiam ſuam his verbis*, licet Conſtitutio Benedicti- „ na expoſcat pro Canonico Theologo Præbendam ſc. 60., nihilominus Præ- „ bendam ducatorum 60. hujus Regni, quæ ipſi Carolo obveniret, tenuis „ quidem, aut inſufficiens æſtimanda non erit, attenta potiſſimum quali- „ tate Loci, quæ in aliis caſibus eſt regula ad congruam vitæ ſubſtentatio- „ nem „. Cauſa igitur omnis IV. Capitibus collecta fuit, & diſputat Capitulum contra Carolum teneri eum ad implendum onus lectionis, licet redditus non ſint in ſumma a Conſtitutione Benedictina conſtituti; Materiam Sacræ Scripturæ exponendam non eſſe a Canonico Theologo eligendam, ſed ab Epiſcopo, neque poſſe eumdem Canonicum eligere Subſtitutum, ſed teneri per ſe ipſum Sacram Scripturam interpretari. A Carolo nihil habuimus. Dubia ſunt.

I. *An proviſus cum onere explicandi Scripturam Sacram appoſito in Literis Apoſtolicis teneatur tale onus implere, quatenus redditus Canonicatus non aſcendant ad congruam*, & quatenus negative.

II. *An congrua ſupplenda ſit juxta quantitatem ducatorum, vel ſcutorum ſexaginta monetæ Romanæ, deductis oneribus in caſu &c.*

III. *An materia Sacræ lectionis ſit in arbitrio Canonici Theologi, ſeu potius deſignanda ab Ordinario in caſu &c.*

IV. *An Canonicus Theologus poſſit eligere Subſtitutum, ſeu potius teneatur ſemper per ſe ipſum ad applicationem Sacræ lectionis in caſu &c.*

Ad primum affirmative, & amplius. In reliquis audiatur novus Epiſcopus.

Die Sabbathi 17. Junii 1752.

Seſſ. 23. c. 12. de Ref. BISUNTINA DISPENSATIONIS: Rogamus Eminentiſſimos Patres, ut *Folium Congregationis habitæ die* 15. ſuperioris *Menſis Aprilis* iterum conſulant, cum ea die reſcriptum fuerit huic Cauſæ: *Dilata, & ſcribat Defenſor Ordinis*: Implevit hic munus ſuum, ideoque nunc idem Dubium proponitur.

An ſit locus diſpenſationi ſuper voto continentiæ in caſu &c.

Negative.

Seſs. 22. c. 8. de Ref. BARCHINONEN. CAPPELLANIÆ: Dedimus ſpeciem omnem, & rationes hujus Cauſæ in *folio Congregationis* habitæ *die* 6. tranſacti *Menſis Maii*, ſed cauſa ea die propoſita non fuit: cum nunc proponatur, poterunt Eminentiſſimi Patres, repetita *illius Folii* lectione, dubium expedire.

An ſuſtineatur fundatio Cappellaniæ facta a quondam Magdalena Ferrau in caſu &c.

Negative, & ad mentem.

NAR-

NARNIEN. Propoſita fuit hæc Cauſa in *Congregatione* habita *die* 15. tranſacti Menſis *Aprilis*. Tria erant ejus Capita „ I. An ſint alternative celebranda Officia generalia cujuslibet Menſis tum in Eccleſia Collegiata „ S. Michaelis Archangeli, tum in altera S. Nicolai in caſu &c. II. An celebratio Officiorum occaſione obitus alicujus ex Confratribus ſit facienda „ in poſterum in Eccleſia Parochiali cujuslibet reſpective defuncti in caſu &c. „ III. An redditus ſuperextantes Societatis Sanctiſſimi Suffragii applicari poſſint in ſolum commodum Eccleſiæ S. Nicolai, ſeu potius proportionabiliter etiam in commodum, & neceſſitatem Eccleſiæ Parochialis S. Michaelis „ Archangeli in caſu &c. *Reſpondit his Sacrum Tribunal*: Ad I. & II. Affirmative: Ad III. Applicandos eſſe juxta Inſtitutum Societatis „. Retractari hanc definitionem poſtulant Capitulum, & Sodales Parochiani Eccleſiæ S. Nicolai, ideoque reſpondendum nunc eſt. *Sess. 25. c. 4. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

TRANEN. DISTRIBUTIONUM: Cauſæ hujus ſpecies, & rationes, quibus Canonicus Jo: Laurentius Palumbus ſibi deberi credidit quotidianas diſtributiones, Choro licet abeſſet, habentur in *Folio Congregationis die* 12. *Septembris anno* 1750., quod publici juris factum fuit *Vol. XIX. Theſaur. Reſol. Sac. Congregat.* Dubio, quod proponebatur: *An conſtet de legitimo impedimento abeſſendi a Choro, itaut debeantur diſtributiones quotidianæ in caſu &c.*: reſpondit Sacrum Tribunal: *Affirmative onerata conſcientia Oratoris*: ut in eodem *Vol. XIX. Theſ.* Iterum audiri poſtulavit Capitulum, & in *Congregatione* habita *die* 13. *Martii anno* 1751. propoſito Dubio: *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.*: cenſuerunt Eminentiſſimi Patres faciendum eſſe periculum de veritate eorum, quæ a Canonico Palumbo proponebantur, ac reſponderunt: *in deciſis ad annum, & Archiepiſcopus mandet ſuppleri Lectiones Sacræ Scripturæ ſumptibus Canonici Palumbi*, ut in *Theſaur. Reſol. Sac. Congreg. Vol. XX.* Intra hoc anni ſpatium Canonicus Palumbus repetitis ictibus ſortis Apoplexiæ percuſſus fuit, quæ ſigna reliquit in ore diſtorto, ut aſſiduis pharmacis vitam tueri debeat. Poſtulat igitur nunc, ut Eminentiſſimi Patres ad priorem redeant ſententiam, itaut & Choro abeſſe poſſit, & diſtributiones quotidianas percipere. A Capitulo nihil habuimus. Dubium eſt. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

An ſit ſtandum in primo, vel ſecundo loco deciſis, ſeu quomodo ſit providendum in caſu &c.

Pro gratia ad biennium firma remanente obligatione ſupplendi per ſubſtitutum lectiones Sacræ Scripturæ ſumptibus propriis.

TERRACINEN., SEU SETINA TAXÆ: Collegium, ſeu, ut vocant, Seminarium in Civitate Setiæ pro unaquaque Diœceſi Setina, Privernati, & Terracinenſi erectum, cum neque opibus neceſſariis, neque ædibus fixis potiretur, e ſitu & ſqualore, in quo jacebat, eductum fuit providentia optimi Principis Benedicti XIII., & largitate Petri Marcellini Corradinii S. R. E. Cardinalis Ampliſſimi; hic enim non levem pecuniarum vim contulit in emptionem & ædificationem ædium, quæ tamen imperfectæ remanſerunt, pluribus neceſſariis partibus deficientibus, quæ ut perficiantur, ſummam expoſcunt ſcut. Soo. Pontifex autem Viſitatorem Apoſtolicum deputavit Epiſcopum Montis Alti, eique ſpecialem mandavit juriſdictionem, ut juxta Tridentini decretum, & Conſtitutionem ejuſdem Pontificis, cujus initium eſt *Creditæ Nobis*, quæ impreſſa eſt *poſt Concilium Romanum num.* 27. Taxam conſtitueret. Implevit Viſitator mandata, & Taxam conſtituit ſuper fructibus omnium bonorum Eccleſiaſticorum, quæ in illis tribus Diœceſibus *Sess. 23. c. 18. de Ref.*

ſibus ſita ſunt ad rationem ſcut. 3. Hæc Taxa ab eodem Summo Pontifice, prævio voto Sacri hujus Tribunalis, confirmata fuit ſuo Brevi munito clauſula *ſublata*, & Decreto *irritanti*. Inter eos, qui Taxæ huic ſubiciebantur, erat Abbas Commendatarius S. Mariæ *Foſſæ Novæ*, & Monaſterium ac Monachi Ordinis Ciſtercienſis ejuſdem nominis S. Mariæ *Foſſæ Novæ* Civitatis Priverni. Pluries requiſiti fuerunt Monachi, pluries rogatus fuit tum defunctus Abbas Commendatarius, tum præſens R. P. D. Innocentius de Comitibus, ut Taxam ſolverent, ſed cum urbana omnia officia in irritum ſemper ceſſiſſent, qui nunc Eccleſiis illis præeſt, Epiſcopus, petente Seminarii œconomo, redditus Abbatiæ ſequeſtrationi ſubjecit; Sed adito a R. P. D. Abbate Commendatario Tribunalis Signaturæ Juſtitiæ, cognitio Cauſæ data fuit Eminentiſſimis Patribus, & nunc Seminarium tum contra Abbatem Commendatarium, tum contra Monaſterium rationes ſuas proponit.

Urget igitur neque Abbatem Commendatarium, neque Monachos audiri poſſe adverſus Taxam ob reſiſtentiam clauſulæ *ſublata*, & Decreti *irritantis*, quibus Summus Pontifex uſus eſt; Urget eos, etiamſi audiri poſſent, nihil juris proponere, unde injuſtitia Taxæ probari queat: Duram Seminarii pauperiem apertam fuiſſe viſitationis tempore, & nunc apertam eſſe: neque enim proprias ædes habebat, neque redditus, quibus Alumnos, Magiſtros, Rectorem, Oeconomum, alioſque Miniſtros ſuſtentaret: Nunc autem imperfecta Fabrica, anguſta ſunt omnia, deficiunt ſcholæ, horrea, reconditoria, licet numerus Alumnorum 17. initio conſtitutus, authoritate hujus Sacri Tribunalis redactus fuerit ad 12.; redditus denique annui ſuperantur ab impenſis neceſſariis: nihil igitur eſſe, quod ab Abbate Commendatario, & Monachis vitio verti poſſit Viſitatori Apoſtolico, cum neceſſitas pateat, nihil eſſe, quod vitio verti poſſit, ſi Taxam conſtituit in ſcut. 3. diſerte ſiquidem in „ dicta Conſtitutione Creditæ nobis *cautum fuit*, *ut* ejuſmodi Taxa ju„ xta Locorum qualitatem reſpondere debeat ſummæ ſcutorum trium pro „ centenario proventuum Beneficii, & ſi neceſſitas urgeat, augeatur etiam „ ad ſummam ſcutorum quinque pro centenario„. Neque audiendum eſſe Abbatem Commendatarium, ſi forte excipiat erratum fuiſſe a Viſitatore Apoſtolico, qui redditus Abbatiæ conſtituit in annuis ſcut 4600. cum ad hanc ſummam non aſcendant, & detrahi debeant annuæ penſiones, & redditus illi, qui colliguntur ex bonis in Regno Siciliæ ſitis: Nam ſibi imputare debuiſſe defunctum Abbatem, ſi notulam juratam tradere renuit, unde coactus fuit Viſitator eam ſummam ſequi collecta ex diligenti Inquiſitione.

Penſiones non eſſe detrahendas, quia Abbas Commendatarius retinere poteſt ratam Taxæ, quæ præſtanda eſſet a Penſionariis; quod ſi Penſiones, rata illa non deducta, ſolutæ fuerunt, poterit Abbas contra Penſionarios agere, ut tradit *Card. de Luca de Penſio. diſc.* 19. *num.* 5. *&* 14. *diſc.* 31. *num.* 8., *&* *diſc.* 33. *num.* 4 rectiſſime quoque habitam fuiſſe rationem a Viſitatore Apoſtolico de redditibus Abbatiæ, qui in Regno Siciliæ colliguntur, cum bona Siciliæ ſint membra, & grancia Abbatiæ, & ad effectum Taxæ ſpectari debeat Locus, ubi eſt Eccleſia cum Titulo, ut tradunt *Barboſ. de offic. Epiſc. par.* 3. *allg* 77. *num.* 9. *& in Summ. Apoſtol. deciſ. collect.* 668. *num.* 11. *Ventrigl. in Prax. part* 2. *tit. de Seminar. annot.* 29. §. *unic. num.* 28. & definivit hoc Sacrum Tribunal *in Amalphitana* 1. *Junii* 1565. *in Caputaquen.* 23. *Junii* 1588., & nuper in *Tarentina Taxæ* toties propoſita. Denique contendit Seminarium teneri Abbatem Commendatarium, & Monachos ad ſolutionem Taxæ a die, quo impoſita, & conſtituta fuit; neque poſſe Abbatem Commendatarium excipere ſe non teneri niſi a die, qua poſſeſſionem Abbatiæ nactus fuit, quia, cum fructus, & redditus Abbatiæ ad formam Taxæ præſtari deberent Seminario, hoc actionem habet realem, qua omne ſuum creditum exigit ex bonis hypothecæ huic obnoxiis, prorſus ut accidit in collectis præteritis, & non ſolutis, quæ exigi poſſunt a præſenti poſſeſſore

fore bonorum, itaut Abbas Commendatarius agere teneatur contra defunctum Abbatem, ejusque hæredes, neque excusari possit negligentia Ministrorum Seminarii, qui defunctum Abbatem non urserunt, cum nemo ignoret ex negligentia Ministrorum Seminarii nullum eidem detrimentum inferri potuisse. Longe minus excipi posse a Monasterio & Monachis de exemptione a solutione Taxæ ex verbis ejusdem Constitutionis „ Creditæ Nobis: Declarantes ab „ ea exemptos esse debere Regulares pro iis tantum Beneficiis, vel fructi„ bus, quorum ratione ipsis Apostolica Sedes diserte, & ex causa vere, ac „ proprie onerosa indulsit, ut ab onere Taxæ pro Seminario exempti sint „ quia ipsi redditus, quos habent, possideant ex causa onerosa congruæ portionis eisdem assignatæ in actu Commendationis Abbatiæ ex Apostolica providentia Leonis X. in Concilio Lateranensi V. anno 1514., quam confirmavit S. Pius V. Constitutione sua lata anno 1570. Nam, cum hanc eamdem exceptionem Monachi proposuerint anno 1729., oblatis precibus eidem Optimo Principi Benedicto XIII., a quo data fuit Cognitio Sacro huic Tribunali, rejecti fuerunt. Hos quoque Monachos queri non posse de quantitate reddituum, quos ex bonis percipiunt, constituta a Visitatore Apostolico, quia imputare sibi debeant, si notulam juratam non tradiderunt, præsertim, cum ex his, quæ proponuntur, pateat eos longe uberiores habere redditus, quam Visitator censuerit. Hæc atque alia Seminarium. Neque ab Abbate Commendatario, neque a Monasterio, & Monachis libellos jurium habuimus. Duo sunt Causæ Capita.

I. *An Taxa imposita favore Ven. Seminarii sustineatur in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An, & in qua summa, & a quo die illa debeatur in casu &c.*

Dilata ad secundum, & ad D. Secretarium pro subscriptione novi Dubii.

NEAPOLITANA DISPENSATIONIS. Grave, ut ipse asserit, Patris imperium ferre non valens Thomas Innicus Caracciolus Filius Ducis Martinæ Votum emisit suscipiendi statum Regularem in Ordine Carmelitico, ductusque, ut ipse pariter asserit, odio in Patrem omnia bona, juraque sua donavit partim Monasterio S. Mariæ de Vita Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Civitatis Neapolis quod ingredi constituerat, partim Capitulo Terræ Martinæ, partim denique Sodalitio S. Mariæ de Monte Carmelo, & post hanc donationem Monasterium ingressus est, a quo tamen post octo Menses discessit, & Regularis illius Ordinis vestes abiecit, sæcularibus susceptis, quod asperum illud vivendi genus ferre non posset sine vitæ suæ periculo, cum tenui, ac pene juncea sit valetudine. Egressus Monasterio, impetravit suppresso, ut fieri solet, nomine, a Sacra Pœnitentiaria dispensationem a voto, petitaque, atque impetrata a Curia Metropolitana Neapolis absolutione a jurejurando, actionem movit contra Donatarios, qua petebat nullam atque irritam declarari, quam fecerat, donationem. Hac lite pendente, cum advertisset actioni suæ impedimento esse votum, quod emiserat, postulavit aperto nomine ab hoc Sacro Tribunali dispensationem. Auditus fuit de hac postulatione Nuncius Apostolicus, qui acta refert judicialia in suo Tribunali, quibus Sacerdos Thomas Innicus Caracciolus nullam, irritamque donationem dicebat. Vocati fuerunt in jus Donatarii, sed post triennium nullus adhuc venit. Causa nunc igitur proponitur, & plura congregat Caracciolus in suo libello, quibus probat esse locum dispensationi. An vero quæ habet ex facto, probentur, judicium erit Eminentissimorum Patrum, a quibus expediendum est Dubium. *Sess. 22. c. 5. de Ref.*

An sit locus dispensationi a voto Religionis in casu &c.

Consulendum Sanctissimo pro dispensatione voti Religionis tantum, & quoad donationes utatur Jure suo coram suis Judicibus.

CA-

Sess. 24. c. 12. de Ref.

CASTRIMARIS SERVITII CHORI: Cum species omnis hujus Causæ, & rationes, quæ in ea sunt, late deductæ fuerint in *Folio Congregationis* habitæ *die* 30. *Junii anno* 1735., quod in lucem hominum editum fuit *Vol. VII. Thesaur. Resolut. Sac Congreg.*, abstinemus hic ab iis repetendis, ne actum agamus, rogantes dumtaxat Amplissimos Patres, ut *Folium* illud consulant, ex quo noscent Episcopum Castrimaris Sacrum hoc Tribunal adiisse, narrando Capitulum Cathedrali suæ Ecclesiæ ita servitium præstare, ut decem tantum unaquaque hebdomada etiam Adventus, & Quadragesimæ per Turnum, seu *Tertiariam* Choro, Sacrisque Functionibus interessent, ideoque rogabat, ut huic malo remedium aliquod pararetur: rescripsit Sacrum Tribunal die 6. Februarii anno 1734. „ Scribatur Episcopo, ut servari faciat dispo„ sitionem Sacri Concilii Tridentini, non permittendo vacationes ultra tres „ Menses, ita tamen etiam, ut Canonici iis frui nequeant tempore Adven„ tus, & Quadragesimæ, aliisque excipi solitis juxta alia decreta, & duæ „ saltem ex tribus partibus semper Choro interfint. *Auditi fuerunt post „ hoc rescriptum Canonici, & dicta die* 30. *Julii anno* 1735. *proposito Du„ bio*: An sit standum vel recedendum a decisis: *responsum fuit*: In decisis, „ sed ex gratia indulgendum esse, ut inservire possint per mediarias ad for„ mam rescripti in Cathacen. servitii Chori 5. Septembris 1699. „ ut in eodem *Vol. VII. Thes.*

Parvere Canonici, sed inde experientia compertum est negligi magis servitium Ecclesiæ, quia, cum in ea nullæ sint Præbendæ, & omnis redditus dividatur per distributiones quotidianas, portio vero, quæ unicuique obvenit, vix attingat annuos ducatos triginta, divisa distributione hac tenui inter plures per *Mediariam* servitium præstantes, ita redditur exigua, ut Canonici eam spernant, neque Choro interfint. Capitulum itaque hoc malum advertens opportunam accepit occasionem, qua Episcopus, qui nunc Ecclesiæ illi præest, ad Visitationem Sacrorum Liminum accessit, precesque obtulit Sanctissimo Principi nostro, quibus postulabat, ut injungeret „ servitium Chori „ in diebus Dominicis, & Festivis de præcepto, ac toto tempore Quadrage„ simæ per Mediariam: in diebus solemnioribus omnes in corpore, & in re„ liquis diebus ferialibus per Tertiariam „. Data fuit de hac postulatione cognitio Amplissimis Patribus, auditusque Episcopus probavit omnia, quæ a Capitulo proponebantur, censuitque distributioni huic auscultandum. Causa nunc proponitur, & Capitulum libello suo ea repetit, quæ dudum proposuerat anno 1735., novaque monumenta addit inde reperta. Dubium igitur proponitur.

An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 30. *Julii* 1735. *in casu &c.*

Prævio recessu a decisis teneri ad servitium Chori juxta votum Episcopi addito etiam tempore Adventus.

Die Sabbathi 8. Julii 1752.

Sess. 23. c. 6. de Ref.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM: Species omnis hujus Causæ late expressa fuit in *Folio Congregationis* habitæ *die* 6. superioris *mensis Maii*: sed, petente dilationem Sodalitio Sanctissimæ Annunciatæ, definita non fuit, rescripsitque Sacrum Tribunal *Dilata*. Nunc igitur proponitur, & ex his, quæ in eodem *Folio* proposita fuerunt, & nunc a Sodalitio proponuntur, poterunt Amplissimi Patres Dubium expedire.

An quantitas dotium debitarum Sororibus de Rubeis sit nunc taxanda, & in qua summa, sive nubant in Domino, sive in sæculo in casu &c.

Ad Eminentissimum Præfectum cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis juxta mentem. TER-

TREVIREN. FRUCTUUM: Data fuit hæc Cauſa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 20. ejuſdem *menſis Maii*. Cum autem Decanus Jeger, & dilationem poſtularet, & mutationem quarumdam vocum, quæ erant in *primo Dubio*, Sacrum Tribunal reſcripſit *Dilata ad primam Menſis Julii, & in reliquis ad D. Secretarium*. Obſequimur itaque imperio Eminentiſſimorum Patrum Cauſam dantes, cujus primum Dubium ita nunc conceptum eſt leviſſima mutatione. *Seſs. 24. c. 12. de Ref.*

I. *An fructus, & redditus Decanales decurſi, & maturati a die Feſtivitatis S. Joannis Baptiſtæ anni* 1749. *uſque ad aliam diem ejuſdem Feſtivitatis ſubſequentis anni* 1750. *debeantur hæredibus Decani ab Ehrencron interim defuncti, ſive potius debeantur ad ratam præſtiti ſervitii, & temporis vitæ.*

II. *An pro tempore futuro ſervanda ſit ordinatio Emi Archiepiſcopi Electoris, ſive potius conſuetudo in caſu &c.*

Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad ſecundam. Ad II. Dilata, & proponatur citato Capitulo.

NARNIEN. Cauſa hæc, quæ tribus collecta Capitibus propoſita fuit, & definita in *Congregatione* habita *die* 15. ſuperioris *menſis Aprilis*, iterum data fuit in *Folio ultimæ Congregationis* habitæ *die* 17. tranſacti *menſis Junii*, ſed cum Parochiani Eccleſiæ S. Nicolai dilationem poſtulaſſent, reſcripſit Sacrum Tribunal *dilata ad ſequentem*. Damus igitur eam, ut Eminentiſſimi Patres reſpondeant. *Seſs. 25. c. 4. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in Caſu &c.

In deciſis, & amplius.

LUNEN. SARZANEN. DISPENSATIONIS: Dedimus hanc Cauſam in *Folio Congregationis* habitæ *die* 31. *Julii* tranſacto anno 1751., quod in lucem hominum editum eſt in *Theſaur. Reſol. Sac. Congreg. Vol. XX.* Dubio quod erat: *An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro diſpenſatione in caſu &c.* reſpondit Sacrum Tribunal *negative*. Poſt hæc Joannes Pellegrini novas preces obtulit Sacratiſſimo Principi noſtro, qui Cauſæ rationes audire voluit. Relatione facta, Princeps Optimus die 1. Septembris eodem anno 1751. poſtulationem Joannis Pellegrini rejecit. Data tamen iterum fuit cognitio Sacro huic Tribunali, & Ampliſſimi Patres, repetita lectione *Folii* illius *Congregationis* diei 31. *Julii*, reſpondere debent. *Seſs. 22. c. 5. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

ROMANA: Teſtamento, quod Romæ ſcripſit anno 1744., & quo deceſſit Annibal Bertonius Civis Faventinus hæredes inſtituit „ il Ven Con- „ vento, e RR. Religioſi di S. Marcello di Roma cioè per la metà libera, „ & aſſoluta ſenza alcun peſo, fuor che d'un Anniverſario nel giorno della „ mia morte, & in perpetuo, e nell'altra metà eredi Proprietarii li figli „ de' figli de' miei nipoti Franceſco, e Gio: Battiſta Bertoni con gl'altri Fi- „ gliuoli del Signor Giuſeppe Antonio mio Fratello: *Codicillis vero hæc* „ *addidit*, comanda, che in quanto alla metà dell'eredità in detto ſuo Te- „ ſtamento laſciata al Ven. Convento di S Marcello di Roma, quale inten- „ de d'averla alli medeſimi RR. Padri laſciata ad intuito, e venerazione, che „ eſſo Signor Codicillante dice d'averli avuta, & avere verſo il Beato Fi- „ lippo Giacomo Bertoni della ſteſſa Religione nel Convento di Faenza ſua „ Patria, che perciò di detta metà d'eredità debbano detrarſene ſcudi 1500., „ quali debbano metterſi a moltiplico, ad effetto con il frutto di quelli „ pro- *Seſs. 22. c. 8. de Ref.*

„ promovere, e proſeguire la Cauſa di Beatificazione, e Canonizazione di „ detto Beato „ Defuncto Teſtatore, adita fuit ab hæredibus ejus hæreditas cum beneficio Legis, & Inventarii. Inde ope Periti Judicialis formatus fuit ſtatus hæreditarius, venditiſque mobilibus, ſolutiſque debitis, ac legatis, facta fuit inter hæredes diviſio in duas partes, obtigitque cuique in tot Locis Montium ſumma ſc. 1148. 47., cum hæreditas aſcenderet ad ſc. 2297. relictis indiviſis uno, alteroque hortis in Civitate Faventiæ, quorum uſumfructum Teſtator legaverat Catharinæ Bertoniæ, & paucis quibuſdam creditis hæreditariis incertis tamen, & liti obnoxiis.

Ex his agnoverunt Patres S. Marcelli portionem hæreditariam, quam acceperant, integre abſorptam iri a multiplico ſc. 1500., itaut non ſolum hæreditaria inſtitutio inanis, atque inutilis evaderet, ſi multiplicum implendum eſſet, ſed Anniverſarium quoque in auras, ceu fumum abiret. Preces igitur obtulerunt Sacro huic Tribunali, quibus petebant, ut Eminentiſſimi Patres conſulerent eorum indemnitati, & voluntati Teſtatoris, qui de facultatibus ſuis amplius, quam in iis eſſet, ſperaverat, & poſtulabant, ut ex dicta ſumma ſcut. 1148. detrahere poſſent quartam ex lege Falcidia in quantitate ſcut. 382. 82., inde ut conſtitueretur pro fundo Anniverſarii Locus Montis ſcut. 127., quod reliquum eſt hæreditatis nempe ſcut. 638. 67. eſſet pro multiplico, quod etiam augendum eſſet pretio hortorum, & creditorum, ſi qua vindicari poterunt, quæ, ut diximus, indiviſa ſunt hactenus. Rogatus fuit Eminentiſſimus Protector Ordinis, ut de his precibus animi ſui ſententiam proferret, quam rem exequutus eſt docta Epiſtula, qua cenſet precibus eſſe annuendum, quia licet e Legatis Piis Falcidia non detrahatur, id tamen locum non habeat, ubi Locus Pius hæres ſit, ut placuit *Abbat. in cap. in præſentia num. 37. de probat. Peregrin. de fideicomm. artic. 3. num. 69. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 3. num. 44. part. 5.* aliiſque, præſertim cum Legatum Pium majus eſt hæreditate, ut differit *Tondut. reſol. civil. cap. 13. num. 10.*, & legatum multiplici collatum ſit in tempus remotum, cum de Canonizatione B. Philippi Jacobi Bertoni agi non poſſit, niſi poſt ſimiles alias Cauſas ejuſdem Ordinis. Illud etiam accedere, quod, ſi ſecus fiat, inutilis eſſet inſtitutio ſcripta in parte hæreditatis, quam Teſtator dare voluit *libera, ed aſſoluta, ſenza alcun peſo*. De Anniverſario non eſſe dubitandum, cum hoc præferri debeat multiplico: non aliam igitur eſſe rationem exequendi voluntatem Teſtatoris, quam eam, quæ a Patribus proponitur. Hæc Eminentiſſimus Protector: eadem urgent Patres in libello. Reſpondere igitur debent Eminentiſſimi Patres.

An, & quæ portiones detrahendæ ſint ſuper medietate hæreditatis relictæ ab Annibale Bertoni Patribus, & Conventui S. Marcelli de Urbe tam pro hæreditate ejuſdem libere tangente, quam pro Legato cum onere perpetuo Anniverſarii, quam pro multiplico pro Canonizatione Beati Philippi Jacobi Bertoni ab eodem Teſtatore demandato, & ſuper eadem medietate hæreditatis detrahendæ in caſu &c.

Eſſe locum detractioni unius loci montium S. Petri pro Anniverſario.

Seſſ. 25. c. 13. de Ref.

AUXIMANA, SEU RECINETEN. FUNERUM; Parochia Montis Caſſiani in quinque partes diviſa eſt, quam Incolæ vocant *Senaides*: quo majori hæ Senaides ſpatio diſtant ab Eccleſia Parochiali, ſueverunt Parochi in elatione corporum hominum mortuorum exigere ſtipendium majus, ut quæ longius diſtat Pars ſeu Senaides, præſtet obulos quinquaginta, quæ paulo minus diſtat præſtet quadraginta, atque ita reliquæ: id ſervatum fuit ſemper, ſive efferrentur corpora, ut ad Eccleſiam Parochialem irent, ſive ad Eccleſias Regularium. Diuturnam hanc conſuetudinem mutavit primus, qui nunc Parochiam illam obtinet, Sacerdos Annibal Luzioli, qui arbitratu ſuo ſtipendium illud auxit ſemper, cum corpora efferenda eſſent, quæ tumulabantur in Eccleſiis Regularium, ac præſertim in Eccleſia PP. Reformato-

matorum S. Franciſci Terræ Forani; exceſſit autem plurimum in funere Jo: Baptiſta Cherubini, qui in eadem Eccleſia tumulari voluit, exegit enim ab hæredibus defuncti julios viginti, & candelulas ultra quartam funerariam; hinc Patres putantes id ea ratione ab eo fieri, ut homines ab electione ſepulturæ in Eccleſiis Regularium, & præſertim illa S. Franciſci Terræ Forani revocentur, maxime cum rudibus illis, & imperitis viris metum incuſſerit ſolvendi vectigalis pro translatione corporis mortui ad Terram illam; rem omnem detulerunt ad Epiſcopum Recinetenſem, qui cenſuit exceſſum fuiſſe a Parocho, eumque damnavit ad reſtituendum id quod plus debito exegerat. Non paruit decreto Epiſcopi Parochus, imo non ſua tantum, ſed etiam Publicanorum Jura tueri voluit, re ad hoc Sacrum Tribunal delata.

Explorati Juris eſt vetitum eſſe Parochis plus exigere pro elatione corporum mortuorum, cum condiuntur in Eccleſia Regularium, quam exigerent, ſi condienda eſſent, & tumulanda in Eccleſia Parochiali. Nodus igitur, & caput rei eſt, an idem jus ſervandum, cuſtodiendumque ſit, ubi Regularium Eccleſiæ longiori diſtent itinere, quam Parochialis. Idem Jus eſſe ſervandum diſputant Patres, qui negant Parochos longioris itineris cauſa majus ſtipendium petere, atque exigere poſſe ab hæredibus defuncti, ut definivit Sacra hæc Congregatio *in Trojana Funerum 7. Maii 1701. ad VII. Dubium* ut in *Libro LI. Decret.*, *& ſeqq.* & altera Epiſcoporum, & Regularium conſultationibus propoſita *in Luceriana Funerum 22. Septembris 1702. apud Urſayam. tom. 1. par. 2. diſcept. 28. num. 93. & ſeqq.* præſertim cum hæc vicinorum locorum conſuetudo ſit, licet Eccleſiæ Regularium, ad quæ a Parochis corpora tumulanda comitantur, majori diſtantia ſint, quam Eccleſia S. Franciſci Terræ Forani, quæ vix diſtat paſſibus 750. Ita ſiquidem Maceratæ ſervatur, ita in Villa Avenalis, ita in Villa Capitis Rivi, ita in altera Traviggiani, & aliis. Ita igitur ex Juris diſpoſitione, & ex finitimorum locorum conſuetudine ſervandum eſſe a Parocho Montis Caſſiani, qui ſi neque Juris, neque conſuetudinis diſpoſitionem ſervavit, ſi plus debito exegit, ſi Epiſcopo parere noluit, cogi debeat, ut indebitum reſtituat. Neque ob translationem cadaverum e Monte Caſſiano ad Terram Forani in Eccleſia Patrum Reformatorum vectigal ullum eſſe ſolvendum; quidquid enim a quibuſdam dubitatum fuerit, uno conſenſu nunc eſſe receptum, ut nullum pro hac translatione vectigal ſolvatur *Lara de Anniverſ. & Cappell. lib. 1. cap. 25. per. tot. Amoſtaz. de Cauſ. Piis tom. 2. lib. 6. a num. 40. ad 44. Card. de Luca de regal. diſc. 166. per tot.*, qui refert ita definitum a ſummo Pontifice Alexandro VII. idem habet *Urſaya Inſtit. Criminal. lib. 3. tit. 8. num. 48., & 49.* Hæc Patres Reformati Terræ Forani: a Parocho nihil hactenus habuimus. Tria ſunt Cauſæ Capita.

I. *An Parochi ſæculares vel prætextu funeralis, vel ratione aſſociationis prætendere poſſint ab hæredibus defunctorum majus emolumentum, quando cadavera ſepelliuntur in Eccleſia Sancti Franciſci Patrum Reformatorum Terræ Forani, quam accipiant, quando tumulantur in Eccleſiis ſæcularibus?* & quatenus negative.

II. *An Parochus Terræ Montis Caſſiani teneatur reſtituere hæredibus quondam Jo: Baptiſtæ Cherubini majorem portionem in iſtius funere plus æquo exactam?*

III. *An pro translatione cadaveris de uno ad alium locum occaſione tumulationis in eadem PP. Reformatorum Eccleſia debeatur aliquod emolumentum Gabellariis in caſu &c.*

Dilata.

Die Sabbathi 29. Julii 1752.

Sess. 25. c. 13. de Ref.

AUXIMANA, SEU RECINETEN. FUNERUM: Data fuit hæc Causæ *in Folio ultimæ Congregationis* habitæ *die* 8 *hujus Mensis*, sed proposita non fuit. Proponetur nunc, & Eminentissimi Patres, repetita lectione illius *Folii*, tria, quæ sequuntur, Capita definire poterunt.

I. *An Parochi sæculares vel prætextu funeralis, vel ratione associationis prætendere possint ab hæredibus defunctorum majus emolumentum, quando cadavera sepelliuntur in Ecclesia Sancti Francisci Patrum Reformatorum Terræ Forani, quam accipiant, quando tumulantur in Ecclesiis sæcularibus?* & quatenus negative.

II. *An Parochus Terræ Montis Cassiani teneatur restituere hæredibus quondam Jo: Baptistæ Cherubini majorem portionem in istius funere plus æquo exactam?*

III. *An pro translatione cadaveris de uno ad alium locum occasione tumulationis in eadem PP. Reformatorum Ecclesia debeatur aliquod emolumentum Gabellariis in casu &c.*

Dilata, & ad D. Secretarium pro concordatione dubiorum citatis Gabellariis.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

CAPUTAQUEN. PARTICIPATIONIS: Proposita primum fuit hæc Causa in *Congregatione* habita *die* 19. *Decembris anno* 1750., sed definita non fuit, respondentibus Eminentissimis Patribus *dilata, & ad mentem*: mens autem fuit, ut Eminentissimus Archiepiscopus Neapolis de adversa valetudine Sacerdotis Marci de Canto Amplissimos Patres certiores redderet. Cum inde Eminentissimus Archiepiscopus rescripsisset Sacerdotem illum chronicis morbis, quos in Patrio Cœlo sibi adverso contraxit, affectum esse, & Medicorum consilio Neapoli moram trahere, nec sine periculo vitæ in Patriam redire posse, Causa iterum proposita fuit in *Congregatione* habita *die* 20. *Novembris* superiore *anno* 1751., & duobus ejusdem Dubiis „ I. An Sacerdoti „ Marco de Canto pro tempore suæ absentiæ ex causa infirmitatis debeatur „ portio Massæ communis, sicut cæteris Sacerdotibus Participantibus, de„ ductis tantum oneribus missarum ad rationem Caroleni unius pro qualibet „ Missa? *Et quatenus negative*. II. An eidem sint solvendi Ducati 25. pro „ Patrimonio quovis anno, durante absentia ex causa prædicta in casu &c.„ respondit Sacrum Tribunal: *Ad I. Affirmative. Ad II. Provisum in primo*, ut hæc omnia liquent ex *Thesaur. resol. Sac. Congreg. Vol. XX. & seqq.* Redit hæc definitio ad novum examen, & respondendum est.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 24. cap. 1. de Ref. Mart.

CONSENTINA SEU BISINIANEN. MATRIMONII. Dedimus speciem, rationesque omnes, quæ in hac Causa proponebantur, in *Folio Congregationis* habitæ *die* 15. superioris *mensis Aprilis*, qua die Sacrum Tribunal Dubio, *An constet de nullitate tam sponsalium, quam prætensi Matrimonii in casu &c.* respondit *negative*. Pugnam nunc novis armis, copiisque instructus instaurat Marcus Alitto, & omissa disputatione de sponsalibus, totus est, ut Matrimonii nullitatem demonstret. Re igitur, quæ gravissima est, perpensa, cognoscent Eminentissimi Patres.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

NEA-

Postulat in integrum restitui adversus Professionem, quam emisit in Ordine S. Joannis de Deo P. Florianus Floriani, qui in seculo Joseph nuncupabatur. Narrat decessisse Patrem anno 1706., Thereſiam viduam, matrem, tutricem, & curatricem filiorum, cum nimio amore prosequeretur Stephanum natu majorem, nihil intactum reliquisse, ut Joseph natu minor Regulari Ordini nomen daret. Ab hoc vitæ genere cum ipse abhorreret, mater, & frater octennio major, collatis consiliis, neque a minis, neque ab aliis asperitatibus abstinuerunt, ut eum flecterent indicta, etiam si reclamaret, militia, quam ut fugeret, Monasterium ingressus est S. Mariæ Pacis Neapoli. Tyrocinium incœpit *die* 19. *Novembris anno* 1725. nec diu latuit repugnantia animi sui, cum volens lubens tricas fereret, & jurgiis perpetuis Regulares vexaret, negligeretque, aut omitteret, quæ constituta sunt in regulis Ordinis, quæ ab ipso eo consilio agebantur, ut eiceretur. Accidit ei feliciter hoc animi sui propositum tertio post ingressum mense; jurgans enim cum alio Regulari manus in eum injecit alapa impicta: Ejectus itaque fuit ab Ordine, & Monasterio, indutusque vestibus suis lætus concessit in domum Cajetani de Auria familiaris sui, ibique delituit *duobus diebus, totidemque noctibus*. Ubi id cognoverunt Mater, Fraterque, omnem navarunt operam, ut iterum reciperetur in Monasterium: egregiam hac in re operam iis præstitit Ferdinandus Caruso, qui arcto consanguinitatis vinculo conjunctus cum P. Thoma Trinchese Priore, obtinuit, agre licet, ab eo ut iterum reciperetur. *Sess. 25. c. 15. & 19. de reg.*

Novis itaque P. Florianus territus minis a Matre, & Stephano Fratre septa iterum Monasterii ingressus est, nec nisi post quindecim dies, quibus in Monasterio quidem, sed extra domum probationis permansit, interceptum tyrocinium repetiit, non melior factus, perpetuisque protestationibus de vi metuque illato, deque ejus animo a Regulari Ordine averso perstrepens. Nono ab ejus ad Monasterium reditu vix elapso mense, de ejus Professione actum fuit, coactoque Fratrum Capitulo, ex 19. suffragiis 12. eum, bis repetito scrutinio, rejecerunt. Sed P. Prior, qui Caruso consanguineo suo morem gerere voluit, simulavit 12 esse pro admissione, silentibus Fratribus, nullaque ex iis auso se se palam opponere Priori Professionem igitur emisit P. Florianus *die* 28 *Novembris anno* 1726 natus ipse annis viginti quinque, novas tamen post Professionem emisit protestationes de vi metuque. Agitabat animo consilium proponendi querelam de nullitate suæ Professionis, sed plura fuerunt in causa, ne eam proponere potuerit. Tandem defuncta Matre, compositisque rebus cum Stephano Fratre, qui Neapoli Advocati non ignobilis officio fungitur, anno 1748 preces obtulit Sacratissimo Principi, quibus restitutionem in integrum postulabat. Rei cognitione delata ad hoc Sacrum Tribunal, Jurisdictio mandata fuit Eminentissimo Archiepiscopo Neapolis, processus factus fuit, plures Testes etiam Religiosi ejusdem Ordinis examinati fuerunt, & nunc Causa proponitur.

Quatuor nullitatis capita contra Professionem urget P. Florianus: Vim metumque a Matre, & Stephano Fratre illatum, ut Ordini nomen daret; Annum probationis, quem continuum requirit a Tridentino nemo ignorat, interceptum fuit fuisse duobus diebus, totidemque noctibus, & quidem animo P. Prioris, & P. Floriani amplius non redeundi, nec eum recipiendi: eumdem annum integrum non fuisse cum si demantur quindecim dies, quibus in Monasterio quidem, sed non in domo probationis fuit, sex dies deficiant, & si nulla de quindecim illis diebus ratio haberi velit, integrum tamen annum non fuisse, quia tyrocinium incipere debebat a die, qua rediit post ejectionem, neque poterant conjungi tempora probationis ante, & post ejectionem. Denique recipi iterum non potuisse post ejectionem sine contensu Capituli, & P. Generalis, ut jubent Constitutiones Pontificiæ & Ordinis regulæ: quarta nullitas est in defectu suffragiorum Capituli, mutatis improbe a

P. Prio-

P. Priore negativis suffragiis in affirmativis. Alia addit P. Florianus, quæ Eminentissimi Patres legent in longo ejus libello. *A Defensore Professionis, & Ordinis* libellus datus fuit, quo excludere conantur vim, & metum, & excusant interceptionem anni probationis brevitate temporis: de aliis nullitatibus silent. Pertinet ad religionem Eminentissimorum Patrum definire.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative.

Sess. 21. c. 4. de Ref.

ALBINGANEN. CURÆ ANIMARUM, ET FUNCTIONUM: Locus est in Diœcesi Albinganensi, qui *Villa Faraldorum* nuncupatur. Hujus Parochiali Ecclesiæ, quæ Divo Laurentio dedicata est, plures ex finitimis Pagis olim subjiciebantur: divisionem primum obtinuit a Parochiali Ecclesia Populus *Trevii*: inde Populus *Rivæ* obtinuit, ut sua Ecclesia declararetur, & constitueretur *Auxiliaris*, data Cappellano facultate sepelliendi mortuos, & ministrandi omnia Sacramenta. Denique Populus *Delii*, qui Pagus distat a Parochiali Ecclesia S. Laurentii duobus fere millibus passuum, cum majoribus premeretur angustiis, anno 1718. Episcopo Albinganensi visitationem agenti, preces obtulit, quibus petebat, ut suis prospiceret incommodis. Episcopus, qui præsens viderat iter asperum, præruptum, difficile, & octo rivis interceptum, qui hyberno præsertim tempore, quo tumescunt, sine periculo traici non possunt, qui cognoverat plures sine Sacramentis decessisse, majorem Populi illius partem Sacris interesse Festis diebus non posse, pueros fere omnes ipsa fidei rudimenta ignorare, audito Parocho, decrevit, ut salvis emolumentis Parochialibus, in Oratorio Delii retineretur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pro Infirmis, ut Sacrum in eo fieri quotidie posset, exceptis diebus Festis Paschatis, & S. Laurentii, utque a Cappellano Evangelium Populo, pueris fidei rudimenta explicarentur. Experientia tamen compertum est hoc decreto non satis consultum fuisse Populi illius necessitatibus, ideoque anno 1742. Populus ad hoc Sacrum Tribunal confugit, oblatis precibus, quibus postulavit, ut Cappellano eædem concederentur facultates, quas Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium negociis, & consultationibus præposita anno 1733. Populo *Rivæ* concesserat, scilicet „ baptizandi, conferendi Sacramenta infirmis, & traden„ di Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum tempore Paschali cuncto Po„ pulo pro satisfactione præcepti, nec non publicandi, & assistentiam præ„ bendi matrimoniis, cadaveraque tumulandi, dummodo tamen quolibet „ mense Cappellanus transmittat nomina defunctorum, baptizatorum, & „ matrimoniorum Parocho, qui solus libros, in quibus hæc adnotantur, re„ tineat„. Causa tamen proposita non fuit. Interim vero novis subortis scandalis in trajectione puellarum per rivos, iisdemque urgentibus necessitatibus, nam plurimi pluviarum causa, vel ad Parochialem Ecclesiam accedere, vel domum repetere non potuerunt, infantes quidam sine baptismate, & sine Sacramentis plures homines decesserunt, ipsaque mortuorum corpora pluribus diebus domi retineri debuerunt, motus Populus anno 1748. coactis Comitiis statuit, ut novæ preces Sacro huic Tribunali offerrentur. Auditus Episcopus audivit Parochum, & in Epistola sua collectis tam Populi, quam Parochi rationibus, concludit „ Parocho ipsi exoptandum fore, ut supplices prædictæ gratiæ Oratoribus concederentur non solum ad præcavenda „ incommoda, & evitanda scandala, sed etiam quod magis est, ut eorum„ dem conscientiæ consuleretur„. Causa nunc proponitur, & Populus necessitates, quibus prospici debeat, pluribus Testibus probat, decreto Episcopi lato anno 1718., testimonioque præsentis Episcopi. A Parocho nihil habuimus. Tria sunt controversiæ Capita.

I. *An, & quomodo Ecclesiæ S. Bernardi Loci Delii concedenda sit facultas sepelliendi cadavera, & administrandi Sacramenta Baptismi, Matrimo-*

monii, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, etiam tempore Paſchali, & Extremæ Unctionis.

II. *An Populo Delii indulgendum ſit audire Miſſam in dicta Eccleſia S. Barnardi die Paſchatis, & S. Laurentii?*

III. *An liceat in d. Eccleſia S. Bernardi peragere functiones funerales: & alias non Parochiales in caſu &c.*

Dilata ad primam Septembris.

SABINEN. DOTATIONIS: Ereti, ſeu ut nunc vulgo dicitur *Monte Rotondo* in Sabinis vetuſtiſſima erat Eccleſia Parochialis dedicata S. Mariæ Magdalenæ. Hanc dirui juſſit in Viſitatione anno 1629. Cardinalis Madrutius Epiſcopus, & novam a ſolo conſtrui, paratuſque erat Populus hanc impenſam ſubire, ſed ceſſit votis Caroli Barberinii Ereti Ducis, Urbani VIII. Pontificis Maximi Fratris, qui & Eccleſiam ſua pecunia extruere, & in ea Collegiatam fundare promiſit, dummodo tum Eccleſiæ, tum Archipresbyteratus, & Canonicatuum Patronatus ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus reſervaretur. Carolum, dum operi incumbit, mors occupavit, ut quod promiſerat, implere non potuerit. Quod Pater non potuit, perfecit Thaddæus filius, nam poteſtate Patrui Pontificis ſuppreſſa Parochia, & quatuor antiquis Beneficiis, aſſignatiſque Parochiæ redditibus in dotem Archipresbyteratus, & redditibus Beneficiorum in dotem quatuor Canonicatuum, ædificata Eccleſia, duos addidit Canonicatus, aſſignato fundo ſcut. 2000. Satis his conſultum fuit congruæ Archipresbyteri, & Canonicorum, at nulla Eccleſiæ Dos conſtituta umquam fuit. Dum patronatum habuerunt Barbariniæ Familiæ Principes, nihil Eccleſiæ defuit, cum ipſi omnia, quæ ad cultum neceſſaria erant, liberaliter præſtarent. At poſtquam patronatus cum Feudo tranſlatus fuit in Ducem Grillo, ſeſe res aliter habuerunt, itaut ob extremam rerum omnium, qua Eccleſia laborabat, inopiam, coacti fuerint Canonici preces Sacro Tribunali offerre, quibus poſtularunt, ut compelleretur Patronus ad dotem Eccleſiæ inſtituendam, *Sess. 14. c. 12. & Sess. 25. c. 9. de ref.*

Rogatus fuit Eminentiſſimus Epiſcopus, ut de hac poſtulatione ſententiam animi ſui explicaret, retulitque ambigendum non eſſe Fundatorem, ejuſque hæredes, & ſucceſſores cogi poſſe ad dotem Eccleſiæ conſtituendam, cum in actu fundationis dos præſtita non fuit, ut eſt in *Can. nemo de Conſecr. diſtinct. 1. & in cap. cum ſicut de Conſecr. Eccleſ. & cap. 1. de cenſib.* Dos autem in ea quantitate conſtitui debet, quæ ſatis ſit pro omnibus, quæ Eccleſiæ neceſſaria ſunt, ut tradunt *Lambertin. de Jurepatronat. lib. 1. quæſt. 5. par. 1. artic. 2. num. 2., Murg. diſquiſ. Canon. Tractat. 5. diſq. 1543. n. 3. Amoſtaz. de Cauſ. Piis tom. 2. lib. 5. cap. 6. num. 18. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 64. num. 2.* aliiſque deductis *Fargna de Jurepatron. par. 1. can. 3. caſ. 7. num. 1. & 4. & par. 5 can. 4. caſ. 1. num. 11.* Hinc ſpectandum non eſſe, quod contra dicitur, Sacrarium Eccleſiæ redditus habere, qui exitum ſuperant, atque expenſas Eccleſiæ in ſcut. 42. 29.; Tum quia hi redditus Eccleſiæ non ſunt, quos titulo dotis percipiat, ſed titulo legatorum relictorum cum oneribus Sacrorum, ideoque pro dote eſſe non poſſint, cum requiratur, ut redditus Eccleſiæ conſtituantur in bonis immobilibus, expreſſo titulo Dotis, ut docent *Lambertin. lib. 2. cap. 4. n. 14. & ſeqq. Panimoll. deciſ. 9. annot. 2. num. 5. tom. 1.*; Tum quia collatis partitis accepti, & impenſi, deductiſque omnibus, quæ deducenda ſunt, compertum eſt exitum ſuperare in annuis ſcut. 106. 85. Ideoque, omnibus perſpectis, concludit poſtulationem Capituli, & Canonicorum *ipſi videri ad dictamen juſtitiæ, æquitatis, adeoque illi adhærendum eſſe.* Hæc Eminentiſſimus Epiſcopus. Eadem habet Capitulum in ſuo libello. A Patrono nihil habuimus. Dubium eſt.

An

An Patronus Ecclesiæ Collegiatæ Montis Ereti teneatur ad illius dotationem; & in qua quantitate in Casu &c.

Non proposita.

Sess. 25. c. 19. de regul.

LUCERINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Preces obtulit anno 1747. Sacratissimo Principi nostro P. Archangelus Maria a Turri Majori Professus in Monasterio PP. S. Francisci Min. Observ. S. Mariæ Vallis Stignani, quibus postulabat in integrum restitui adversus Professionem, quam vi metuque emiserat anno 1726. Data fuit hujus postulationis cognitio Amplissimis Patribus, a quibus mandata jurisdictione Episcopo Lucerino, factus fuit processus, sed lata a Sacratissimo Principe cognitissima Constitutione, quæ hac de re est, data fuit ad eumdem Episcopum epistola, ut servata forma ejusdem Constitutionis, novum processum conficeret. Hoc expleto, deficiebat examen ipsius P. Archangeli Mariæ, qui, cum in Urbe esset, examini subjectus fuit coram Eminentissimo Urbis Vicario. Ex his omnibus constat P. Archangelum, cui nomen erat in sæculo Nicolaus Cataneus, puerum a patre relictum fuisse, cum obiit, Matrem ad secundas venisse nuptias cum Xaverio Sirena villico Principis Sancti Severi, viro truci, & ferocis ingenii, qui cum & vilissimæ, & pauperrimæ conditionis esset, nec posset privignos alere, cogitavit Nicolaum in Monasterium conjicere, matre consensum, opemque præstante minis, & verberibus, nam reluctabat Nicolaus aversus animo a vita Regulari. Abductus in Conventum Minorum Observantium imperitum sese ostendit latinæ linguæ, ne reciperetur, & consilium hoc ei feliciter eveniisset, nisi epistolæ Episcopi, & Principis Sancti Severi, quibus commendabant Nicolaum, in causa fuissent, ut inter tyrones reciperetur,

Ægre ferebat ejus vitæ genus P. Archangelus, nec verbis tantum prodebat voluntatem suam contrariam Religiosis, sed etiam epistolis ad amicos, consanguineos, ipsumque Victricum datis facultatem petebat redeundi domum, sed, cum nihil obtineret, nisi atroces minas, desperans aliquid consequi, aufugit e domo probationis, delituit in luco, inde apud amicum, a quo reductus fuit in domum Victrici: Exceptus fuit ictibus, & verberibus, & postero die vinctus ad Monasterium iterum reductus est, receptusque contra Ordinis Constitutiones vi epistolarum, quæ commendabant novam receptionem, tyrocinium incœpit. Toto probationis anno assiduis querelis de vi a Victrico illata Religiosorum aures implevit, surdis canens semper, literas dedit ad Matrem, Victricumque, sed responsa erant minæ mortis. Dies emittendæ Professionis venerat, accessit Victricus ad Monasterium, & audiens constantissimam P. Archangeli voluntatem non profitendi mortem indixit in vicino nemore, ni Professionem emitteret. Accessit soror, quæ bene noscens Victrici imperium, lacrymans suasit, ut certissimum aveteret periculum, servans se ipsum rebus secundis, quibus de nullitate Professionis dicere posset. Hac ratione Professionem emisit lacrymans, ac tristis P. Archangelus, scripsitque in libro Professionum *inspontanea* voluntate Professionem emisisse, delata tamen dicitur in libro negativa illa particula *in*, qua dissensum suum scripto declaraverat; neque destitit post professionem cum amicis, Religiosis, consanguineis nullam eam dicere, & declarare: Judicio tamen experiri non potuit defectu patrimonii sacri, quod necessarium erat ex Constitutionibus Synodalibus, & defectu pecuniarum, quibus litem sumptuosam ageret. Senectus demum Victrici in causa fuit, ut ipse pœniteret, & patrimonium constitueret. Testes plures hæc narrant, ipse Victricus, mater, frater, soror, Regulares, Sacerdotes, Laici.

ci. *A defensore Professionis, & Ordinis* nihil habuimus. Dubium est. *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.*

Negative, & amplius.

MONTIS ALTI CAPPELLANIÆ: Longo quadraginta annuorum, quibus præfuit Ecclesiæ Parochiali S. Georgei Montis Monachi, experimento doctus Dominicus Michilli, cum optime agnovisset solo Parocho non satis occurri posse necessitatibus amplissimæ Parochiæ, itaut plurimi Festis diebus Sacrum audire non possent, cum vel propter locorum distantiam; vel propter itinerum difficultates uno eodemque tempore in Ecclesiam Parochialem convenire non possent, unde eveniebat, ut ipsa fidei dogmata ignorarent, huic malo opem tulit, dum vixit, adscito Cappellano. Moriens autem hæredem scripsit Cappellam S. Dominici in eadem Ecclesia Parochiali erigendum, ut hæreditariis redditibus perpetuo retineri posset Cappellanus a Patronis, quos ipse *Vocali* appellavit, nominandus, quibusque ipse patronatum reliquit. Onera autem, quæ Cappellanis dedit, testamento expressit his verbis „ Con l' infrascritti patti, condizioni, e Capitoli, per viver concordemente col Parocho e Parochiani; Primo che sia obligato il Rettore di esso Benefizio tutti li giorni festivi dal primo Maggio a tutto il mese di Novembre per commodità de' Parochiani dir la Messa la mattina nell' alba, quando il Paroco non volesse dirla egli stesso, ed allora sia obligato dirla all' ora della Parochiale, e sodisfare tutti gl' altri pesi del Paroco, eccettuata l' amministrazione de Sacramenti. Secondo che volendo andare il Paroco a Loreto, a Roma, o altre divozioni sia obligato sodisfare alla messa Parochiale con la condizione, che il Paroco applichi altrettanti sacrifizj. Terzo, che infermandosi il Paroco per qualche mese s' intenda quella messa sodisfare alle Parochiale, come sopra. Quarto che SIA OBLIGATO PER SE STESSO, E NON PER INTERPOSTA PERSONA, eccettuato nel caso de esprimerli nella nomina de Vocali „. *Sess. 24. c. 18. de Ref.*

Vocatis inde iis, quibus jus nominandi Cappellanos relinquebat, casum illum, quem exceperat, his verbis expressit „ Con questa condizione, che avendo alcuno de sopradetti Vocali alcun attinente in primo, secundo grado, benchè non dicesse messa, purchè la possa dire TRA DUE ANNI, possa esser investito di d. Juspatronato E SINO A QUESTO TEMPO, E NON PIU POSSA SODISFARE PER ALTERUM, e disprezzando allora esser giunto al Sacerdotio, si venga a nuova elezzione „. Habitationem quoque Cappellanis legavit, & domum mobilibus instructam, quorum fieri voluit inventarium, eaque successivis tradi Cappellanis, hac hujus legati addita ratione, *essendo mio fine di dargli la commodità qui, e non altrove.*

Codicillis vero, quos condidit post testamentum, confirmata Cappellaniæ fundatione primos Cappellanos nominavit Antonium Mariam Georgium Brunati, & Gregorium Brunati Fratres *cum facultate*, codicillorum verba sunt „ quod onus missarum semper, & quandocumque satisfieri posset per quemcumque ipsorum, prout eis videbitur, ac etiam per alium Sacerdotem, quia sic PRO HAC VICE placuit disponere, & non alias „. Defuncto Fundatore anno 1719., licet erectio Cappellaniæ facta non fuerit, nisi anno 1722, primi tamen Cappellani Brunati fructus hæreditatis perceperunt, & mobilia domus legatæ, nullo facto inventario, in suam transtulerunt, Morte utriusque Cappellani vacata anno 1742. Cappellania, Patroni nominarunt Cajetanum Brunati filium unius ex patronis, qui tunc apud Solentinates Ludi magistri munere fungebatur, qui numquam ad Parochialem Ecclesiam se contulit, ut onera Cappellanis adiecta impleret, dissimulantibus, ut sentit Episcopus, ipsis patronis, quod mallent hoc Beneficium sim-

plex, quam residentiale, ut nullis teneantur oneribus eorum filii, vel consanguinei, quos nominatio, ut verisimile fit, numquam egredietur. Sed tandem, clamante Populo, duo ex patronis egerunt in hoc Sacro Tribunali, ut leges in testamento Fundatoris expressas Cappellanus impleret. Post varias moras jussum fuit, ut Causa proponeretur, *citata Parte, & non retardata interim celebratione missarum per se ipsum*. Longum, molestumque esset referre, quanta egit Cappellanus per hoc decennium, satis est, omissis tricis judicialibus, dicere superata tandem fuisse omnia Cappellani impedimenta, & cum patroni a lite destitissent, Episcopum curasse, ut hæc lis ageretur. Debuit igitur volens nolens Cappellanus Judicium Eminentissimorum Patrum accipere. Pluries auditus fuit Episcopus, qui plura congregat., ut monstret Cappellanum omnino teneri ad implenda onera Cappellaniæ. Causa nunc proponitur, pugnantque Patres hinc inde datis Libellis, ex quibus Eminentissimi Patres duo, quæ sequuntur, Dubia, expedient.

I. *An Cappellania, de qua agitur, sit Residentialis, itaut Cappellanus Brunati cogendus sit ad celebrationem Missarum per se ipsum sub pœna privationis Beneficii, seu potius adimplere valeat per alium in Casu &c.*

II. *An Bernardinus Brunati teneatur ad redditionem rationis, ac consignationem omnium contentorum in decretis Sacræ Visitationis, ac successiva sententia Reverendissimi Ordinarii in casu &c.*

Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. Ad II. Affirmative cor. Ordinario in omnibus.

Sess. 25. c. 13. de Ref.

FULGINATEN. FUNERIS: Defuncto Commendatario Aloysio Bernabò bigamo, qui conditus fuit in Ecclesia S. Francisci PP. Minorum Conventualium, funus comitante Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, controversia orta est inter Patres Minores Conventuales, & quatuor Dignitates Capituli, contendentibus Dignitatibus sibi debitas esse ex decreto quodam Capitulari lato anno 1730 quatuor faces cereas majores, quas vulgo dicunt intorticia, ultra solitas distributiones communes universo Capitulo. Re delata ad Episcopalem Audientiam, definitum fuit secundum Dignitates. Confugerunt Patres ad hoc Sacrum Tribunal petentes revocari sententiam Episcopi. Causa nunc duobus Capitibus collecta proponitur. Disputant Patres ex Juris dispositione non aliud ab iis deberi, nisi quartam funerariam Ecclesiæ Parochiali defuncti, ut est *in cap. 1. cap. relatum cap. de his cap. cum super de sepultur.*, & *Clement. dudum* § *Verum ne Parochialis: eodem titulo*; Ideoque nihil proponi, cum ultra hanc quartam teneantur dare Dignitatibus quatuor intorticia. Neque ad rem pertinere decretum Capitulare anni 1730., quia hoc potest quidem afficere in casu, quo res sit de sepultura in Ecclesia Cathedrali, nullam tamen vim habeat, cum agitur de interesse aliarum Ecclesiarum, quæ non pendent a Capitulo, neque ejus jurisdictionem legislativam agnoscunt, cum nemo ignoret non licere Capitulo leges condere sine consensu, & approbatione Episcopi, præsertim, si lex in privatam Capituli, & Canonicorum utilitatem cedat *Garz. de Benef. par. 8. cap. 1. n. 87.* & respondit Sacrum hoc Tribunal contra *Piton. discept. Eccles. 57. per. tot. par. 3. in Leodien. Capitulationum Vol. V. Thes. Resol. Sac. Congr.*

Rursus etiam si Constitutio, & decretum Capitulare ligare posset alias Ecclesias, & præsertim Regularium, alia ratione ad rem non pertinere, quia agat de funeribus Clericorum, & Sacerdotum, qualis non fuit Commendatarius Aloysius Bernabò, qui cum bigamus esset, inter Laicos erat non inter Clericos, ut definivit Concilium Lugdunense *in cap. unico de bigam. in 6.* ubi ait „ Bigamos omni Privilegio Clericali declaramus esse denudatos, & „ coercitioni [illegible] fori secularis addictos, consuetudine contraria non obstan-

„ te,

„ te, idcircoque ſub anathemate prohibemus deferre Tonſuram vel habi-
„ tum Clericalem „ cui concinit Tridentinum *ſeſſ.* 23. *cap.* 17. *de ref.* tra-
duntque ex iis *Spad. conſ.* 110. *num.* 12. *lib.* 2. *Montaigna de Bigam quæſt.* 5.
effect. 4. *num.* 12. *Pariſ. de reſign. lib.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 17. *& ſeqq. Garz. de*
Benef. par. 1. *cap.* 5. *num.* 140. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæſt* 40. *num.* 150.
& ſeqq. Corrad. in Prax. diſpenſ. lib. 2. *cap.* 1. *num.* 5. 10. , *&* 22. , alii-
que. Neque excipi poſſe Clericum bigamum, licet Laicus reputandus ſit ra-
tione privilegiorum Clericalium, quæ omnia amittit, ratione vero Juris
aliorum in ipſum reputandum eſſe Clericum, ob clericalem characterem, qui
bigamia non deletur, quidquid enim hac de re ſit, ſatis eſſe non hic agi de
aliquo effectu Clericali, qui pendeat a charactere, quo caſu recipi ea poſſet
diſtinctio, ſed rem eſſe de funere, & ita de re penitus extrinſeca Clerico,
Clericatui, & Characteri Clericali; rem eſſe de onere præſtandi faces, quod
devium eſt a Juris diſpoſitione, ideoque ſatis eſſe, ut quantum attinet ad ex-
ternum ſtatum perſonæ, bigami inter Laicos cenſeantur, ne locus ſit oneri,
cui diſpoſitio Juris non favet. Hæc atque alia Patres. A Dignitatibus nihil
habuimus. Capita controverſiæ ſunt.

I. *An debeantur quatuor Dignitatibus Eccleſiæ Cathedralis Fulginei ultra ſo-*
litas diſtributiones quatuor intorticia occaſione earum interventus
in funeribus bigamorum ductis extra Cathedralem in caſu &c. & qua-
tenus negative.

II. *An in funere Commendatarii Bernabò bigami debita fuerint dictis quatuor*
Dignitatibus ultra ſolitas diſtributiones quatuor intorticia occaſione
earum interventus in caſu &c.

Dilata.

Die Sabbathi 19. Auguſti 1752.

FULGINATEN. FUNERIS: In ultima *Congregatione* habita *die* 29. tranſacti menſis *Julii* Dignitatibus Eccleſiæ Cathedralis Fulginii *dilationem* poſtulantibus reſcripſerunt Eminentiſſimi Patres: *Dilata ad ſequentem*. Nunc itaque Cauſa proponitur, & duo, quæ ſequuntur, Dubia ſunt expedienda. *Seſs.* 25. *c.* 13. *de Ref.*

I. *An debeantur Dignitatibus, & quatuor primis ex Capitulo Eccleſiæ Cathe-*
dralis Fulginei ultra ſolitas diſtributiones quatuor intorticia occa-
ſione eorum interventus in funeribus bigamorum ducendis extra Ca-
thedralem in caſu &c.

II. *An in funere Commendatarii Bernabò bigami debita fuerint dictis quatuor*
Dignitatibus ultra ſolitas diſtributiones quatuor intorticia occaſione
earum interventus in caſu &c.

Negative ad utrumque.

TREVIREN. FRUCTUUM: Dedimus Cauſæ hujus ſpeciem *in Folio Congregationis* habitæ *die* 20. ſuperioris menſis *Junii*, ſed poſtulante Decano Jæger *dilationem*, *& reformationem primi Dubii*, auditus fuit ab Eminentiſſimis Patribus. Propoſita igitur Cauſa in *Congregatione* habita *die* 8. ſequentis menſis *Julii* duobus hiſce Dubiis. „ 1. An fructus, & reddi-
„ tus Decanales decurſi, & maturati a die Feſtivitatis S. Joannis Baptiſtæ
„ anni 1749. uſque ad aliam diem ejuſdem Feſtivitatis ſubſequentis anni 1750.
„ debeantur hæredibus Decani ab Ebrencron interim defuncti: ſive potius
„ debeantur ad ratam præſtiti ſervitii, & temporis vitæ in caſu &c. II. An
„ pro tempore futuro ſervanda ſit ordinatio Eminentiſſimi Archiepiſcopi Ele- *Seſſ.* 24. *c.* 12. *de Ref.*

„ doris, sive potius prætensa consuetudo in casu &c. *respondit Sacrum Tri-*
„ *bunal*: Ad I. Affirmative ad primam partem, & negative ad secundam:
„ Ad II. Dilata, & proponatur citato Capitulo „. Redeunt nunc hæredes defuncti Decani Ebrencron ad Judicium Eminentissimorum Patrum, & expostulant, ut definiatur Dubium.

An sit standum, vel recedendum a decisis quoad primum Dubium in casu &c.

Dilata ad primam post aquas.

Sess. 23. c. 18. de Ref. TERRACINEN. SEU SETINA TAXÆ: Causam hanc, & rationes, quæ in ea sunt, expressimus in *Folio Congregationis* habitæ *die* 17. *Junii*. Cum autem Abbas Commendatarius *Fossæ novæ* R. P. D. Innocentius de Comitibus narrasset a Tribunali Signaturæ indultam fuisse *aperitionem oris arbitrio Sacræ hujus Congregationis* adversus Breve Benedictinum, de quo verba fecimus in *dicto Folio*, ideoque aliud Dubium addendum esse, & postulasset *dilationem*, Sacrum hoc Tribunal rescripsit: *Dilata ad secundam, & ad Dominum Secretarium pro subscriptione novi Dubii*. Subscriptum fuit novum Dubium, sed causam dare non potuimus in *ultima Congregatione*, quæ erat *secunda*, quia R. P. D. Innocentius de Comitibus *novam dilationem* obtinuit. Nunc igitur Causam damus auctam Dutio, itaut tria illius sunt Capita.

I. *An intret arbitrium pro aperitione oris in casu &c.?* & quatenus affirmative.

II. *An taxa imposita favore Seminarii sustineatur in casu &c.*, & quatenus negative.

III. *An, & ex quibus Bonis, in qua summa, & a qua die illa debeatur in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 24. c. 12. de Ref. SENOGALLIEN. CANONICATUS: Repeti poterit ab Eminentissimis Patribus *Folium Congregationis* habitæ *die* 20 superioris mensis *Maii*, in quo species omnis hujus Causæ data fuit: Ea tamen die proposita non fuit. Proponetur nunc, ut credimus, & definiendum erit.

An Canonicatus de Jurepatronatus de Luebis sit tantum Clericalis in casu &c.

Negative.

Sess. 22. c. 7. de Ref. RAVENNATEN., SEU FAVENTINA JURISDITIONIS: Redit ad novum Eminentissimorum Patrum Judicium hæc Causa, quæ data primum in *Folio Congregationis* habitæ *die* 14. *Martii anno* 1750., ut in *Thesaur. Resol. Sac. Congreg. Vol. XIX.* definita non fuit; proposita in sequenti *Congregatione diei* 18. *Aprilis* definitionem accepit. Tria erant ejus Capita. „ I. An „ liceat Curiæ Archiepiscopali Ravennæ deputare in Civitate, & Diœcesi „ Faventina Notarium ad recipiendas appellationes, aliosque Ministros pro „ exercitio suæ Jurisdictionis? II. An Ministri, sive mere Laici, sive Ec„ clesiastici deputati ab eadem Curia pro exactione reddituum Mensæ Ar„ chiepiscopalis sint exempti a Jurisdictione Ordinarii? *& quatenus affir„ mative*. III An Curia Archiepiscopalis possit pro sui libito eosdem Mi„ nistros deputare, & quoad eos ita Jurisdictionem exercere, ut valeat tran„ smittere Commissarios, ac Familiam armatam, fabricare processus, & „ similia in Civitate, & Diœcesi Faventina, itaut processus ultimo loco „ constructus contra Barbettum sustineatur in casu &c. *Responderunt Emi„ nentissimi Patres*: Ad I. Negative: Ad II. Negative: Ad III. Provisum

„ in

„ in secundo „ ut in eodem *Thesaur. Resolut. Vol. XIX.*, nunc autem respondendum est.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

FULGINATEN. Duo sunt Vici Orientali Plaga Diœceseos Fulginatensis, alter nuncupatus *Colle di Campo Rascio*, alter *lo Scandolaro*. In primo sita est Parochialis Ecclesia Sanctæ Mariæ in Cœlum Assumptæ, in altero sita est Ecclesia dedicata S. Sebastiano. Constat integra Parochia viginti sex Familiis; harum quinque primum Vicum incolunt circa Ecclesiam Parochialem, reliquæ alterum Vicum, distantque ab Ecclesia Parochiali quarta parte milliarii. Contigua Ecclesiæ Parochiali domus est pro Parochis, quæ eam semper habitare sueverunt: contra in Vico *Scandolaro* nulla est domus pro Parocho. Ecclesia tamen S. Sebastiáni ab anno 1573, servat augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, quod non servatur in Parochiali, habet in ea Sodalitium Sanctissimi Sacramenti; id factum fuisse gratia majoris commodi Vicanorum dignoscitur ex Visitationibus Episcopalibus. Hinc forte evenit, ut diuturno usu, longaque consuetudine observatum sit, ut Parochi diebus Domini Sacrum vicissim fecerint nunc in Ecclesia Parochiali, nunc in altera S. Sebastiani, exceptis Festis solemnioribus, & Beatissimæ Virginis, quibus in Ecclesia Parochiali pro Populo semper fecerunt, ut etiam in ea cineres, candelas, & ramalia olivarum distribuerunt, in ea etiam Paschale præceptum impleverunt Parochiani. Quindecim ab hinc annis cum Ecclesia S. Sebastiani fatiscceret, curavit Parochus, ut ab Incolis *Scandolarii*, & Sodalibus repararetur, atque hac occasione constructa in ea fuerunt sepulcreta, & in iis defunctorum Parochianorum corpora inferri, condique cœperunt. *Sess. 6. cap. 1. Sess. 7. cap. 3. Sess. 23. cap. 1. de Ref.*

Qui nunc Ecclesiæ Parochiali præest, Thomas Gregorius decem primis, quibus Parochiam tenuit, annis, domum Parochialem habitavit, statis certisque anni temporibus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesia Parochiali servavit, sacra in ea egit, aliasque Parochiales, & quasi Parochiales functiones, defunctosque in ea condidit. At duobus ab hinc annis valetudinis causa domum deseruit, & Scandolarium concessit, ubi se recepit apud familiarem quemdam suum, & in Ecclesia S. Sebastiani sacra egit semper, & Ecclesiasticas omnes functiones, ac defunctorum in eamdem Ecclesiam intulit corpora. Ægre ferentes quinque illæ Familiæ quæ Vicum incolunt *Colle di Campo Rascio*, Parochum domo Parochiali, Vicoque abesse, precibus Sacro huic Tribunali oblatis eum repetierunt. Auditus Episcopus contra Parochum respondit, & Eminentissimi Patres *die* 15. superioris mensis *Aprilis* rescripserunt; *Episcopo, qui cogat Parochum ad residendum in Domo Parochiali*. Post hæc novas preces obtulerunt Incolæ *di Campo Rascio*, quibus postularunt ut Parochus teneretur semper in Parochiali Ecclesia omnibus festis diebus sacra facere, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in eadem retinere, & Parochianorum corpora in ea condere, nisi in alia Ecclesia sepulturam elegissent. Rescripsit Vicarius Generalis audivisse Parochum, qui non renuit votis hisce obsequi, cum enim ipse paruerit tandem rescripto Sacri hujus Tribunalis, & domum Parochialem habitet, commodius ipsi est „ Missas celebrare in Ecclesia, in qua residet, & sua non interest, an de- „ functorum cadavera sive in una, sive in altera Ecclesia tumulentur, cum „ ejus jura quoad emolumentorum funeralium perceptionem in utroque casu „ illæsa remaneant „ ut ipsa sunt Parochi verba.

Censet tamen Vicarius Generalis „ etiam in posterum sustinendum esse solitum, „ observatum & a moderno Parocho, & ab ejus Antecessoribus, quod scili- „ cet in Dominicis Missæ celebrentur alternatim, & in festis de Præcepto „ B. Mariæ Virginis, & in solemnioribus Paschæ, Pentecostes, & Nativi- „ tatis Domini semper in Ecclesia Parochiali, in qua etiam expleantur be-

„ nedi-

„ nedictiones cinerum, palmarum, & candelarum, quia ſic conſultum erit „ commoditati etiam Populi in majori parte commorantis intus præfatam Vil„ lam Scandolari. *Addit aliam rationem*, quoniam cum in Eccleſia S. Se„ baſtiani uſque ab anno 1573. aſſervetur Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacra„ mentum, indecens quidem eſſe, ut ſaltem in aliquibus diebus feſtis juxta „ ſolitum ſacrum ibi non conficeretur, ſignanter quia Parochus id ſupplere „ non poteſt per Cappellanum ob modicitatem reddituum vix conflantium „ ſummam annuorum ſcutorum triginta quinque, non deductis oneribus. „ *Denique de tumulandis corporibus defunctorum in una, vel altera Eccle„ ſia hæc habet Vicarius Generalis* ſcitu neceſſe eſt in actu Sac. Viſitationis „ de anno 1657. expletæ per bon. mem. Epiſcopum Montecatinum ad inſtan„ tiam Parochianorum Scandolari fuiſſe decretum, & ſubinde conſtructum „ ſepulcrum in eadem Eccleſia S. Sebaſtiani, ut ibi eorum cadavera tumu„ larentur, ea potiſsimum ratione, quia valde incommodum erat illa aſpor„ tandi ad Eccleſiam Parochialem, & propterea neſcitur, quo ſpiritu du„ cti incolæ Campi Raſci, quod poſt decurſum adeo longiſsimi temporis pro„ viſionem captam per Epiſcopum Viſitatorem in dubium revocent „. Hæc Vicarius. Cauſa nunc IV. Capitibus collecta proponitur. A Parocho nihil habuimus. Capita ſunt.

I. *An Parochus Eccleſiæ Parochialis S. Mariæ in Cælum Aſſumptæ Collis Campi Raſci teneatur reſidere diu noctuque in ædibus Parochialibus ejuſdem Eccleſiæ?*

II. *An poſſit alternative in Dominicis celebrare Miſſam, aliaſque Parochiales functiones exercere in Eccleſia S. Sebaſtiani exiſten. intra limites Parochiæ, vel potius teneatur eadem omnia peragere ſingulis Dominicis, aliiſque diebus Feſtivis in Eccleſia Parochiali?*

III. *An retinere debeat Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſia Parochiali.*

IV. *An poſſit ſepellire Parochianos in Eccleſia S. Sebaſtiani, vel potius eoſdem ſepelire teneatur in Eccleſia Parochiali?*

Ad I. Affirmative. Ad II. Negative ad primam partem, affirmative ad ſecundam. Ad III. Affirmative. Ad IV. Affirmative ad primam partem quoad eligentes tantum.

Seſs. 25. c. 12. de Regul.

TUDERTINA CENSURARUM, ET IRREGULARITATIS: Tadum ſe reputans Sacerdos Franciſcus Bernardini verbis quibuſdam, quæ Joſeph Narduccius Prior Parochialis Eccleſiæ Caſtri *S. Reſtitutæ* protulerat in Eccleſia, dum fidei rudimenta docebat, aggreſſus eſt eum querelis domi Parochi Caſtri *Melazzole*, in quam die 8. Novembris ſuperiore anno 1751. non ipſi tantum, ſed alii etiam Sacerdotes, & Parochi vicinorum Locorum officii cujuſdam cauſa convenerant. Excitatus Narduccius irreverenti Sacerdotis Bernardini querela par pari retulit, conviciis reſpondit, & ira æſtuans eumdem Sacerdotem manibus ſive tetigit, ſive percuſsit aut in pulſu, aut in brachio, non enim teſtes conveniunt, an eum tetigerit, an percuſſerit, & an in pulſu, an in brachio) incertum tamen, an animo offendendi, an naturali manuum motu, quas habet in geſticulando argutas. Tacent namque id Teſtes, & qui unus hac de re verba facit, Egidius Marini Parochus dicti Caſtri *Melazzole* dubietatem hanc diſerte retulit: *ma nemeno poſſo dirle, ſe foſſe in atto di percuoterlo, o col ſuo ſolito naturale di geſtire con le mani*, qui tamen ibi aderant facile pronunciarunt Priorem Narduccium incurſum fuiſſe in cenſuram cognitiſsimi *Can. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4.* Abreptus igitur fuit, & monitus de incurſu, ſed ille riſit Judicum illorum ſententiam; Pax inde inter eos reddita fuit, ſed iterum jurgarunt. Rem detulit Sacerdos Bernardini ad Epiſcopum Tudertinum: & inſtante Promotore Fiſcali, inſtructus fuit proceſſus, auditis, qui tum præſentes fuerant, Teſti-

bus.

bus. Monitus fuit Narduccius a Vicario Generali nomine Episcopi *de se abstinendo ab Officio Parochi, & sacri celebratione, saltem donec, & quousque ex depositionibus Testium constiterit, an sit incursus in censuras*; sed Narduccius, consultis Theologis, Tuderto discessit, Parochiam suam repetiit, sacra, aliaque ad Officium Parochi spectantia egit.

His ab Episcopo auditis, Examinatorum Synodalium sententias audire voluit, qui coram Episcopo censuerunt Priorem Narduccium *incurrisse in excommunicationem Canonis, & subinde in irregularitatem attenta violatione censurarum, & spretu præcepti oretenus eidem facti a Superiore*. Post hæc Vicarius Generalis citationem ad dicendum causam quare contra eumdem Priorem expediri, exequi mandavit, eoque revocato in Civitatem Tuderti præcepit; ne ab ea discederet. Prior autem *petiit sibi assignari congruum terminum ad effectum, prævia expositione omnium gestorum, consulendi Sacram Congregationem Concilii, & quatenus opus judicetur, parendi mandatis Ecclesiæ*. Inde Romam venit, & mutato consilio, appellavit ad Tribunal A. C. Causa tamen decreto Eminentissimi Signaturæ Præfecti ad hoc Sacrum Tribunal delata fuit, & disputat nunc Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis incidisse Priorem Narduccium in censuram Canonis illius, licet percussio levis fuerit, nulla inter levem, & gravem percussionem differentia, quam quod hæc absolutione tantum Summi Pontificis tolli possit, illa absolutione Episcopi; neque excusari Narducium subito iræ motu, solus enim jocus a censura ex percusione liberat: His consequens esse, ut inciderit in irregularitatem, cum spreta Episcopali monitione sacra egerit, & Officium Parochi ministraverit, idque, etiamsi dubitare potuerit de justitia Episcopalis Judicii. Hæc Promotor: A Narduccio nihil habuimus. Duo Causæ Dubia sunt.

I. *An constet de asserto incursu in censuras Canonis si quis suadente in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An constet de incursu in assertam irregularitatem in casu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Negative, & ad Mentem.

AQUEN. JURIS ELIGENDI SEPULTURAM: Cum obiisset die 24. mensis Junii superiore anno 1751. impubes filia Sanctini Thomati Civis Terræ Vuadi, pro qua Pater biduo ante obitum sepulturam elegerat in Ecclesia Patrum Ordinis Dominicani, in qua & alii filii dicti Sanctini, & ejus Majores conditi fuerant, nullis precibus flecti potuit Parochus, ut sineret ad Ecclesiam Patrum efferri, sed metu censurarum, & districtionis concusso Sanctino, authoritate propria ad Parochialem Ecclesiam Filiolæ defunctæ corpus detulit, tumuloque condidit. De hoc Parochi facto graviter questi Patres postularunt ab hoc Sacro Tribunali, ut cogeretur ad restituendum cadaver, omniaque funeraria emolumenta, quæ accepit. Auditus fuit, ut moris est, Episcopus, qui contra Patres respondit. Causa nunc proponitur, & disputant Patres, constitutum fuisse apertis Juribus in *cap. de uxore §. Utrum autem pater. Extravag. de sepultur. & in cap. licet 4. de sepultur. in 4.* licere Patri eligere pro filiis impuberibus sepulturam, si id habeat loci consuetudo, ex quorum jurium dispositione ita communi consensu docuerunt *Interpretes ibidem. Navar. cons. 2. de sepultur. Petr. de Ubald. de Canon. Episc. cap. 11. num. 6. Bellect. disquis. Cleric. par. 1. §. 3. de Cleric. debit. n. 17. Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib. 1. cap. 10. n. 28. Murga disquis. tract. 7. disquis. 9. §. 1. conclus. 2. par. tot. Passerin. de stat. homin. tom. 2. artic. 4. quæst. 187. num. 158. Mattheucc. offic. Cur. cap. 48. num. 22.* Consuetudinem hanc ab immemoriali tempore esse in ea Terra probant Patres testibus, quos purgant ab exceptionibus, quas opposuit Episcopus, & probationes, quas idem Episcopus e libris Parochialibus accepit rejiciunt, monstrantque electionem sepulturæ pro Filiola vere a Sanctino factam fuisse ante

Sess. 25. c. 4. de Ref.

illius

illius obitum, cui tamen vi ejuſdem conſuetudinis etiam poſt obitum fieri potuiſſet.

Addunt etiam, ſepoſita conſuetudine, ſervari debuiſſe electionem ſepulturæ factam a Patre, quia in Eccleſia PP. Dominicanæ Familiæ conditi fuerant Majores Sanctini, & ejus filii, qui, turbato naturæ ordine, prædeceſſerant, quo caſu electio ſervanda eſt ex ſententia Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium negociis, & conſultationibus præpoſitæ, cujus decretum eſt apud *Peyrin. vol. 2. decret. 17. fol. 144. & Pellizzar. tractat. 8. cap. 5. ſect. 4. ſubſect. 2. num. 144. veſ. declaravit tom. 2.*, & in *Vercellen. die 5. Julii 1675.* in qua his verbis decrevit „ Licere Parentibus in quacumque Eccleſia voluerint etiam Regularium eorum filiis minoribus, qui ad annos pubertatis nondum pervenerint, eligere ſepulturam, nec a Parochis locorum impediri poſſe, aut debere, præſertim vero, ſi in dictis Eccleſiis ſepelliri conſueverint, vel in eis habeant ſepulcrum Majorum „ ut apud *Mattheucc. in offic. Cur. quoad ſepulturas cap. 48. num. 24. & in Sulmonen. ſepulturæ 12. Junii 1731. Ponente clar. mem. Card. Falconerio.* Hæc Patres. A Parocho nondum libellus jurium datus fuit. Dubium eſt.

An prætenſa electio ſepulturæ facta a Sanctino Thomati pro Catharina filia impubere ſuſtineatur, itaut ſit reſtituendum illius cadaver una cum emolumentis funerariis in caſu &c.

Dilata, & examinentur Teſtes formiter, & extrahentur partitæ Sepulturæ impuberum defunctorum citata parte.

Seſs. 25. c. 4. de Ref.

LAURETANA CADUCITATIS: Legavit Margharita Celſi anno 1608. PP. Minoribus Conventualibus S. Franciſci Montis Luponi ſcut. 2000. præſtanda ab hæredibus non in pecunia, ſed „ in bonis ad æſtimationem Peritorum communiter eligendorum, *dato onere*, quod Fratres dictæ Eccleſiæ teneantur in perpetuum celebrare in Altari domi ipſius Teſtatricis Miſſam unam lectam in quolibet die, pro anima &c. & deficientibus in celebrando Miſſam prædictam, in tali caſu bona prædicta recadere debeant Eccleſiæ S. Petri Plebis dictæ Terræ cum eodem onere „ quæ verba ſunt teſtamenti. Devenit hæreditas Margharitæ legantis ad R. Fabricam S. Petri, quæ anno 1619. tranſegit cum Patribus, & accepit ſcut. 500. ex lege Falcidia pro legato iiſdem relicto, ſervantibus ſibi Patribus Jura ex cauſa hujus ſolutionis. Sed cum hæc reſervatio nihil proficeret, poſtularunt, & obtinuerunt a Generali Capitulo anno 1629. reductionem Sacrorum ad ſex ſacra qualibet bebdomada. Rebus ita compoſitis, novæ impenſæ ſubeundæ fuerunt a Patribus, cum bona ſita eſſent prope flumen *Potenza*, cujus rapiditate ripæ exeſæ, & bona plurimum in pretio, & fructu diminuta fuerunt, itaut anno 1723. data omnibus Ordinibus Regularibus ab Innocentio XIII. Pontifice Optimo Maximo facultate, novam reductionem oneris Sacrorum petere debuerunt, quam pariter impetrarunt. Servata fuit reductio ad annum 1749., quo Capitulum Eccleſiæ S. Petri Montis Luponi cenſuit Patres legato caducatos fuiſſe, quod defeciſſent in implendo onere Sacra integre agendi; & eoſdem Patres in Jus vocavit coram Eminentiſſimis Patribus. Mandata fuit Juriſdictio Vicario Generali Lauretano, ut eligerentur Periti, qui bona æſtimarent, & redditus *habito reſpectu tam ad tempus obtentæ reductionis, quam ad tempus præſens*. Peritis electis diſſidentibus, opus fuit tertium eligere, qui acceſſit judicio Periti Patrum. His cognitis, receſſit Capitulum a lite, non Patres, qui ad hoc Sacrum Tribunal redeunt, diſputantque caducitati locum non eſſe pro partiali inadimplemento oneris, præſertim cum defectus venerit ex natura rei, quæ decrevit deductione Falcidiæ, & impetu fluminis, quas cauſas probe agnoverint tum Capitulum, tum Magiſter Ordinis, reducto authoritate Pontificia Sacrorum numero; Cum

igitur

igitur dolus, & culpa Patrum abfuerit, abeſſe quoque debeat caducitas. Hæc Patres. Dubium eſt.

An ſit locus caducitati in caſu &c.

Negative.

Die Sabbathi 9. Septembris 1752.

DUæ, quæ ſequuntur, Cauſæ in ultima Ampliſſimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 19. tranſacti *menſis Auguſti* dilationem obtinuerunt ad hanc *Congregationem*. Poterunt igitur Eminentiſſimi Patres *Folium ejuſdem Congregationis*, repetita lectione, conſulere, ut eaſdem expediant.

RAVENNATEN. SEU FAVENTINA JURISDICTIONIS, in qua quæritur. *Seſs. 22. c. 7. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata, & fiat confrontatio documentorum citata parte coram D. Secretario.

TERRACINEN., SEU SETINA TAXÆ, cujus tria ſunt Capita. *Seſs. 23. c. 18. de Ref.*

I. *An intret arbitrium pro aperitione oris in caſu &c.?* & quatenus affirmative.

II. *An taxa impoſita favore Seminarii ſuſtineatur in caſu &c.*, & quatenus negative.

III. *An, & ex quibus bonis, in qua ſumma, & a qua die illa debeatur in caſu &c.*

Ad I Quoad Monachos videatur particulariter: in reliquis negative. Ad II. Affirmative ad formam reſolutionis primi dubii. Ad III. Non retardata ſolutione Taxæ pro præterito ad formam Brevis firmetur ſtatus pro futuro.

PLACENTINA EXEMPTIONIS: Species hujus Cauſæ, quæ agitur inter Fratres Schiavi, & Præpoſitum, ſeu Parochum Eccleſiæ S. Hilarii, data fuit in *Folio Congregationis* habitæ *die* 10. *Julii* ſuperiore *anno* 1751., ut in *Theſaur. Reſol. Sac. Congreg. Vol. XX.* Cenſuerunt Eminentiſſimi Patres Cauſam non eſſe definiendam, & reſponderunt *ad Mentem*, Mens autem fuit, ut Epiſcopus omnem operam ſuam collocaret, ut Præpoſitus, & Fratres Schiavi redirent in gratiam; ſi id obtineri non poſſet, curarent Fratres Schiavi habitationis mutationem: nihil prætermiſit Epiſcopus, ut reconciliatio animorum fieret, ſed fruſtra, obſiſtentibus ſemper Fratribus Schiavis, qui metuunt a Præpoſito; monſtrarunt etiam iidem Fratres detrimentum, quod ſibi ipſis inferrent, ſi habitationem mutarent. Re igitur infecta, redit Cauſa ad hoc Sacrum Tribunal, & idem Dubium nunc eſt expediendum. *Seſs. 21. c. 6. de Ref.*

An ſit locus proviſioni pro exemptione a cura in caſu &c.

Negative.

SMIRNEN. MATRIMONII; Cauſa hæc, qua agitur de validitate ſecundi matrimonii contracti a Coſmo Parigi Florentino cum Magdalena Gratis Smirnenſi data fuit *in Folio Congregationis* habitæ *die* 6. ſuperioris menſis *Seſs. 24. c. 1. de Ref. Mart.*

Maii. Reſcripſerunt Eminentiſſimi Patres *Dilata, & ſcribat defenſor Matrimonii*. Scripſit defenſor, & urget illicitum quidem, ſed tamen validum eſſe matrimonium contractum ab eo, qui non expectato certo nuncio de morte conjugis, cum alia ſecundas nuptias contrahit, dum vere Uxor obierit tempore, quo ſecundum matrimonium initum fuit, quia conſenſus non in eo ſolum, qui moraliter certus eſt, ſed etiam in eo, qui de ſua libertate dubius eſt, ſi contrahit, ſervata forma Tridentini, ſatis eſt, ut valide contrahat, licet matrimonium illicitum ſit, ut reprobato *Pontio lib. 7. de matrimon. cap. 53. num. 5. & 6.* cui placuit nullum dicendum eſſe matrimonium, defendunt *Barboſ. in cap. Dominus num. 3. de ſecund. nupt. Boſſ. oper. moral. tom 1. par. 2. §. 31. num. 2012. Card. de Lauria in. 4. ſentent. tom. 3. de matrim. diſput. 24. art. 5. num. 129. Pignatell. conſult. 73. num. 11. tom. 9. Clericat. de Sacram. Matrimon. dec. 29. n. 42. & diſcord. for. par. 5. diſcor. 42. num. 2.* Hæc Defenſor. Judicent igitur Emi Patres.

An conſtet de nullitate Matrimonii in caſu &c.

Negative.

Seſs. 21. c. 4. de Ref.

ALBINGANEN. CURÆ ANIMARUM, ET FUNCTIONUM: Imperio Eminentiſſimorum Patrum hæc Cauſa proponitur, quæ data *in Folio Congregationis* habitæ *die* 29. tranſacti menſis *Julii*, & Parocho *Villæ Faraldorum* dilationem poſtulante, reſponſum accepit *Dilata ad primam menſis Septembris*. Poterunt igitur Ampliſſimi Patres *Folium* illud iterum conſulere, & III. controverſiæ Capita definire.

I. *An & quomodo Eccleſiæ S. Bernardi Loci Delii concedenda ſit facultas ſepelliendi cadavera, & adminiſtrandi Sacramenta Baptiſmi, Matrimonii, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ etiam tempore Paſchali, & extremæ Unctionis?*

II. *An Populo Delii indulgendum ſit audire Miſſam in dicta Eccleſia S. Bernardi die Paſchatis, & S. Laurentii?*

III. *An liceat in dicta Eccleſia S. Bernardi peragere functiones Funerales, & alias non Parochiales in caſu &c.*

Ad I. Negative quoad Matrimonia, & implementum præcepti Paſchalis: in reliquis affirmative ſalvis juribus Parochialibus. Ad II. Satis proviſum in Decreto Epiſcopi. Ad III. Affirmative ſalvis emolumentis Parochialibus.

Seſs. 22. c. 5. de Ref.

CATANIEN. DISPENSATIONIS: Poſtulat Franciſcus Dominicus Nicoloſius Subdiaconus diſpenſationem a Voto continentiæ, quod vi metuque illato a Matre, & a conſanguineo Ludovico Pappalardo viro potenti Ordinem illum invitus ſuſceperit: His, ait, ſubjectum fuiſſe ab ipſa pueritia, quo tempore Pater deceſſit, & ab his ſemper metuiſſe: anno 1737. cum ſtudia Juris proſequi vellet, deterritum fuiſſe a Matre minis, & verberibus, ut eadem ſtudia deſerere coactus fuerit, & abductum fuiſſe a Ludovico Cataniam, ubi adactus fuit Subdiaconatus Ordinem ſuſcipere. Proteſtationes tamen contrariæ voluntatis tum ante, tum poſt ordinationem emiſiſſe coram amico Sacerdote, cui explicavit animum de nullitate dicendi; cum primum poſſet: Ad Diaconatus Ordinem numquam aſcendere voluiſſe, Matre nequicquam urgente: defuncto tandem Ludovico Pappalardo, Matrem conſcientiæ ſtimulis agitatam omnia bona ſua eidem donaſſe, & anno 1750. veniam ei dediſſe, ut peteret diſpenſationem a Voto continentiæ, itaut preces offerre potuerit Sacratiſſimo Principi, quas Mater moriens declaravit veritatem ipſiſſimam continere.

Data fuit poſtulationis hujus cognitio Ampliſſimis Patribus, qui Juriſdictionem Epiſcopo mandarunt, ut fieret Proceſſus. Epiſcopus alium delegavit, qui duos, treſve Sacerdotes audivit, qui de vi, metuque, de proteſtationibus, de po-

de potentia Ludovici Pappalardo teſtimonium ſerunt. Cauſa nunc his probationibus proponitur, & diſputat Nicoloſius de nullitate ſuſcepti Ordinis, ex qua diſpenſandus ſit a Voto continentiæ ob vim, & metum illatum. Contra vero *Defenſor Ordinis* negat probari vim illam, & metum, qui conſtantem virum concutere potuerit, cum Teſtes nimis generaliter, & vage de vi, & metu teſtimonium ferant, neque ſpeciem ullam illati metus exprimant; eoque amplius probandum eſſe metum, quo vir quiſque conſtantiſſimus affici potuiſſet, quod res non eſſet de puella, aut tenero adoleſcente, ſed de juvene vicennio majori, non de Patre, ſed de Matre, & de conſanguineo, cui nulla debebatur reverentia, & qui licet vir fuerit magnæ in Patria ſua potentiæ, non tamen probetur vim ullam Nicoloſio intuliſſe: Graviores fuiſſe circumſtantias *in Biſuntina Diſpenſationis*, quæ *die* 17. tranſacti menſis *Junii* reſponſum accepit *negative*. Hæc Defenſor Ordinis: Dubium eſt, *An ſit locus diſpenſationi Voti continentiæ in caſu &c.*

Negative.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM, Speciem Cauſæ hujus referre inutile eſt, ne actum agere videamur, poſtquam *in Folio Congregationis* habitæ *die* 22. *Septembris anno* 1736., quod editum fuit *Vol. VII. Theſ. Reſol. Sacr. Congreg.* latiſsime data fuit. Poterunt itaque Eminentiſsimi Patres rem omnem ex eo repetere, ex quo ſcient tranſactum fuiſſe inter Archihoſpitale S. Spiritus in Saxia Urbis, & Florentios hæredes Marci Antonii Florentii, qui anno 1597. quindecim Loca Montium donaverat eidem Archihoſpitali cum onere quorumdam Sacrorum agendorum in Eccleſia S. Silveſtri PP. Theatinorum, & præſtandi quædam ſubſidia dotalia. Hac tranſactione facta fuit Archihoſpitali poteſtas vendendi Loca illa Montium, & pretium erogandi in emptionem rei immobilis, ex cujus fructibus impleri poſſent onera data a Fundatore. Pretium illud, quod una cum augumento convento ſcut. 900. pervenit ad ſummam ſcut. 2437. 50., erogatum fuit in emptionem domus, quæ locabatur cauponæ. Uſum, & deſtinationem hujus domus mutavit pluries Archihoſpitale, ac demum majorem ejuſdem partem adjecit Noſocomio. Tandem poſtulavit ab hoc Sacro Tribunali reductionem, vel ſaltem ſuſpenſionem ſubſidiorum dotalium, contradicentibus Hectore, & Virgilio Auguſto Florentiis deſcendentibus a Marco Antonio donatore. Duo erant Dubia. „ I. An ſit locus reductioni, ſeu ſuſpenſioni Sub- „ ſidiorum Dotalium in caſu &c. II. An onus celebrandi Miſſas privatas in „ anniverſariis incumbat PP. Theatinis S. Silveſtri ad Montem Quirinalem „ cum eleemoſyna a Fundatore aſsignata, vel aliquid ſit eis ſupplendum, & „ reſpective quot Miſſæ privatæ ſint celebrandæ in caſu &c. *Cauſa dicta* die 22. „ Septembris *proponi non potuit, ſed propoſita fuit* die 1. Decembris eodem „ anno 1736., *reſponditque Sacrum Tribunal*. Ad I. Negative: Ad II. Af- „ firmative quoad primam partem, negative quoad ſecundam, & celebran- „ das eſſe quinque Miſſas lectas in ſingulis anniverſariis „ ut in eodem *Vol. VII. Theſ. &c.*

Seſs. 22. c. 6. de Ref.

Siluit poſt hanc definitionem Cauſa, & Archihoſpitale onera implevit. Nuper autem poſtulavit, ut adiiceretur alterum Dubium de validitate tranſactionis, quam impugnare intendit petendo ejuſdem reſciſſionem, & facultatem reſtituendi ſummam illam ſcut 2437. 50., ſed cum poſtulatio rejecta fuiſſet, adiit Sacratiſſimum Principem noſtrum, petiitque, ut mandaretur Sacro huic Tribunali notio de validitate vel invaliditate ejuſdem tranſactionis. Reſcripſit Optimus Princeps *ad eandem Congregationem Concilii cum omnibus facultatibus neceſſariis, & opportunis*, atque ita alterum hac de re Dubium adjectum fuit. Diſputant fratres Florentii nihil proponi, cur recedendum ſit a deciſis, & cur reſcindenda ſit tranſactio: non eſſe recedendum a deciſis, cum agatur de contractu, quo caſu juxta ſententiam Sacri hujus Tri-

bunalis reductionibus non est locus: transactionem servandam esse, cum post centum, & qui excurrunt, annos, non sit quærendum de solemniis beneplaciti Apostolici, & similibus, præsertim, cum de utilitate Archihospitalis ambigi non posset, ut late monstrant. Hæc atque alia in libello fratrum Florentiorum. Ab Archihospitali nihil habuimus: Duo, ut diximus, Causæ Capita sunt.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis sub die* 1. *Decembris* 1736., & quatenus affirmative ad primam partem.

II. *An liceat Archihospitali restituere Capitale scut.* 2437. 50. *& quomodo in casu &c.*

Dilata ad primam post aquas.

Sess. 22. *c.* 6. *de Ref.*

CINGULANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS: Testamento, quo decessit Nicolaus Simoncellius Cingulanus, pluribus relictis oneribus sacrorum in Ecclesia Cathedrali agendorum, & deputatis Exequutoribus Testamentariis, hæredem scripsit in usufructu uxorem suam, qua defuncta, voluit „ che li Signori Esecutori testamentarj siano tenuti, ed obligati di tutta „ la mia eredità erigerne con ogni sollecitudine, e premura, ed effettiva„ mente formarne due nuovi Canonicati in questa Chiesa Catedrale di Cin„ goli, quali debbano assistere sí al Coro, che ad altre funzioni Ecclesiasti„ che nel modo, che sono obligati tutti gl' altri Signori Canonici „. Ad hos novos Canonicatus nominavit Sacerdotem Jo Baptistam Honorium, & Subdiaconum Josephum Castiglionum, quos etiam aliis sacrorum oneribus gravatos voluit. Jus vero nominandi perpetuum legavit Thaddæo Crescioni, & Alexandro Simonetti, eorumque filiis, & masculis omnibus, qui ab iis nascerentur, quibus substituit Magistratum Cingulanæ Civitatis: Codicillis vero voluit „ che con li detti miei beni, e con la detta mia eredità, e loro „ frutto s' abbia da aggiungere un altro simile Canonicato, come adesso io „ eriggo, e creo eguale alli due sopracennati espressi nel detto mio Testa„ mento con il peso, condizione, ed obligo uniforme alli altri due „; vocavitque ad hunc tertium Canonicatum Josephum Rovellonium, cui etiam sua sacrorum onera dedit, relicto jure nominandi iis ipsis, quibus primorum Canonicatuum Jus nominandi dederat. Obiit Testator die 21. Martii anno 1750.: Duo ex testamentariis Exequutoribus muneri huic renunciarunt, tertius, qui illud agnovit, Alexander Simonetti, cum ære alieno hæreditas premeretur, illud expungere cupiebat fructibus hæreditariis, precesque ob id obtulit Amplissimis Patribus, quibus postulabat prorogari erectiones Canonicatuum, obtinuitque quod postulabat *ad annum*; sed cum anno dispungi æs alienum non posset, iterum dilata fuit Canonicatuum erectio.

Timens autem Magistratus Civitatis a Fabrica, cum, dilata erectione Canonicatuum, sacra non agerentur, adiit precibus hoc Sacrum Tribunal, postulans Canonicatuum erectionem. Datæ fuerunt epistolæ ad Episcopum, qui rescripsit, necessariam esse prorogationem, sed indulgendam cum conditione: *Non retardata interim celebratione Missarum*, simulque postulavit commutationem voluntatis Testatoris, ut hac hæreditate Collegii potius, seu Seminarii, quam Canonicatuum fieret erectio „ Dici vix potest, *ait Epi*„ *scopus*, quam vera, quam gravis, & quam urgens premat necessitas au„ gendi Ecclesiam Cingulanam Seminarii, quo prorsus caret, ornamento „ tam enixe a Tridentina Synodo commendati; neque omnino alienam ab „ hoc instituto esse, *putat*, ipsius Testatoris voluntatem, quandoquidem „ tum Canonicatus tum Seminarium ad Ecclesiæ Cathedralis servitium, di„ vinumque ibi cultum exequendum pertinent: hoc tamen discrimine, quod „ Canonicatus hodie minus necessarii, contra vero Seminarii institutio mul„ tiplici ex capite sit omnino expetenda, hac neglecta opportunitate, vix „ umquam sperare liceat Seminarii erectionem in ea Civitate faciendam „.

Hæc

Hæc Epiſcopus, eodemque tempore Promotor Fiſcalis preces obtulit Sacratiſſimo Principi, quibus poſtulavit commutationem voluntatis. Cognitio de hac poſtulatione data fuit Eminentiſſimis Patribus, reſcriptum fuit: *Proponatur citato Exequutore contradicente, & interim Epiſcopus mandet celebrari Miſſas a Teſtatore ordinatas*. At non ſolus Exequutor teſtamentarius, ſed & nominati ad Canonicatus, & Patroni, & Magiſtratus contradictores ſeſe huic poſtulationi præſtiterunt, diſputantque commutationem hanc nulla ratione permittendam eſſe. Violari voluntatem Teſtatoris, quod devium eſt ab omni Jure, violari Jus quæſitum nominatis, & Patronis, privari ſuffragio animam Teſtatoris, & conſanguineorum: Teſtatoris voluntatem averſam fuiſſe ab hoc uſu ſuæ hæreditatis: Nullam urgere neceſſitatem, nullam utilitatem erigendi Seminarium Cingulanum; Tridentini ſiquidem diſpoſitione unum Collegium non plura in Diœceſi deſiderari: ſatis eſſe Auximanum, cui a Cardinali Gallio anno 1593. facta fuit unio Cingulani, cujus pueri aluntur in Auximano. A Promotore Fiſcali nihil habuimus. Dubium eſt.

An ſit locus commutationi voluntatis in caſu &c.

Negative.

TRIVICANA CAPPELLANIÆ: Cappellam, quam ſanctæ Annæ in Eccleſia Cathedrali extruxerat, publico Inſtrumento dotavit anno 1691. Antonius Maſciolla ejuſdem Cathedralis Eccleſiæ Archipresbyter, adjecto onere ejus Rectori, ut tot ſacra ageret, quot ex redditibus agi poſſent conſtituto ſtipendio obulorum quindecim cuilibet Sacro. Patronatum vero Cappellaniæ reſervavit Capitulo Cathedralis, data hac lege „ di poter eligere, e nominare in detta Cappellania perpetua uno delli Sacerdoti, che ſi „ troveranno extra Capitolo di detta Città tantum, e non foraſtieri, ma che „ ſia del grembo, e naſcita di detta Città, purche ſi ritrovi, o ſtia attualmente in detta Patria: E non eſſendovi Sacerdoti extra Capitolo, ſia lecito al medeſimo Capitolo eligere dalli Diaconi, Subdiaconi, ed in diſetto „ da Chierici della medeſima Città il Rettore, e Cappellano ſuddetto con „ la condizione, che ſino ſarà detto Rettore Sacerdote, li Canonici di detto „ Capitolo debbano ſodisfare l' obligbi in detta Cappella alla ragione aſſegnata. *His tamen præferri voluit Sacerdos, aut Clericus, qui deſcenderet ab Antonio Cerillo* di Caſtello, *quique* abitaſſe, e faceſſe domicilio „ nella ſuddetta Città di Trevico &c., e non ritrovandoſi abitante con Caſa „ in detta Città, ſia eſcluſo, e non abbia luogo di neſſuna maniera la con„ dizione ſuddetta, e nomina di ſopra „. Cappellaniam hanc obtinuit Cajetanus Paglia Civis Trivicanus, qui Trivici morabatur, inde idem Cajetanus Canonicatum obtinuit in Collegiata Eccleſia proximi Oppidi Flumarii, quod quatuor millibus paſſuum diſtat ab Urbe. Ignatius Cozza ratus Canonicatum hunc incompatibilem eſſe cum Cappellania eam impetravit, mox dubitans de ſubſiſtentia hujus incompatibilitatis literas Apoſtolicas noluit expedire. Hanc difficultatem deſpexit Joſeph Maria Petrella, qui pariter hac ratione incompatibilitatis cum Canonicatu Cappellaniam impetrare voluit. Adit nunc Cajetanus Eminentiſſimos Patres poſtulans, ut declarent Cappellaniam hanc incompatibilem non eſſe cum Canonicatu in Oppido Flumarii, & ratio ejus præcipua eſt, quod cum adjecta non fuerit conditio ſacra agendi *per ſe ipſum*, poſſit onera data Cappellano implere per alium, præſertim cum neque illud fuerit adjectum, ut Rector Cappellaniæ in Civitate Trivici perpetuo moram facere haberet, ſed ſatis eſſe, ut tempore collationis in eadem Civitate moram faceret. Addit & alias rationes, quas Eminentiſſimi Patres legere poterunt in ejus libello. A Petrella impetratore nihil habuimus. Unum eſt Cauſæ Caput.

Seſſ. 7. cap. 4. de Ref.

An

An Cappellania, de qua agitur, a Sacerdote Cajetano Paglia possit retineri cum Canonicatu Collegiatæ Oppidi Flumarii in casu &c.

Dilata, & proponatur in prima post aquas citatis interesse habentibus.

Die Sabbathi 18. Novembris 1752.

PRiores duæ, quas subjicimus, Causæ imperio Eminentissimorum Patrum proponuntur, qui in *ultima Congregatione* habita *die 9. Mensis Septembris* jusserunt, ut proponerentur *in prima post Aquas*. Rogamus igitur eosdem Eminentissimos Patres, ut ad eas definiendas *Folium illius Congregationis* iterum consulant.

Sess. 22. c. 6. de Ref. ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM, cujus duo sunt Capita.

I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis sub die 1. Decemb. 1736.* & quatenus affirmative ad primam partem.

II. *An liceat Archihospitali restituere Capitale scut. 2437. 50. & quomodo in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 4. cap. 4. de Ref. TRIVICANA CAPPELLANIÆ, in qua quæritur.

An Cappellania, de qua agitur, a Sacerdote Cajetano Paglia possit retineri cum Canonicatu Collegiatæ Oppidi Flumarii in casu &c.

Affirmative.

Sess. 24. c. 12. de Ref. TREVIREN. FRUCTUUM: Hæc quoque Causa proponitur imperio Eminentissimorum Patrum; Postquam enim definita fuerat in *Congregatione* habita *die 8. Mensis Julii*, postulante Decano Jæger, ut iterum audiretur, data iterum fuit in *Folio Congregationis* habitæ *die 19. Augusti*, rescribentibus Eminentissimis Patribus. *Dilata ad primam post Aquas*: poterunt itaque nunc Amplissimi Patres *Folia illarum Congregationum* iterum consulere, ut, quod sequitur, Dubium expediant.

An sit standum, vel recedendum a decisis quoad primum Dubium in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 24. c. 12. de Ref. SENOGALLIEN. CANONICATUS: Redit ad Judicium Sacri Tribunalis hæc Causa, quæ licet data in *Folio Congregationis* habitæ *die 20. Mensis Maii*, definita tamen fuit in *Congregatione* habita *die 19. Mensis Augusti*. Dubio quod erat - *An Canonicatus de jure Patronatus de Luchis sit tantum Clericalis in casu &c.* responderunt Amplissimi Patres - *Negative* - nunc vero respondendum est.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata, & proponatur omnino in prima post proximam.

Sess. 23. c. 1. de Ref. SYRACUSANA INDULTI: Dedimus speciem omnem hujus Causæ in *Folio Congregationis* habitæ *die 24. Januarii anno 1750.* quod in lucem hominum editum fuit *Vol. XIX. Thesaur. Resol. Sac. Congreg.* Causa ea die proponi non potuit, ideoque data iterum fuit in *sequenti Congregatione* habita

die 28.

die 28. *Februarii*, accepitque responsum - *Dilata, & scribatur Episcopo pro Informatione, & Voto auditis Partibus* - ut in eodem *Vol. XIX. Thesaur. &c.* Nunc itaque tertio proponitur, ut definiatur.

An sit consulendum Sanctissimo pro concessione Indulti in casu &c.

Dilata, & proponatur in prima post Reges etiam unica.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Proposita fuit hæc Causa in *Congregatione* habita *die* 29. *superioris Mensis Julii*, Dubioque, quod erat - *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.* - respondit Sacrum Tribunal - *Negative*. Ad novum Eminentissimorum Patrum redit Judicium P. Florianus Floriani, & repetita lectione *Folii illius Congregationis*, respondendum erit. *Sess.* 25. *c.* 15. *de Regul.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Non proposita.

CELSONEN., SEU URGELLEN. BENEPLACITI. Montem amplissimum vulgo appellatum *la montagna del Prevosto* in finibus Galliæ, & Cathaloniæ, & in Diœcesi Vrgellensi situm possidet Præpositura Collegiatæ Ecclesiæ *Lilletti*, quæ sita est in alia Diœcesi Celsonensi. Montis hujus pars pascuis optima est, altera sylvam habet, vastumque nemus abietibus, pinis sylvestribus, aliisque arboribus, quæ fructus non reddunt consitum. Erat in hoc Monte ædificium, quod vocant *Molendinum*, secandis Tabulis aptum, sed hoc ædificium incendio absumptum fuit. Pars illa Montis, quæ pascuis destinata est, in emphytheusim data fuit pretio librarum 3500., & annuo canone librarum 30.; renovata tamen a Josepho Padros Præposito hac emphiteusi paucis ab hinc annis, auctus fuit canon ad annuas libras 60. Pars altera Montis, qua sedent nemora, & sylvæ variam habuit a Præpositis destinationem: Nunc enim integre, nunc pro parte vendita, seu locata fuit, ut carbo, ligna, tabulæ efficerentur, nunc data fuit, ut arbores secarentur, ut fierent trabes, & tabulæ ope *Molendini*, seu Fabricæ. Combusto ædificio, seu Molendino, quod ita vocatur, quia ligna, & tabulæ vi aquarum secantur, nemoris hujus redditus decreverunt ob damna, & incendia, quæ a finitimis Galliæ Populis inferuntur, quibus neque Custodes, & Saltuarii ob amplitudinem, neque Præpositi ob distantiam decem, & octo milliariorum a Præpositura occurrere possunt. Hæc enim reputans Joseph Padros Præpositus, satius duxit sylvam ad septennium vendere, seu locare pro carbone conficiendo duabus venditionibus, altera Josepho Fossas, altera Paulo Cavalleria pretio librarum 3915., quod commodo Præposituræ in census invenstire meditatur, adjectis pactis, & conditionibus, quas inter reparandi, & restituendi Molendinum, seu Fabricam Tabulariam. *Sess.* 25. *c.* 11. *de Ref.*

Hanc venditionem ægre tulit Præpositi Coadjutor Joseph Bernola, quod eam sibi, & Ecclesiæ detrimentum censeat inferre, ideoque se se in hoc Sacro Tribunali contradictorem præstitit, ne Eminentissimi Patres venditiones illas auctoritate sua comprobent. Auditus fuit Episcopus Urgellensis, in cujus Diœcesi Mons situs est, sed cum ob incertam factorum narrationem parum esset, quod ex epistola ejusdem Episcopi erui posset ad Causæ definitionem, auditus fuit Episcopus Celsonensis, in cujus Diœcesi Præpositura sita est. Hic Processum instruxit, Testesque formali examini subjecit: his præsidiis epistolam scripsit, qua censet probari posse contractus: atque ita parum conveniunt duo Episcopi, licet præferendus videatur Celsonensis, qui dicta comprobat Processu. Causa nunc duobus Capitibus collecta proponitur. Disputat Præpositus Padros nullum Coadjutori Bernolæ jus esse sese contradictorem præstandi, qui nullum neque in re, neque ad rem Jus habet in Ecclesia, sed nudam spem succedendi in Præpositura, si superstes sit Præposito: Sylvam

esse

esse cæduam, quæ sua natura nullos reddat fructus, nisi arbores cædantur; ideoque posse uti Jure suo, & sibi habere, pecunias, tamquam fructus, & tamen paratum esse eas commodo Præposituræ in census invertire, qui præstabunt annuas libras 117. Monstrat inde utilitatem Ecclesiæ, & necessitatem hujus contractus probationibus eductis ex epistola Episcopi Celsonensis. Contra Coadjutor Bernola detrimentum inferri contendit probationibus eductis ex epistola Episcopi Urgellensis, & damnandum esse Præpositum ad sarcienda damna illata. Disputatio sedet in factis. Judicium erit Eminentissimorum Patrum, an Episcopo Urgellensi, an Episcopo Celsonensi, an neutri fides habenda sit. Capita Causæ hæc sunt.

I. *An sit concedendum Beneplacitum Apostolicum in contractibus venditionum, seu locationum ad septennium, de quibus agitur in casu &c.* & quatenus negative

II. *An, & quomodo sint reficienda ass. damna ex dictis contractibus illata Præposituræ in casu &c.*

Ad primum affirmative juxta modum. Ad secundum provisum in primo.

Sess. 21. c. 3. de Ref.

POLYMNIANEN DIVISIONIS AUGUMENTI. Solet Capitulum, & Clerus Ecclesiæ Cathedralis Polymnianensis quatuor anni diebus ad Ecclesiam Abbatialem S Viti, quæ secundo lapide a Civitate distat, accedere, nempe Feria secunda post Dominicam Resurrectionis, Kalendis Maii, & die 15 Mensis Junii: his tribus diebus accessus ad illam Ecclesiam Abbatialem fit ducta Pompa, seu processione; die vero 14. Junii Capitulum, & Clerus sine Pompa convenit in eamdem Ecclesiam, ut Vesperas canet, Solvebant PP. Conventuales, ad quos Ecclesia illa pertinet, pro stipendio harum quatuor functionum ducatos 25., nempe *duodecim* pro duabus primis Pompis, seu Processionibus, *septem* pro Vesperis; *sex* pro tertia Pompa diei 15. Junii. Emolumentum trium primarum functionum æqualiter dividebatur inter Dignitates, Canonicos, Portionarios, & Sacerdotes, qui sunt extra numerum; Emolumentum vero tertiæ pompæ seu Processionis diei 15. Junii inæqualiter dividebatur: Duas partes tollebant soli Canonici, exclusis etiam Dignitatibus; Tertia vero pars inæqualiter iterum dividebatur inter Episcopum, qui tollebat Carolenos quindecim, & Dignitates, Portionarios, & Sacerdotes extra numerum, qui percipiebant Carolenos quinque. At anno 1745. acta lite in hoc Sacro Tribunali inter Capitulum, & Patres Conventuales, auctum fuit stipendium, quod denique anno 1747. constitutum fuit tranfactione inita in sc. 100.

Ex hoc augumento stipendii nova eodem anno 1747. exorta est controversia inter Capitulum, & Clerum: ducta enim prima Pompa die secunda Paschatis, Rationalis Capituli emolumentum æqualiter partiendum scripsit inter Canonicos, Dignitates, Portionarios, & Sacerdotes extra numerum. Provocarunt ab hac divisione Canonici ad Episcopum, eoque tunc absente, decrevit Vicarius Generalis, ut ejus reditus expectaretur. Rediit Episcopus, ducta jam secunda Pompa, seu Processione, tertiaque imminente. Postulabant Canonici duplicem hujus augumenti sibi dari portionem; Decrevit Episcopus, ut Procurator Capituli „ divideret secundum solitum antiquum „ stipendium proveniendum tam pro tribus Processionibus, quam pro Vespe„ ris peragendis, & Augumentum depositetur penes Arcam depositi dicti „ Capituli, salva provisione facienda circa ejusdem augumenti distributio„ nem „ Atque hoc Decretum ab Episcopo confirmatum fuit alio Decreto. Quia vero in dubium revocari non poterat tertiæ Processionis emolumentum dari sueviſſe pro duplici portione Canonicis, ideo iidem Canonici censentes eamdem distributionis methodum servandam esse etiam in augumento, postularunt ejusdem augumenti solutionem, reservata cognitione de stipendio aliarum functionum ad aliud Judicium. At Episcopus, depositio Judicis

officio,

officio, Arbitri munus ſuſcepit electus a Capitulo, citatis Sacerdotibus extra numerum *ad dicendum, quare petitum compromiſſum fieri non debeat*; In hoc igitur munere ſententiam animi ſui aperuit.

Cenſuit autem, ut ſicuti per immemoriale tempus æqualiter diviſa fuerant emolumenta duarum priorum Proceſſionum, & Veſperarum, ita dividendum eſſet æqualiter augumentum eorumdem emolumentorum; & ſicuti inæqualiter diviſum fuerat ſtipendium tertiæ Proceſſionis diei 15. Junii, ita divideretur inæqualiter ejus ſtipendium, ſervata proportione. Non placuit Canonicis hic modus diviſionis, ſed tamen, coacto die 2. Junii anno 1747. Capitulo, Dignitates, & nonnulli Canonici præſtiterunt aſſenſum, cæteris diſſentientibus; res itaque ad hoc Sacrum Tribunal delata eſt, contendentibus Cananicis „ diviſionem augumenti pro quatuor prærelatis functionibus „ peragendam eſſe in majori parte, ſeu in duplici rata inter omnes Cano- „ nicos de gremio, tertia vero portione inter Portionarios, & Extranume- „ rarios „. Auditus fuit Epiſcopus, qui in eadem ſententia eſt, qua arbitrium ſuum interpoſuit, rogatque Ampliſſimos Patres, ut decernant, & ſtatuant, quæ ſit Portio Epiſcopis debita, cum etiam ipſi ad has Functiones accedant. Longum eſſet utriuſque Partis rationes colligere, cum eas jam in epiſtola ſua retulerit Epiſcopus, & a Sacerdotibus extra numerum nihil hactenus datum fuerit. Cauſæ Dubium eſt.

An, & quomodo peragenda ſit diviſio ſeu repartitio augumenti pro acceſſu ad Proceſſiones, de quibus agitur in caſu &c.

Faciendam eſſe diviſionem Augumenti juxta ſolitum antiquæ repartitionis, & amplius.

NEAPOLITANA NULLITATIS PROFESSIONIS. In integrum reſtitui poſtulat adverſus lapſum quinquennii P. Franciſcus Maria Pagano Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Congregationis S. Joannis ad Carbonariam: Narrat enim duos Nicolao Pagano patri ſuo filios fuiſſe, quos Regulari alicui Ordini nomen dare omnino voluit. Obtinuit id a natu majori: reluctabat natu minor Eugenius, qui nunc P. Franciſcus appellatur. Aſperrime igitur habitum fuiſſe a Patre, miniſque, & verberibus, ceſſiſſe tandem ejus voluntati, & vix impleto decimoquinto ætatis anno, Ordinis veſtes ſuſcepiſſe; Animum tamen a Regulari vita alienum, & adverſum aperuiſſe, neglectu Regularum Ordinis, quod optime agnovit, & Fratrum Capitulo ſignificavit Tyronum Magiſter, cui mentem ſuam aperuerat idem P. Franciſcus. Sed Prior Monaſterii cenſuit aliam eſſe hujus contrariæ voluntatis cauſam, juſſitque, ut eo vitæ, & orationis genere, quod *ſpiritualia exercitia* nuncupare ſolemus, uteretur: his tamen expletis, in eadem perſtitiſſe ſententia contraria Vitæ Regulari, exacto probationis anno, pridie quam Profeſſionem emitteret; licet certiorem reddidiſſet de ſua contraria voluntate Tyronum Magiſtrum, hic autem certiorem reddidiſſet Priorem, adactum tamen fuiſſe eodem Magiſtro Tyronum abſente, non in Eccleſia, ut mos eſt, coram Conſanguineis, & Populo, ſed in Choro, & ſecreto die 29. Julii anno 1735. ad Profeſſionem emittendam, quam invito animo emiſſam fuiſſe Fratres agnoverunt ex lacrymis, & animi perturbatione; Tanta inde correptum fuiſſe triſtitia, ut in morbum inciderit, & patrem, qui illud lecto jacentem inviſit, graviter objurgaſſe, quod ipſum ad Profeſſionem emittendam coegerit. *Sefs. 25. c. 19. de Ref.*

Factum hoc P. Prioris tulere graviter Magiſter Tyronum, aliique Fratres, qui certiores erant de repugnantia P. Franciſci. At hic cuperet licet de nullitate Profeſſionis ſuæ dicere, abſtinuit tamen metuens a Patre, qui tandem deceſſit anno 1745. Paupertas obſtitit: P. Franciſco, ne litem inciperet, & defectus Patrimonii, ne a Divinis ſuſpenſus eſſet, ſed tandem ipſi Fratres, qui rem omnem ita, uti evenerat, tenebant, pecunias præbuerunt. Preces ita-

que obtulit ſacratiſſimo Principi noſtro, a quo data fuit cognitio Ampliſſimis Patribus. Mandata fuit juriſdictio Emo Archiepiſcopo, ſervataque forma noviſſimæ Conſtitutionis ejuſdem Sacratiſſimi Principis, proceſſus inſtructus fuit, plures teſtes recepti, auditique fuerunt quos inter ſpectandi videntur Vicarius Generalis Ordinis, aliique Fratres. Ex his ſcimus, quæ ſupra narravimus, & ex his diſputat P. Franciſcus nullam fuiſſe Profeſſionem vi metuque a patre illato emiſſam. Contra his Teſtibus, qui de vi metuque depoſuerunt, fidem admit *Defenſor Profeſſionis* in ſuo libello, quod in genere ſolum, non vero in ſpecie loquuti ſint, addit, & alias rationes, quas ſolet in his Cauſis proponere: Dubium eſt.

An conſtet de Cauſis reſtitutionis in integrum in caſu &c.

Negative.

Die Sabbathi 2. Dec. 1752.

Seſs. 22. c. 6. de Ref.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM: Indulta fuit ab Eminentiſſimis Patribus in *ultima Congregatione* habita *die* 18. tranſacti *menſis Novembris* Fratribus Florentiis *Dilatio* in hac Cauſa *ad hanc Congregationem*. Nunc itaque repetita lectione *Folii Congregationis* habitæ *die* 9. ſuperioris *menſis Septembris*, quo primum Cauſa hæc data fuit, duo ejus Dubia ſunt expedienda.

I. *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis ſub die* 1. *Decembr.* 1736.? & quatenus affirmative ad primam partem.

II. *An liceat Archihoſpitali reſtituere Capitale ſcut.* 2437. 50., *& quomodo in caſu &c.*

Ad I. in deciſis, ad II. Negative.

Seſs. 25. c. 15. de Regul.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Data quidem hæc Cauſa fuit *in Folio ultimæ Congregationis* habitæ *die* 18. elapſi *menſis Novembris*, ſed propoſita non fuit: nunc proponetur, & relecto ab Eminentiſſimis Patribus *Folio Congregationis* habitæ *die* 29. ſuperioris *menſis Julii*, in qua Dubio, quod erat -- *An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.* -- reſpondit Sacrum Tribunal -- *negative* -- decernendum erit.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In Deciſis, & amplius.

Seſs. 22. c. 8. de Ref.

ROMANA: Dedimus Cauſæ hujus ſpeciem, rationeſque omnes in *Folio Congregationis* habitæ *die* 8. ſuperioris *menſis Julii*; Dubioque, quod erat „ An, & quæ portiones detrahendæ ſint ſuper medietate hæreditatis re„ lictæ ab Annibale Bertoni Patribus, & Conventui S. Marcelli de Urbe „ tam pro hæreditate eiſdem libere tangente, quam pro Legato cum onere „ perpetuo anniverſarii, quam pro multiplico pro Canonizatione Beati Phi„ lippi Jacobi Bertoni ab eodem Teſtatore demandato, & ſuper eadem me„ dietate hæreditatis detrahendo in caſu &c. *reſponderunt Eminentiſſimi Pa„ tres* Eſſe locum detractioni unius Loci Montium S. Petri pro anniverſario: „ In reliquis dilata „. Redeunt itaque nunc PP. S. Marcelli ad hoc Sacrum Tribunal poſtulantes, ut aliæ Dubii partes, que definitæ non fuerunt; ab Eminentiſſimis Patribus definiantur. Urgent autem quam maxime detractioni Falcidiæ locum eſſe ex voluntate Teſtatoris. Onus erit Eminentiſſimorum Patrum expendendi rationes, quas allegant, ut idem dubium, quod detracta ejus parte, quæ definita fuit, reproponitur, nunc, ſi placet, expediant.

An,

An, & quæ portiones detrahendæ sint super medietate hæreditatis relictæ ad Annibale Bertoni Patribus, & Conventui S. Marcelli tam pro hæreditate eisdem libere tangente, quam pro multiplico pro Canonizatione Beati Philippi Jacobi Bertoni ab eodem Testatore demandato, & super eadem medietate hæreditatis detrahendo in casu &c.

Non esse locum detractioni Falcidiæ

TERRACINEN., SEU SETINA TAXÆ: Proposita tandem fuit hæc Causa, quæ agitur inter Seminarium Setinum, & R. P. D Innocentium de Comitibus Abbatem Commendatarium, & Monachos Monasterii *Fossæ novæ*, in *Congregatione* habita *die* 9. transacti *mensis Septembris*. Tria erant ejusdem Capita: I. *An intret arbitrium pro aperitione oris in casu &c.*, & quatenus affirmative. II. *An Taxa imposita favore Seminarii sustineatur in casu &c.*, & quatenus negative. III. *An, & ex quibus bonis, in qua summa, & a qua die illa debeatur in casu &c.* Respondit Sacrum Tribunal -- *Ad I. Quoad Monachos videatur particulariter, & in reliquis negative. Ad II. Affirmative ad formam resolutionis primi Dubii. Ad III. Non retardata solutione Taxæ pro præterito ad formam Brevis, firmetur status pro futuro.* Redit igitur Abbas Commendatarius ad novum Eminentissimorum Patrum Judicium, & respondendum est. *Sess.* 23. *c.* 18. *de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Non proposita.

PISTORIEN.: Causam hanc late dedimus in *Folio Congregationis* habitæ *die* 24. *Aprilis* transacto *anno* 1751., quod in lucem hominum editum fuit *Vol. XX. Thes. Resol. Sac. Congreg.* Visum est Eminentissimis Patribus respondere -- *Dilata; & scribatur Episcopo juxta Instructionem*. Instructio autem fuit, ut Episcopus certiores eos redderet de statu hæreditario Petri Francisci Franchini Taviani, tam tempore ipso ejus obitus, quam tempore transactionis, & de eodem statu hæreditario tempore præsenti, utque præfixo termino monerentur Fratres Arfarolii de juribus suis in Sacro Tribunali proponendis. Acceperunt Judicium Fratres Arfarolii, & postularunt in Curia Episcopali Pistorienſi, ut in quolibet actu firmationis status hæreditarii dicti Petri Francisci citari deberent, inde in hoc Sacro Tribunali postularunt, ut duobus Dubiis, quæ proposita quidem, sed definita non fuerunt in *Congregatione dici* 24. *Aprilis* 1551. tertium adderetur, quo de aperitione oris adversus Breve Ven. Innocentii XI., quo transactio confirmata fuit, disputari posset. Causa nunc igitur tribus collecta Capitibus proponitur, disputantque Fratres Arfarolii aperitioni oris locum esse non posse, cum nulla fuerit obreptio, nulla subreptio. Disputant validam esse, & justam transactionem initam anno 1679. inter Franchinios, & Sodalitium *de' Trentatre*; neque esse locum reductioni oneris Sacrorum, sed teneri Franchinios ex redditibus sibi in transactione obventis supplere, cum ex ipso testamento pateat bona stabilia hæreditaria esse pretii scut. 16. m., & ex calculo monstretur onera annua superari ab annuis fructibus hæreditatis. Hæc summa est rationum, quas proponunt Arsarolii; longum enim esset omnes colligere, & *Folium* in lumen excrescceret. A Franchiniis nihil habuimus. Causæ Capita sunt. *Sess.* 25. *c.* 4. *de Ref.*

I. *An de jure sit locus aperitioni oris?* & quatenus affirmative.

II. *An transactio inita anno* 1679. *cum Ven. Confraternitate delli Trentatrè Civitatis Pistorien. subsistineatur in omnibus suis partibus?* & quatenus negative.

III. *An descendentes de familia Franchini Taviani teneantur ex redditibus sibi in transactione obventis supplere onera Missarum imposita di-*

ſtæ Ven. Confraternitati, ſeu potius ſit locus eorum reductioni in caſu &c.

Ad I. Negative; in reliquis proviſum in primo.

Seſs. 24. c. 1. de ref. Matr.

NEAPOLITANA, SEU CASTRI MARIS MATRIMONII: Hoſpitium Neapoli exercebat vilis fœmina, quæ a viro diverterat, Beatrix Bergantina, filiamque in eo ſecum retinebat Angelam Arimoli, quam ex primis nuptiis ſuſceperat, quæque non levi inhoneſtatis ſuſpicione laborabat. Excipi ſolebant in hoc Hoſpitio Laurentius Giordano, & Philippus ejus filius viginti annorum adoleſcens, honeſto loco nati in Civitate Caſtri Maris, & divites, qui negociationis cauſa Neapolim frequenter appellebant. Hujus hoſpitationis occaſione plurima familiaritate conjuncti ſunt Philippus, & Angela, quod ſpem injecit Beatrici matri fore, ut hi amantes nuberent. Cum tamen probe noſceret difficile id eſſe, ſi iis, quibus matrimonia contrahi ſolent, modis res tractaretur, ad machinationes animum convertit, ſuaſore, ſocioque doli, & fraudis hoſpite alio, qui pariter Angelam deperibat, Fabio Riccio, cui ſeſe comitem adjunxit Nuncius Miſura. Re inter hos compoſita Beatrix, & Riccius Neapoli diſceſſerunt: reſtitit Riccius prope Turrim Octavi, quæ vulgo nuncupatur *Torre del Greco*, Beatrix prætergreſſa Civitatem Caſtri Maris petiit, recta pergens ad domum Joſephi Scotognello barbitonſoris. Hic accito Philippo, Beatrix precibus, lacrymis, blanditiis, & filiæ nomine poſtulavit ab eo pecunias, quibus filiæ neceſſitati cuidam, quam finxit, occurreret, petens nimirum ducat. 50. Negavit Philippus pecunias ſe dare poſſe, cum filius familias eſſet. Tunc Beatrix atramentarium protulit, calamum, ſoliumque album obſecrans Philippum, ut in eo nomen ſuum ſcriberet, ut poſſet inde ſcribi apocha obligationis ducatorum 50., ſi aliquis Neapoli reperiretur, qui vellet eam pecuniam mutuo dare, unaque parvum aliud protulit folium, in quo ſcripta erat formula ſubſcriptionis faciendæ a Philippo -- *Io Filippo Giordano conſtituiſco ut ſupra*. Captus adoleſcens vafritie mulieris, & neſciens in re illa ſubita, quid conſilii caperet, ſolium illud album juxta formulam illam incaute ſubſcripſit; atque hæc comædia acta eſt ſpectatoribus Joſepho Scotognello, & Antonia Arduino ejus uxore.

Voti compos facta Beatrix folium detulit ad Riccium, qui exitum fabulæ expectabat, & repetito itinere Neapolim pervenerunt, ubi, ut facilius alliceretur Tabellio ad extendendum in illo folio albo mandatum Procuræ Philippi ad contrahendum matrimonium cum Angela, ſeſe uti teſtis ſubſcripſit Riccius, licet abſens eſſet, dum folium a Philippo ſubſcriptum fuit, appoſuitque nomen alterius teſtis *Joſephi de Angelo* ignoti hominis, ſed quo fortaſſe ſignificare voluit Joſephum Scotognello, in cujus domo res acta fuerat. Deerat Tabellio, qui mandatum Procuræ ſcriberet in folio albo: præſto fuit Nuncius Miſura, qui ſe convertit ad amicum poſtulans ab eo, ut mandatum ad contrahendum matrimonium ſcriberet. Negavit Tabellio, quod Philippi mandantis literas, & manum non noſceret, ſed Nuncius Miſura falſo narrans rem eſſe periculi plenam, quia Philippus Giordano morti proximus eſſet, neque diutius matrimonium protrahi poſſet, teſtem ſe obtulit, quod folium ſubſcriptum fuiſſet manu Philippi, & ejus fide Tabellio mandatum Procuræ Philippi ad contrahendum matrimonium cum Angela Arimoli, conſtituto Procuratore eodem Nuncio Miſura, in folio illo albo, & vacuo ſumma facilitate expreſſit. Poſt hoc mandatum, omnia, Riccio curante, impleta fuerunt, quæ ex diſciplina Eccleſiæ, & Tridentini diſpoſitione ſervanda ſunt, antequam matrimonia contrahantur. Epiſcopus Caſtri Maris denunciationes remiſit. Sed in ſcopulum Riccius impegit ob defectum mandati Procuræ ad deponendum de ſtatu libero Philippi, cum ſatis non eſſet mandatum illud Procuræ ad contrahendum matrimonium; animo tamen non fractus impulit Angelam,

gelam, ut data ad Philippum epiſtola, peteret ab eo ſubſcriptionem novi hujus mandati. Experimentum hoc inutile fuit, nam Philippus, accepta epiſtola, ira æſtuans, & epiſtolam, & mandatum laceravit, nullumque dedit reſponſum. Confugit igitur Riccius ad Dominicum Spinelli Angelæ Parochum, & Beatricis affinem, qui deceptus fuerat, ſuppoſita alia perſona, quæ ſe Philippum Giordano ſimulaverat, & Parocho aperuerat voluntatem ſuam contrahendi matrimonium cum Angela. Parochus igitur, cum per podagram, qua vexabatur, non liceret ei coram alloqui cum Vicario Generali Neapolitano, adiit eum epiſtola, qua eum certiorem reddebat Philippum a patre, qui de hoc matrimonio aliquid reſciverat, detineri domi in cuſtodia: periculum eſſe in mora, quia pater alias ei parabat nuptias: Angelam a Philippo compreſſam fuiſſe, incertumque, an prægnans eſſet; metuendum eſſe de fama puellæ, ni cito conjugium fieret: poſtulabat igitur huic malo promptum dari remedium. Morem Parocho geſſit Vicarius Generalis, & *mandavit dictum mandatum Procuræ ad contrahendum valere etiam ad deponendum ſuper ſtatu libero Philippi*. Superatis igitur aſtu, & calliditate Riccii, omnibus difficultatibus matrimonium, invita licet, & repugnante Angela, contractum fuit, Nuncio Miſura figuram ſubſtinente Procuratoris Philippi Giordano, qui de his omnibus nihil audiverat.

Contracto matrimonio, in portu navigare putabant Beatrix, & Riccius, ſed nova repente tempeſtas exorta eſt. Caſtrum Maris perducta fuit nova nupta a matre, quæ eam reliquit domi Joſephi Scotognello, & illico Neapolim reverſa eſt. Accitus Philippus Giordano, ubi ab Angela audivit contractum fuiſſe inter eos matrimonium, viditque Parochi teſtificationem, ira exarſit, maledictis, probriſque, ac contumeliis eam affecit, & plura tum Angelæ tum Joſepho minatus terga iis vertit, & deluſa fœmina, triduo poſt comite eodem Joſepho, Neapoli regreſſa eſt. Sine mora Philippus Neapolim venit, & re delata ad Regios Judices, Angela eorum juſſu in Monaſterio collocata fuit, cognitione de validitate, vel nullitate matrimonii ad Archiepiſcopalem Curiam delata. Auditi fuerunt judicialiter teſtes plurimi Joſeph Scotognello, ejuſque uxor Antonia Arduino, Tabellio, qui mandatum Procuræ ſcripſerat, Nuncius Miſura, aliique, qui factum, uti evenerat a Riccio, Beatrice, & Miſura audiverant, e quorum dictis ea excepimus, quæ ſupra dedimus. Ipſa Angela, licet primo matrimonium rite rectèque contractum, atque etiam conſumatum dixiſſet, inde tamen conſcientiæ ſtimulis acta, retractavit quæ dixerat, & rem narravit, ut nos retulimus, niſi quod dixerit noluiſſe Philippum ad Joſephi domum accedere, qua in re cum cæteris teſtibus non convenit: etiam Beatrix rem pandidit: Riccius auditus non fuit, ſed e Civitate Terami teſtificationem miſit, quam de falſo convincunt iimet, quos ipſe advocat in teſtes. Cauſa poſt longas moras in Tribunali Archiepiſcopali propoſita fuit, & Judices illi cenſuerunt, lata ſententia „ quod, „ attenta dubietate, conſulatur Sacra Congregatio Concilii, etiam pro ob„ ſervantia Conſtitutionis Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Benedicti XIV. „ editæ 3. nonas Novembris 1741. „ Nunc igitur Cauſa proponitur, & diſputat Philippus nullum fuiſſe matrimonium eo, quem retulimus, modo contractum, defectu conſenſus; fatetur ipſe quidem folium album a ſe ſuiſſe ſubſcriptum aſtu, & calliditate Beatricis, non tamen, ut in eo apponeretur mandatum Procuræ ad contrahendum matrimonium cum Angela Arimoli, ſed ut ſcriberetur obligatio pro ducatis 50. pro cautione ejus, qui pecunias mutuo dare vellet. Plura ſunt, quæ hac de re in libello proponuntur, quæ omnia longum eſſet excipere in facto tam longo. Neque ab Angela, neque a *Defenſore matrimonii* aliquid hactenus habuimus. Dubium eſt.

An conſtet de nullitate matrimonii in caſu &c.

Dilata, & ſcribat Defenſor Matrimonii.

NAU-

Sess. 7. cap. 7. & 8. de Ref. Sess. 21. c. 3. de Ref. Sess. 25. c. 21. de Regul.

NAULEN. VISITATIONIS: Monasterium, & Ecclesiam *S. Mariæ de Ripa* in Diœcesi Naulensi, diminuto ob reddituum inopiam Monialium Ordinis Cistercienſis numero, Leo Decimus Pontifex providentissimus anno 1519. Monasterio *Vallis Piæ* Congregationis Olivetanæ, quod Finarii est in Diœcesi Savonensi, *perpetuo univit, adnexuit, & incorporavit* ea lege, ut Priores Monasterii Vallis Piæ in Ecclesia Monasterii Sanctæ Mariæ de Ripa „ per aliquem, vel aliquem, vel aliquos Monachos, vel alium Re„ gularem cujusvis alterius Ordinis, vel seculares Sacerdotes singulis Do„ minicis, vel aliis festivis diebus Missam celebrari, & alias in divinis eidem „ Ecclesiæ deservire facere tenerentur „ quod ad hæc usque tempora diligenter servatur. Nulla inter Monachos Congregationis Olivetanæ, & Naulenses Episcopos de hoc Monasterio *S. Mariæ de Ripa* exorta fuit controversia, quod Episcopi nullam in eo jurisdictionem sibi arrogarent, sed anno 1654., qui tunc Ecclesiæ Naulensi præerat, Episcopus prætextu Constitutionis *Instaurandæ* latæ ab Optimo Pontifice Innocentio X., & cognitissimi Decreti *ut in parvis* jurisdictionem acquirere tentavit. Re tamen ab Abbate Monasterii Vallis Piæ Finarii delata ad Sacram Congregationem Negociis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium proposita, rejectus fuit Episcopus, & objurgatus gravi epistola. Hoc exemplo non deterritus, qui nunc Ecclesiæ præest Naulensi, anno 1748 Ecclesiam Monasterii S. Mariæ de Ripa nunquam ab Episcopis Naulensibus visitatam, clam Monachos Olivetanos, visitare primus voluit, sed, ubi id Abbas Monasterii Vallis Piæ rescivit, primum contra eamdem Visitationem protestationem emisit, inde ad hoc Sacrum Tribunal venit, postulans, ut ab Eminentissimis Patribus definiretur Episcopos Naulenses neque ordinario, neque delegato jure Ecclesiam illam visitare posse. Auditus fuit, ut fieri solet, Episcopus Naulensis, qui in epistola sua totus est, ut jura sua tueatur.

Causa nunc proponitur, & disputant Monachi Olivetani Vallis Piæ Finarii Monesterium *S. Mariæ de Ripa* unitum fuisse *accessorie*, & *subjective* Monasterio Vallis Piæ, quia id ferant verba -- *Monasterium de Ripa prædictum præfato Monasterio Vallis Piæ authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, & adnectimus, & incorporamus* -- ut uno consensu docuerunt *Barbos. de offic. de potest. Episc. alleg. 61. num. 23. & seqq. Hojed. de incompat benef. par. 2. cap. 3. num. 3. Garzia de benefic. par. 12. cap. 2. num. 55. Pax Jordan. lucubr. lib. 10. tit. 32. n. 11. Murga de benef. quæst. 4. sect. 6. n. 197. & seq. Carol. Anton. de Luca ad Ventril. in Prax. adnot. 8. §. 2. num. 3. tom. 2.* Cum aliud sit, quum duo Beneficia, Ecclesiæ, vel Monasteria *invicem*, *& simul* uniuntur: aliud vero, cum unum alteri unitur; nam primo casu utrumque æquali unione afficitur, & ideo utrumque æque principaliter uniri, & connecti opportet; Altero vero casu, quod unitur alteri, non nisi accessorie, & subjective uniri, & connecti possit, ut differunt *Fagnan. in cap. novit. num. 3. De Sed. Vacan. Schmalzgreub. in jus Canon. lib. 3. tit. 5. num. 161. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 119. Leuren. For. benef. quæst. 88. num. 2.* Ubi enim beneficium, vel Ecclesia alteri unitur, definit esse corpus, quod per se ipsum consistat, & ideo necesse est. ut alterius, cui unitur, pars, & membrum fiat, quod est esse unitum accessorie, & subjective, quæ fuit *Angeli* jurisprudentia *in cons. 248. vers. sed. ubi fit unio*, quam laudant, probantque *Ferratt. cons. 242. num. 5. vers. & quando. Mandos. ad regul. 12. Cancell. quæst. 1. num. 6. Hojed. de incompat. par. 2. cap. 3. num. 3. vers. nam si fiat unio, & vers. tamen incorporatio. Gratian discept. 291. num. 2. & 3.*, aliique frequentissime.

Ex hac igitur subjectiva unione Monasterii de Ripa, quam Leo X. fecit Monasterio Vallis Piæ Finarii, efficitur, ut Monasterium de Ripa factum fuerit pars, & membrum Monasterii Vallis Piæ, & ideo frui debeat omnibus juribus, privilegiis, & exemptionibus, quibus præstat principale corpus, cui facta fuit unio, nempe Monasterium Vallis Piæ, ut tradunt *Paris. cons. 128. num. 17.*

num. 17. & 20. *lib.* 4. *Garz. de benef. par.* 7. *cap.* 10. *num.* 3. & 8. *Murga quæſt. Paſtor par.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 1. & 2. & *quæſt.* 6. *num.* 20. *Card. Petra ad Conſtit. Apoſtol. Anaſtaſ. IV. Conſt.* 1. *ſect.* 1. *num.* 45. Itaut, ſicuti Monaſterium Vallis Piæ Finarii exemptum omnino eſt ab omni Epiſcopali Juriſdictione ſive Ordinaria, ſive Delegata, & ſive una, ſive altera ab Epiſcopo Savonenſi viſitari nequit; Ita Monaſterium, & Eccleſia de Ripa veluti pars, membrum, & acceſſorium Monaſterii ſive ordinaria, ſive delegata authoritate viſitari, cum explorati juris ſit poſſe Epiſcopum viſitare, ne jure quidem Delegato, Eccleſias illas, quæ ſubjective unitæ fuerint Monaſterio Regularium exempto a quavis etiam Delegata Juriſdictione Epiſcopali, ut docent *Gonzalez. ad dicta reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 34. & *ſeqq. Tamburrin. de jur. Abbat. tit.* 1. *diſput.* 15. *quæſt.* 7. *num* 10., & perpetua fuit Sacri hujus Tribunalis ſententia. Nam, ubi de ſubjectiva unione non conſtabat, decrevit Eccleſias Delegatæ Epiſcoporum Juriſdictioni ſubjectas eſſe, & jure Delegato poſſe viſitari, ut in *Lycien. Viſitationis*, & *Cenſurarum* 29. *Januarii* 1724. & 23. *Junii* 1725. *ad I. dubium* : *in Placentina* 17. *Auguſti* 1726. & 11. *Januarii* 1727. *ad I. dubium* : *in Montis Regalis* 16. *Martii* 1727., aliiſque. Contra vero, ubi de ſubjectiva unione conſtabat, cenſuit Eccleſias ab omni Juriſdictione, & Viſitatione etiam Delegata exemptas, & ſolutas eſſe, ut patet ex decretis collectis a *Tamburrin. dicta quæſt.* 7. *num.* 10. *Barboſ. ad Concil. Trid. ſeſs.* 7. *cap.* 8. *num.* 15. & 18. *de Reform.* & *Panimoll. deciſ.* 84. *annot.* 1. *num.* 20., & advertitur *in Folio dictæ Lycien. Viſitationis*, & *Cenſurarum diei* 18. *Decembris* 1733. §. *Additur*, & *diei* 23 *Julii* 1725. §. *Hæc quoad Eccleſias regulares*.

Nec mutare ajunt Monachi Olivetani Decreta Tridentini, quæ initio hujus Cauſæ adſcripſimus, quod illa, vel ſermonem habeant de Eccleſiis Commendatis, vel de Eccleſiis, quæ licet ad Regulares ſpectent, a ſæcularibus tamen retinentur, vel de Eccleſiis Parochialibus, quorum nullus ſit caſus, in quo verſamur. Hæc Patres Monaſterii Vallis Piæ Finarii, A Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis Naulenſis nondum libellum jurium habuimus. Dubium eſt.

An Epiſcopus viſitare poſſit Eccleſiam S. Mariæ de Ripa, vulgo Sancti Benedicti in caſu &c.

Negative.

TARVISINA: Canonicatus, quem poſſidet in Cathedrali Eccleſia Tarviſina Guillelmus Scotti non alia, ut hactenus omnes retro Canonici putarunt, onera habet, niſi reſidentiæ, & ſacrorum per turnum ab omnibus Canonicis agendorum pro Benefactoribus, quæ res in eo Capitulo vulgo vocatur *Currere in Tabula*. At idem Canonicus Guillelmus, excuſſis veteribus membranis, agnovit Canonicatum hunc compoſitum eſſe e tribus Præbendis Sacerdotalibus, quarum prima nuncupatur *Sanctæ Mariæ Parvæ*: altera *S. Mariæ Magdalenæ*: tertia *S. Catharinæ*: Præbenda *S. Mariæ Parvæ* fundata creditur a Tolberto Calza Epiſcopo Tarviſino circa annum Chriſti 1299.; quinam fuerint ejus redditus, quæ nam onera non liquet. Redditus, vel non magnos fuiſſe, vel ſaltem injuria temporum diminutos comprobant, quæ inde factæ ſunt, ut dicemus, uniones; onera vero fuiſſe, ut Præbendati reſiderent, & ſacra agerent, educitur ex hac Epigraphe reperta in quodam Proceſſu ſæculi decimiſexti „ In honorem B. Mariæ Virginis „ per D. Tolbertum Calza, qui hanc Cappellam de novo fundavit, & eam „ de ſuo patrimonio dotavit, ut unus Sacerdos perpetuo in ea pro anima „ ipſius divina debeat officia celebrare, & *ex alia perticula veteris chartæ*, „ *quæ in archivo eſt, ubi dicitur*: & ex forma etiam teſtamenti D. Tol- „ berti Calza, qui dictam Præbendam fundavit, ſunt obligati continuo ad „ Miſſarum celebrationem, & continuam reſidentiam. *Secunda Prebenda* „ S. Ma- *Seſs.* 24. *c.* 12. *de Ref.*

„ S. Mariæ Magdalenæ *fundata fuit a Joanne Monigo anno* 1747. *Hujus red-*
„ *ditus pariter ignorantur : onera tamen certa sunt ; voluit enim Fundator*,
„ Ut Sacerdos teneretur quotidie celebrare, vel saltem quater in hebdo-
„ mada qualibet, bis videlicet pro animabus, defunctorum, & semel dè
„ B. Maria Magdalena, & de B. Hieronymo. *Tertiæ Præbendæ* S. Catha-
„ rinæ *certi sunt redditus* centum annuatim librarum Parvorum „ fundavit hanc Præbendam Conradus Brancarecchi eodem anno 1347., quí hac sua Præbenda aliam a Monigo fundatam confirmavit, & ideo nulla onera adjecit.

Duas hasce posteriores Præbendas *S. Mariæ Magdalenæ*, & *S. Catharinæ* ob reddituum tenuitatem univit Episcopus Tarvisinus anno 1376. ea lege, *ut Sacerdos in ea instituendus onera qualibet ipsarum totaliter facere, & subire teneretur*. Sed quia hac unione non satis fortasse consultum fuerat earumdem tenuitati, hæ duæ Præbendæ unitæ tandem fuerunt primæ illi Præbendæ *S. Mariæ Parvæ*, & ex tribus hisce Præbendis unitis fundatus, erectusque fuit Canonicatus, de quo agimus, qui S Mariæ Parvæ Titulum habet: quo anno, quibusve legibus, & conditionibus unio illa, & Canonicatus erectio facta fuerit certo non constat; Ex pluribus tamen coniicitur id eveniisse circa annum 1400. Hæc, ubi excussis, ut diximus, veteribus membranis, cognovit Guillelmus Scotti, dubitare cæpit, an ipse implendo onera, quæ initio diximus, residentiæ, & sacrorum per turnum, suæ satis conscientiæ consuleret. Preces igitur obtulit Eminentissimis Patribus, quibus postulabat, ut ipsi declararent, quæ ipse in his rerum circumstantiis onera subire teneatur. Bis auditus fuit Episcopus Tarvisinus, qui laudato de hoc labore, quem suscepit, Canonico Scotto, vera esse refert, quæ ipse de hoc Canonicatu, ejusque Præbendis narravit. Addit „ Che il suo Canoni-
„ cato è uno de' più scarsi di rendita di tutti gl' altri di questa Catedrale,
„ poichè detratti gl' anniversarj, non arriva a 158. ducati correnti di que-
„ sta moneta, non compresè però le poco rilevanti distribuzioni per la quo-
„ tidiana residenza. *Ad rem vero propius accedens putat onera Præbenda-*
„ *rum erectione Canonicatus mutata fuisse*, e che cangiato il titolo di Sa-
„ cerdotale, cangiate pure fossero ad un tempo le antiche obligazioni ne'
„ nuovi pesi a tutti gl' altri Canonici communi, e principalmente nella re-
„ sidenza, e nella immemorabile consuetudine di questa Chiesa di celebra-
„ re, ed applicare le Messe in suffragio de' Benefattori ciascheduna settima-
„ na da un Canonico a vicenda, la qual cosa chiamasi communemente per
„ antichissima denominazione, Currere in Tabula „. Hanc suam sententiam probat Episcopus tum ex antiquissima trium sæculorum observantia omnium Canonicorum Prædecessorum, tum ex pluribus Episcoporum Visitationibus, tum denique vetustissimis ipsius Ecclesiæ Cathedralis Constitutionibus, ex quibus omnibus educitur Canonicos S. Mariæ non alia tulisse onera, quam sacrorum *juxta consuetudinem Ecclesiæ*, nempe *cum onere*, *ut in Tabula*.

Pergit Episcopus, atque quod licet onera a Monigo data subsistineri posse videantur ob augumentum redditum factum a Brancasecchi in fundatione tertiæ Præbendæ, qua secundam confirmavit, nullaque onera adjecit, nullam tamen de hoc augumento habendam esse rationem verius videri ob maximam redditum diminutionem, quam passa est Præbenda, *essendosi perduto, per quanto può congetturarsi, circa cento campi di terra, e l' importare di lir.* 85. 16. *per Livelli; onde di questa Præbenda l' annua rendita non eccede la somma dicirca* 56. *ducati correnti di questa moneta*. Difficultates equidem excitat idem Episcopus ex duobus Processibus altero anni 1564., altero anno 1578., in quorum primo scriptum est: *Spesa del Canonicato, e Prebenda di S. Maria Maddalena: Per il Sostituto disse la Messa lir.* 31. In altero vero: *Per l' elevazione della Messa grande lir.* 15., ex quibus colligi posset Canonicos aliis oneribus obstrictos fuisse. Perpendit etiam Episcopus

Joan-

Joannis Monigo, qui ſecundam Præbendam fundavit, teſtamentum, quo cautum fuit „ Che tal Prebenda mai venga ad altra unita, e ſe lo foſſe, reſti „ ſempre principale, ed il Beneficiato ne adempia tutti li peſi, *ſed tamen, „ his omnibus ſpretis concludit*: Che quando anche dalla Sapienza delle „ EE. VV. dichiarato veniſſe ſuſſiſter tuttavia il peſo ingionto dal Teſtato- „ re, ne doverſi attendere alla preſcrizzione di tempo, ed alla conſuetudi- „ ne di queſta Chieſa, ed agl' atti delle Viſite già fatte, ed al peſo finalmen- „ te del moderno Canonico, non ſolo del Currere in Tabula, ma ancora di „ mantenere ſempre un Soſtituto, che uffizia, e riſiede; coſa degna ſareb- „ be della ſingolare Umanità dell' EE. VV. aver benigno rifleſſo. ed al peſo „ eccedente le rendite, ed al conveniente neceſſario ſoſtentamento del mo- „ derno Canonico „. Hæc Epiſcopus. Nunc itaque poſtulatio Canonici Scotti Eminentiſſimis Patribus proponitur, urgetque idem Canonicus eaſdem rationes præſcriptionis, & obſervantiæ trium ſæculorum, & conſuetudinis Eccleſiæ: reſpondet difficultatibus, quas movet Epiſcopus, & cenſet ab Eminentiſſimis Patribus reſpondendum eſſe -- *Teneri tantum ad onera, quæ currunt in Tabula juxta immemorabilem conſuetudinem*. Videant itaque Ampliſſimi Patres omnibus, ut ſolent, probe perſpectis, qua ratione expediendum ſit Dubium.

An, & quæ onera ſuſtinere debeat Canonicus Guillelmus Scotti in Canonicatu ex tribus Præbendis unitis compoſito in caſu &c.

Servetur ſolitum.

URBINATEN Montem Frumentarium Urbini anno 1711. a Sebaſtiano Tanario S R E Cardinali Ampliſſimo, & S. Sedis Legato inſtitutum ſub perpetuo Congregationis Annonæ ejuſdem Civitatis regimine, & adminiſtratione in ſolis ſextariis quingentis frumenti pauperibus colonis ſive Civitatis, ſive diſtrictus mutuandis, Clemens XI. Princeps Providentiſſimus auxit anno 1720 acceſſione ſcut. 1350. partim ab Alexandro Fedeli Epiſcopo Æſino, partim ab aliis piis Teſtatoribus pauperum favore legatorum. Motu ſiquidem proprio juſſit „ che la preſtanza di ſtara 500. grano in oggi ſolita „ darſi ogn' anno a poveri, ſi accreſca, ed augumenti in quella quantità di „ ſtara di grano, che ſecondo il prezzo corrente ſi potrà comperare con la „ detta ſomma di ſcudi 1350. moneta, e l'una, e l' altra quantità s' abbia „ poi annualmente a diſtribuire dalla detta Congregazione dell' Annona a i „ poveri ſudditi a titolo d' impreſtanza con obligo di reſtituirli, conforme ſi „ è pratticato &c. Con dichiarazione, che l' annua quantità delle ſtara di „ grano da preſtarſi, mai poſſa ſcemarſi ſotto preteſto, o di ſpeſe accreſciu- „ te, o di fallimenti di debitori, o mancanza di Miniſtri, o per il ritardo „ della reſtituzione de grani, ma ſia tenuta ogn' anno, ne' tempi da preſcri- „ verſi ne' Capitoli, preſtare la ſteſſa quantità di grano: ed all' incontro „ neppur debba accreſcerſi col motivo degl' aumenti naturali provenienti dal- „ la reſtituzione de' grani preſtati, mà quelli tali, quali, e quanti foſſero re- „ ſtino in pieno dominio dell' Annona per impiegarli nello ſpiano. *Sefs. 22. c. 8. de Ref.*

Hac acceſſione frumentum Montis auctum fuit uſque ad ſalmas 1200. Optimæ initio qualitatis hoc frumentum fuit, ſed paullatim temporis fuga, ſive colonorum malitia, ſive negligentia Adminiſtratorum, ſive pietate eorumdem Adminiſtratorum in pauperes ruſticos frumentum reſtituentes eo pervenit, ut plenum lolio, avena, paleis, zizania ne frumenti quidem nomen ferre poſſet, magno & colonorum, & boni publici detrimento. Noſcebant omnes purgandum eſſe, & reſtituendum ad priſtinam bonitatem; difficile tamen erat ob legem Clementinam decernere, cujus damno purgatio, & diminutio frumenti cedere deberet, an Montis, an Annonæ, an Colonorum. R. P. D. Præſes, omnibus diligenter conſideratis, decrevit; ut Adminiſtrator nonniſi cribratum purgatumque frumentum a debitoribus reciperet, licet illi im-

mundum accepiſſent, ita tamen, ut deinceps nonniſi cribratum, & expurgatum mutuo daretur, & mutuatarii cribratum, & expurgatum illud reſtituerent. Decreto paruit Adminiſtrator, paruere debitores. Id ubi reſcivit Archiepiſcopus, ratus fieri non potuiſſe ſine uſuræ labe, & gravi pauperum detrimento, monuit Officiales, ut quod injuſte receperant pauperibus debitoribus reſtituerent, inde lapſis jam 13. Menſibus, dum Montis Frumentarii viſitationem ageret, decreto lato, Adminiſtratori præcepit,, ſub pæna du-
„ pli aliiſque &c. ut lucrum pauperum mutuariorum injuria a Monte ipſo in-
„ de perceptum Peritorum judicio taxandum iiſdem pauperibus, vel eorum
„ hæredibus quantocitius reſtitueretur, aliud erogando uſque ad omnimo-
„ dam ſatisfactionem frumentum, quod annuatim ipſi Monti ſolet ex reſti-
„ tutione frumenti mutuati augeri.

Dubius inter hæc duo pugnantia Decreta Adminiſtrator, incertuſque, quid ageret, confugit ad hoc Sacrum Tribunal, ut ſciret an primum, an ſecundum eſſet ſervandum. Auditi ſuerunt Præſes, & Archiepiſcopus, quorum uterque diſerta epiſtola rationes ſuas proponit, factumque tuetur. Alter uſuræ labem contractam fuiſſe defendit: negat alter, neque alia ratione difficultatem expediri potuiſſe contendit. Cauſa nunc duobus Capitibus collecta proponitur. Libellum dedit Adminiſtrator, quo Decretum Præſidis propugnat rationibus ipſis, quas Præſes tradit in Epiſtola ſua. Archiepiſcopus Promotorem Fiſcalem in Jus venire noluit, *ſatis enim ſuperque ſuo muneri ſatisfeciſſe* ait, *ſive ejus decretum approbatum, ſive nullum fuerit declaratum*. Rationes utriuſque Præſulis excerpere omiſimus, rati inutile eſſe, cum Eminentiſſimi Patres eas legere poſſint in diſertiſſimis ipſorum Præſulum epiſtolis, quibus expenſis, decernere poterunt.

I. *An exactio frumenti cribrati anno* 1750. *per R. P. D. Præſidem demandata, fuerit uſuraria, ſeu illicita, itaut ejus Decretum exequutioni tradi non debuerit?* Et quatenus affirmative quoad primam partem, & negative quoad ſecundam.

II. *An ſubſtineatur, & exequutioni demandari debeat Decretum Reverendiſſimi Archiepiſcopi Vrbinaten. diei* 20. *Julii* 1751. *in caſu &c.*

Ad Mentem.

FINIS.

INDEX
CONCLUSIONUM OMNIUM,
AC
RESOLUTIONUM
Quæ ſub Cauſis anno 1752. propoſitis prodierunt.

A

ABSENS.

EX cauſa infirmitatis lucratur quotidianas diſtributiones, & portionem Maſſæ communis *Tranen. diſtributionum pag.* 45. *Caputaquen. participationis pag.* 52.

ADNOTATIO.

De juſtitia harum reſolutionum non eſt dubitandum; Hæc enim fuit conſtans ſententia hujus Sacræ Congregationis in *Papien.* 23. *Maji* 1595. & 10. *Febr.* 1624. In his enim precum poſtulationibus cenſuit ſacrum Tribunal Canonico ægroto, quamvis extra locum Eccleſiæ Cathedralis ægrotaverit, præſtandas eſſe totius ejus temporis diſtributiones, qua de cauſa divinis intereſſe nequivit per text. in *cap. ad audientiam de Cleric. non reſident. cap. unic. eod. tit. in 6. immo reſolvit* diſtributiones deberi etiam infirmis, ex propria culpa, alias enim nimis rigor eſſet, nec Superiorem hujuſmodi inquiſitionem facere debere addendo afflictionem afflictis, quia multæ poſſunt eſſe cauſæ, & non turpes, *ita habetur in Vlyſipponen.* 22. *Febr.* 1620. *lib. Decret. fol.* 33.

ALUMNUS, ALUMNI.

Numerus alumnorum augendus eſt pro modo reddituum habita ratione taxæ ordinariæ ſeminarii §. *Duos alumnos p.* 13.

Pro Alumnis in Seminario Tiburis tenentur eorum parentes cavere ſe alimenta ſoluturos, ſi filii ſine Epiſcopi venia diſceſſerint *Tiburtina p.* 13. in princip.

An parentes pro alumnis qui non aluntur ex bonis Seminarii, ſed alienis teneantur cavere §. *Nullum jus p.* 14. & arctari poſſe reſolutum fuit in dicta *Tiburtina p.* 15. *ad* 2. *dub.*

Seminarium Tiburis tenetur ad formam tranſactionis accipere, & retinere tres alumnos à communitate Vicovarii nominatos *Ibid. ad.* 1. *dub.*

ANNATA, SEU MEDIA ANNATA.

Beneficiatus Eccleſiæ, quæ Collegiata non eſt, tenetur ex fructibus ſui beneficii ad mediam annatam pro fabrica Eccleſiæ Cathedralis *Ferentina Mediæ annatæ p.* 21. & 26.

APERITIO ORIS.

Adverſus tranſactionem per Breve Pontificium confirmata eum juris effectum operatur, ut tranſactio nullo modo valeat, & deſcendentes teſtatoris, qui ſacra celebrari mandaverat, teneantur pro bonis in tranſactione obventis ſupplere onera miſſarum impoſita confraternitati, cum annui redditus hæreditatis excedant annua miſſarum onera *Piſtorien. ad* 1. 2. & 3. *dub. p.* 75.

APPLICATIO.

Reddituum ſuperextantium Societatis ſanctiſſimi *ſuffragii in loco Stronconii Narnien. diœceſis* fieri debet juxta inſtitutum Societatis *Narnien. ad* 3. *Dub. p.* 25.

B

BENEFICIUM.

POteſt commutari in Cappellaniam, aut aliud officium aucto numero miſſarum arbitrio Epiſcopi *Celſonen. Beneficii p.* 15.

ADNOTATIO.

Optima reſolutio hæc eſt, & fundatur in eo juris principio. quod ſi quis in uno relevetur, in alio gravatur *juxta Gloſſam in l. eum qui verſic. probandi ff. de jure jurand. Gloſſa in l. ſi quis verſic. ea ſcilicet Cod. de fund. limitrophis lib.* 11. præſertim ſi commutatio fiat in melius, ut hic.

BENEFICIUM QUOAD LEGEM FUNDATIONIS.

Puer minor ſeptennio ante tonſuram poteſt retinere beneficium titulo adminiſtrationis, ſi a fundatore talis lex adiecta ſit §. *Deceſſit Diverſum pag.* 11. erectio tamen Canonicatus fieri mandatur, ut fructus Canonicatus maneant ſub œconomo ab Ordinario deputando, qui ſatisfactis oneribus miſſarum, & aliis canonicatui annexis rationem de illis reddat, poſtquam puer effectus Clericus inſtitutionem Canonicam obtinuerit *Nullius, ſeu Orbitellana erectionis Canonicatus p.* 17.

BENEPLACITUM APOSTOLICUM.

Conceditur vendendi, & locandi ad Septennium Beneficii bona, quæ conſiſtunt in ſylvis, nemoribus, & aliis, quæ paſcuis deſtinata ſunt *Celſonen. ſeu Vrgellen. Beneplaciti ad* 1. *&* 2. *dubium p.* 71.

C

CADUCITAS.

BOnorum relictorum cum onere miſſæ quotidianæ, & cum ſubſtitutione alterius Eccleſiæ in caſu non adimplementi non habet locum, ſi bona relicta paſſa ſunt diminutionem, & reductio Miſſarum facta ſit Apoſtolica auctoritate *Lauretana caducitatis p.* 64.

ADNOTATIO.

Hæc eſt regula, quæ ex bono, & æquo deſcendit, ut ſcilicet omnis promiſſio celebrandi Miſſas, ſive adimplendi quidquam aliud intelligatur rebus ſic ſtantibus *l. ſi quis in princip. ff. de ſolut. Gloſſ. in cap. quemadmodum verſic. conditio de jurejurando*: ibi: *item hæc, ſi res in eodem ſtatu permanſerit Mantic. tacit. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 91. *Rota deciſ.* 1326. *num.* 3. 4. *cor. Coccin.* Unde promiſſio celebrandi Miſſas non obligat, ſi bona pro hujuſmodi effectu relicta paſſa ſunt diminutionem; Deinde auctoritate Apoſtolica reductio Miſſarum facta fuit, idcirco quod legitime factum eſt pœnam non meretur *l. ſancimus Cod. de adminiſtrat. tut. Gloſſ. in l. utique verſic. fieri ff de damno infect* Demum pro pœna evitanda multa admittuntur, quæ alias non admitterentur *Rot. dec.* 95. *num.* 5. *in fin. part.* 1. *rec.* Porro ex his nemo non videt reſolutionem hujus Sacri Tribunalis eſſe æquam, & ex æquo deſcendere caducitatem ſcilicet non fuiſſe incurſam in caſu, de quo ſupra.

CANONICATUS.

Erectus in Eccleſia Cathedrali Senogallien. ex conſuetudine non habet ordinem ſacrum adnexum, ſed poteſt conferri, prout collatus fuit ſimplicibus Clericis *Senogallien. Canonicatus p.* 38.

Canonicatus de jurepatronatus de Luchis non eſt tantum Clericalis *Senogallien. Canonicatus p.* 38.

ADNOTATIO.

In Prima concluſione narratur factum, quod ſcilicet Canonicatus de Luchis erectus in Eccleſia Cathedrali Senogallien. non habeat adnexum Ordinem Sacrum, ſed ſæpe collatus fuerit ſimplicibus Clericis, ſed in ſecunda decernitur jus prædictum Canonicatum non eſſe Clericalem dumtaxat; optima reſolutio nam Canonicatus in Eccleſia Cathedrali erectus debet habere ordinem Presbyterii, Diaconatus, vel Subdiaconatus juxta decretum *Tridentini ſeſs.* 24. *c.* 12., quod etiam habetur ex Concilio Pictavienſi relato in *c.* 1. *de ætat., & qualit. & ord. præficiend. Clement. ut ii de ætat., & qualit.* Porro ex his habes argumentum Canonicatum in Eccleſia Cathedrali erectum oportere eſſe vel Presbyteralem, vel Diaconalem, aut Subdiaconalem arbitrio Epiſcopi, niſi aliud in fundatione caveatur juxta Tridentini decretum.

CANONICUS, CANONICI QUOAD JUS INTERESSENDI IN CAPITULO.

Canonici adjuncti in Eccleſia Camerinen., ſeu

seu Fabrianen. habent vocem activam, & passivam non solum in concernentibus Ecclesiam, sacrarium, Cappellanos, & inservientes, verum etiam in nominatione Canonicorum, Parochi, aliorumque Ministrorum Ecclesiæ *Camerinen., seu Fabrianen. juris intereſſendi Capitulo p.28. in princip.*

Amplia, ut Canonici adiuncti habere debeant vocem activam in nominatione Canonicatus Parretti *Camerinen. seu Fabrianen. juris intereſſendi in Capitulo pag.28.*

ADNOTATIO.

Canonicatus, seu beneficia de novo erecta in Ecclesia censentur ejusdem speciei cum antiquis; & quasi possessio respectu beneficiorum antiquorum trahitur ad beneficia erecta *Hiſpalen. juris nominandi 1576. Cor. Cantucc.* Igitur Canonici adjuncti in Ecclesia Cathedrali Fabriani habent cum antiquis jus nominandi, & eligendi Canonicos, Beneficiatos, aliosque Ecclesiæ ministros, juxta resolutionem hujus sacri Tribunalis, quæ rationi innititur juxta prædicta.

CAPPELLANIA, CAPPELLANIÆ.

Joannes Augustinus Cappellus ordinavit plures Cappellanias pro pueris, & scholaribus, & Clericis cum prælatione Sacerdotum descendentium a quon Bernardo Capelli relicto jure nominandi Provinciali, & Priori Conventus Carmelitarum loci Vulturis, si descendentes Sacerdotes quon. Bernardi Capelli deficerent, nec Clerici, aut Scholares adessent; Item idem testator voluit, ut descendentes a Benedicta Donghi ejus sorore possent promoveri ad Ordines Sacros titulo harum Cappellaniarum, ut latius habetur *in Januen. Cappellaniarum p.4.*

Nominatio ad Cappellaniam Clerici Bartolomei Pescetti facta a. Priore Conventus Carmelitarum non valet in prejudicium Sacerdotum descendentium a quon. Benedicta Donghi de Capellis *Januen. Cappellaniarum §. Anno circa medium.*

Sacerdos a Benedicta Donghi Capelli potest nominari, & institui licet absens deficentibus Clericis scholæ Vulturis *Ibid. §. Hac freti ad 1. dub.*

Amplia, ut nominatio Sacerdotis Francisci Mariæ Paganetti in Cappellanum, & ludi Magistrum amovibilem ad nutum P. Provincialis Carmelitarum excalceatorum de jure sustineatur *Ibid. ad 2. dub.*

Nominatio Antonii de Donghis ad Cappellaniam perpetuam non valet, secus si fiat ad unam ex amovibilibus *Ibid. ad 3.*

Retentio scut. 10. ex dote earumdem Cappellaniarum non potest fieri à PP. Carmelitis, sed fieri debet distributio inter Cappellanos *Ibid. ad 4.*

CAPPELLANIA QUOAD INCOMPATIBILITATEM, VEL NON.

Cappellania non est incompatibilis cum Canonicatu, quando non est adiecta conditio celebrandi Missas per se ipsum, nec permanendi perpetuo in loco, in quo illa fundata est *Trivicana Cappellaniæ p. 69.* & ita resolutum fuit in dicta *Trivicana p 70.*

CAPPELLANUS.

Ex statuto, vel consuetudine tenetur choro inservire juxta communem Canonistarum sententiam *Cesœuat. servitii pag. 8.*

Cappellanus nominatus, & præsentatus ad unam ex Cappellaniis Joannis Augustini Cappelli, potest ordinari, si absens sit juxta constitutionem Innocentii XII. quæ incipit Speculatores *Januen. Cappellaniarum pag. 9 ad 2. dub.*

Cappellanus qualificatus ordinandus est ad unam ex Cappellaniis amovibilibus ad formam testamenti prædicti Joannis Augustini Cappelli *Ibid. ad 3.*

Cappellanus, quoties Cappellania est residentialis, tenetur celebrare Missas per seipsum sub pœna privationis *Montis Alti Cappellaniæ ad 1. dub. p. 57.*

Cappellanus tenetur ad redditionem rationis, & consignationem omnium contentorum in decretis sacræ Visitationis coram Ordinario *ad 2. dub. Ibid.*

CENSURA.

Si dubitatur, an quis Sacerdotem in estu iræ tetigerit, aut percusserit in pulsu, vel in Brachio, non incurritur censura Canonis *si quis suadente in Turdetina censurarum, & irregularitatis ad 1. dub. pag. 62.*

Interdictus vervaliter ab Episcopo, ut ab officio Parochi se abstineat, donec constiterit, an sit incursus in censura, si non pareat, non efficitur irregularis *Ibid. ad 2. dub.*

ADNOTATIO.

Notandum est, ut Clerici percussor dicatur notorius, hodie non sufficere notorium juris, sed requiri etiam notorium facti, quod nulla tergiversatione celari possit, ut docet *Covaruvias in cap. alma p. 1. c. 2. n. 9. in fin Avila p. 2. disput. 2. dub. 4.*, immo si factum sit notorium, si tamen juris dubium subsit, quia percussio facta sit in vehemente passione iræ, qui ita percussit vitandus non est propter verba Concilii ibi: *aut aliquo juris suffragio excusari possit*: Utrumque in casu, de quo supra, concurrebat, nempe dubium facti, an percusserit, dubium juris, quia in passione iræ id forte tentavit, unde optime Sac. Tribunal sub utroque dubio facti, & juris censuit nullam incursam fuisse censuram *Can. si quis suadente*, quæ resolutio juridica est, & conformis sententiis Theologorum, & Canonistarum, ut bene explicat *Avila p. 2. c. 6. disput. 11. dub. 11. & 12.*

CHORUS.

Rector Cappellæ S. Hieronymi primi tenetur ad servitium Chori in Ecclesia Cathedrali Cæsenaten. indictum vel à statuto, vel à consuetudine juxta communem Canonistarum sententiam, & ex resolutione Sacræ Congregationis in *Cæsenaten. servitii p. 8.*

Mansionarii de Oliveriis tenentur ex lege fundationis in solemnioribus festivitatibus Cathedralis Forosempronien choro interesse, & assistere in qualitate Diaconi, & Subdiaconi Canonico primas vesperas celebranti, si Episcopus impeditus sit *Forosempronien. servitii Chori, & Ecclesiæ p. 18. & 20.*

In Ecclesia Cathedrali Castrimaris præstatur servitium chori à Canonicis per mediariam, & tertiariam, & per omnes in corpore, videlicet per mediariam diebus Dominicis, & festivis de præcepto, ac toto tempore quadragesimæ, ac adventus, in diebus ferialibus per tertiariam, in diebus solemnioribus omnes in corpore *Castrimaris servitii Chori pag. 48.*

ADNOTATIO.

Approbatur per Sacrum Tribunal modus canendi divinas Laudes per tertiariam, & mediariam, & omnes in corpore juxta consuetudinem Ecclesiæ Cathedralis Castrimaris; Et quidem optimo jure, nam hic modus psallendi alternatim introductus fuit in Ecclesias Canonicorum sæcularium ad similitudinem Monachorum, a quibus per alternas turnas interdiu, & noctu divinæ Laudes psalmique concinnebantur, ita habetur in *Chronic. centul. lib. 2. c. 11.* ibi: *trecentos Monachos regulariter victuros constituimus; Centum etiam pueros scholis erudiendos sub eodem habitu, & victu statuimus, qui fratribus per tres Choros divisis in auxilium canendi, & psallendi interfint*, idemque confirmat *Spicil. tom. 4. p. 469.*, ita quoque pro Monasterio Parisiense, seu Sandioniisiano præcepit Rex Galliarum Anno 658., ut scilicet jugis ibi noctes, diesque celebraretur psalmodia, Monachis in plures, & alternantes turmas divisis, sicuti moris est in Monasterio Sancti Mauritii in Sabaudia, & Sancti Martini apud Turones *Concil. Gallican. tom. 1. p. 499* Nec ab his differt Luxovii Congregatio, quæ in Galliis ita numerosa fuit, ut ibi quoque per alternas vices diu, noctuque psalmi canerentur, ut refert *Bernardus in Vita S. Malachiæ cap. 5.*

CURA ANIMARUM.

Si populus distet ab Ecclesia Parochiali, Sacra Congregatio Rituum solet concedere ejus Cappellano facultates Baptizandi, & administrandi etiam tempore Paschatis Ecclesiastica sacramenta, nec non publicandi, & assistendi matrimoniis, & cadavera tumulandi, dummodo Cappellanus quolibet mense transmittat nomina defunctorum, Baptizatorum, & matrimoniorum Parocho, qui solus libros, in quibus hæc adnotantur, retineat §. *Experientia p. 54.*

Pro populo distanti ab Ecclesia Parochiali datur ejus Cappellano facultas administrandi Sacramenta exceptis matrimoniis, & præcepto Paschali *Albiganen. curæ animarum, & functionum ad 1. & 2. dub. p. 66.*

Datur quoque facultas eidem Cappellano peragendi functiones funerales, salvis emolumentis Parochialibus *Ibid. ad 3. dub.*

Parochianus non est eximendus a cura propter discordias ortas inter ipsum, & Parochum, etiamsi Parochianus habitationem mutare non possit *Placentina exemptionis p. 65.*

ADNOTATIO.

Difformis est resolutio Sacræ Songregationis Rituum à resolutione Sacræ Congregationis Concilii: Illa enim pro populo distanti á Parochia concedit ejus Cappellano facultates administrandi Sacramenta etiam tempore Paschatis; Hæc tempus Paschatis excipit, ut videre poteris in dictis duabus primis resolutionibus.

At quæres, quare in eadem Urbe Roma, & sub eodem Principe Ecclesiæ ita difformes sententiæ? Respondeo, quod sacra Congregatio Rituum ampliores concedit facultates inspecta dispositione juris communis, nam nihil interest; an Parochus per se, vel per alium officio Pastoris tempore Paschatis perfungatur ex regula juris Canonici, qui per alium facit, per ipsum facere videtur *Cap. potest de reg. jur. in 6.* E contra sacra Congregatio Concilii adhæret decreto Tridentini, quo cavetur præcepto divino mandatum esse omnibus, quibus animarum cura commissa est oves suas agnoscere, sacrificium pro his offerre, & administratione sacramentorum pascere, ita habetur *in cap. 1. sess. 23.* Unde merito Sacra Congregatio Concilii tempus Paschale excipit, ut Parochus per se suas oves agnoscat, & pascat, quod Sacra Congregatio Rituum procedens prout de jure non considerat: En tibi disparitas, quæ mihi juridica videtur juxta prædicta.

D

DECIMÆ.

COnceſſæ à Summis Pontificibus Episcopo, & Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Albintimilienſis quando ſint exigendæ ab Epiſcopo, & Capitulo unitim, vel potius ſeparatim contra oppidanos, & alia loca juxta conſuetudinem latius diſcutitur *in Albintimilien. unionis decimarum p. 3.* & reſolvitur negative quoad primam partem, & affirmative quoad ſecundam *Albintimilien. unionis decimarum p. 9. & 36.*

RR. PP. Tertii Ordinis S. Franciſci, & alia loca pia terræ Maſſæ non tenentur decimas ſolvere Eccleſiæ Parochiali *Tudertina decimarum p. 10.*

ADNOTATIO.

Pro hac reſolutione, quæ juſtitiæ innititur, ſolet allegari ea juris Canonici Concluſio, decimas Eccleſiæ Parochiali non eſſe ſolvendas pro dote data ex certis bonis Conventui regularium, locis Piis cum ſimilibus, nam levita levitæ decimas non ſolvit *per text in cap. 2. de decim. can. queſti ſunt 16 quæſt. 1.*

DIES FESTUS.

Chori, & Eccleſiæ incipit à veſperis diei præcedentis, & finitur veſperis diei ſequentis *Foroſempronien. ſervitii Chori*, & Eccleſiæ §. *Hoc* ſtatu rerum *p. 18.*

DISPENSATIO.

Ex matrimonio nulliter contracto à viro conjugato cum muliere in faciem Eccleſiæ oritur impedimentum publicæ honeſtatis in primo, & ſecundo gradu cum conſanguineo viri, inter quem & mulierem abſque diſpenſatione matrimonium contrahi non poteſt *Valentina diſpenſationis p. 22.*

An promotus ad ordinem Subdiaconatus per vim, & metum cadentem in conſtantem virum diſpenſari debeat á voto continentiæ *Biſuntina diſpenſationis p. 44.* & non eſſe locum diſpenſationi reſponſum fuit in dicta Biſuntina p. 44. & in *Catanien. diſpenſationis p. 66.*

Diſpenſatio ei conceditur, qui in odium patris emiſit votum ſuſcipiendi ſtatum regularem *Neapolitana diſpenſationis pag. 47.*

DISTRIBUTIONES.

Canonicus legitimo impedimento detentus, quo nequit choro intereſſe, lucratur diſtributiones quotidianas *Tranen. diſtributionum p. 45.*

At ſi dubitetur de veritate impedimenti, quo Canonicus laborat, ſolet concedi tempus unius anni, aut Bienni pro percipiendis diſtributionibus quotidianis, *Ibid.*

ADNOTATIO.

Hæc reſolutio eſt juridica quoad primam partem, & prudens quoad ſecundam; Et quidem juridica, quia Canonico impedito, ne choro intereſſe poſſit, tribuit jus percipiendi quotidianas diſtributiones *Bunic. de Cleric. non reſident. in 6.* Prudens, quia in dubio de veritate impedimenti concedit jus percipiendi diſtributiones quotidianas ad annum, ſeu biennium, nam prudens intelligitur, qui non ſolum habet juris peritiam, verum

rum solertia ditatus est pro dispensatione negotiorum §. 1. *distinct.* 36. & §. 1. *distinct.* 39. *Isidor. lib ethymolog.*, & *in secunda secundæ de Prudentia* Quis igitur ex his negare poterit Sacrum Tribunal in suis resolutionibus vere esse Jurisprudens?

DIVISIO SEU REPARTITIO.

Divisio augumenti emolumentorum inter Dignitates, Canonicos, Portionarios, & Sacerdotes in Ecclesia Cathedrali Polymnianensi facienda est æqualiter, & inæqualiter juxta solitum antiquæ repartitionis *Polymnianen. divisionis augumenti p.* 72.

ADNOTATIO.

Quamvis qui uni Ecclesiæ inserviunt, æqualem fructuum portionem habere debeant, cum labor omnium par sit *cap. cum omnes ibique Glossa vers. coæquetis de constit.* nihilominus in hac re haberi potest ratio dignitatum, ac personatuum, ut plus percipiant, qui in potioribus sunt ordinibus constituti, & meliora stipendia conferantur secundum dignitatem, cujusque, quod in stipendiis etiam receptum est *Glossa in cap. statuimus vers. priorem de majorit.*, & *obedien.* Verum quia rationes hinc inde sunt, ideo in perceptione fructuum vel æqualiter, vel inæqualiter servanda est Ecclesiæ consuetudo *Glossa in d. cap. statuimus vers. priorem circ. fin.* Optima igitur erit resolutio hujus sacri Tribunalis, in qua censuit augumenta emolumentorum in Ecclesia Cathedrali *Polymnianen.* æqualiter, vel inæqualiter dividenda esse juxta solitum antiquæ repartitionis ex *prædictis*.

E

ECCLESIÆ.

S Anctæ Mariæ fluminis sita extra oppidum Coceani Ferentinæ diœceseos non est collegiata ad effectum ut beneficiati illius teneantur ad mediam annatam pro fabrica Cathedralis Ecclesiæ *Ferentina mediæ annatæ p.* 21. & 26.

ELECTIO.

Ad Canonicatum in Ecclesia Cathedrali fieri debet à patrono in personam Sacerdotis, sed si fiat in personam Clerici opus est, ut Clericus electus recurrat ad Sacram Congregationem *Nepesina Canonicatus p.* 15. *ad* 1. & 2.

ADNOTATIO.

Statuit Tridentina Synodus, ut Canonicatus omnes in omnibus Ecclesiis Cathedralibus habeant annexum ordinem Presbyterii, Diaconatus, vel Subdiaconatus, ita habetur *sess.* 24. *cap.* 12.; Unde nominatio clerici facta a patrono ad Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis indiget dispensatione, quæ Clerico nominato justa de causa solet concedi a Sacro Tribunali, recurrat igitur Clericus nominatus ad Canonicatum, ut supra ad Sacram Congregationem, quæ decreta *Tridentini* tuetur, & juxta morem interpretatur.

EXPENSÆ LITIS.

Non debent detrahi ex massa capitulari, sed pro his tenentur Canonici, qui litem moverunt, & in judicio succubuerunt *Leodicn. indulti p.* 10. & 21.

ADNOTATIO.

Optimè distinguit sacrum Tribunal inter Capitulum, & Canonicos, sicuti discreta sunt jura Canonica in hac re, nam Capitulum sumitur pro Collegio *Glossæ marginal. in cap. capitulum Sanctæ Crucis de rescript.* Contra vero Canonici sunt ejusdem Collegii personæ singulares *cap. inter alias vers. illud autem de sentent. excommunicat.* sane expensæ litis detrahendæ sunt à massa communi, si capitulum justis unius Canonici petitionibus se opponendo in judicio succubuerit, alias ii tantum Canonici, qui litem injuste moverunt in expensas condemnantur; Porro ex his juridica est resolutio in ea parte, in qua mandatur expensas litis solvi oportere á Canonicis, qui litem moverunt, & in judicio succubuerunt, textus sunt expressi *in cap. finem de dolo*, & *contumac. cap. humilis in fin. de majorit. & obedient. cap. calumniam de pœn. l. sancimus Cod. de judic.*

EXTRACTIO PUELLARUM.

An fieri debeat palam præsentibus revisoribus, vel potius secreto, ita ut nemo sciat, an ea quæ in admissione servari voluit testator, re ipsa serventur §. *cum denique circa med. p.* 6. & resolvitur *in Januen. Cappellanarum p.* 9. *ad* 5. *dub.* fieri oportere coram Patrono, vel ejus procuratore.

ADNOTATIO.

Eligere, & extrahere puellas Synonima sunt, & promiscue de jure accipiuntur *l. si optione ff. ad exhiben. ibi. si optione intra certum tempus data judicium in id tempus extractum est, quo utilitas petitoris conservetur*: Attamen electio, & extractio in hoc diferunt, nam electio puellarum potest esse publica, & privata; publica, si fit á pluribus collective sumptis, privata, quando fit ab una per litteram, singraphum, aut aliud documentum juxta praxim; At extractio semper est publica, & fit quando puellæ ex urna extrahuntur præsentibus iis, quibus interest; Ita apud *Virgilium 6. Æneid.* ibi. *Quæsitor Mimos urnam movet*, & apud *Statium*. *Arbiter hos dura versat Cortynius urna*.

Hic quoque mos fuit Romanorum in sortitione judicum, Urbanus enim Prætor præerat, hoc est per sortem, & futurum eventum designabat ex decuriis, & ordinibus eos, qui quoquo tempore judicarent, & in albo suo describebat; Ita Consules, Proconsules, & Prætores ex lege Curiata Provincias sortiebantur, ut dicit *Cicero Epistol. familiar.* Et apud nos verbum sortiri in usu loquendi frequens est, nec aliud significat, quam aliquid acquirere, ita sortiri judicem, sortiri Provinciam, sortiri forum habetur *in §. arripiat authen. ut omnes obed. judic. provinc.* Præterea ex his juri innititur resolutio hujus Sacri Tribunalis, de qua supra, nam extractio puellarum non potest fieri clam, & secreto, sed palam & publice, vel saltem coram Patrono Ecclesiæ, cui interest, ut voluntas Testatoris servetur, nam extractio puellarum, quæ ab aliis executoribus, Patrono præsente fit, subrogatur in locum juris nominandi puellas, quæ eidem ex mente testatoris competeret, si extractio non fieret *cap. præterea 2. de jurepatr. cap. quanto de cens. l. unum ex familia §. 1. ff. de leg. 2.* & alibi sæpe.

F

FUNUS, FUNERA.

PArochus causa majoris itineris majus stipendium ab hæredibus defuncti petere, & exigere non potest §. *Exploranti p. 51.*

Nullum ob translationem cadaverum vectigal. solvitur *Ibid. circa fin.*

Non debentur quatuor primis ex Capitulo Cathedralis Fulginei ultra solitas destributiones quatuor intorticia occasione interventus in funeribus Bigamorum ducendis extra Cathedralem *Fulginaten. funeris ad 1. & 2. dub. p. 59.*

FRUCTUS CANONICALES QUOAD TRANSMISSIONEM, ET PERTINENTIAM.

Fructus Canonicales Ecclesiæ Collegiatæ S. Florini Civitatis Confluentiæ debentur integre hæredibus Canonici defuncti ad formam statuti, si Canonicus defunctus post primas Vesperas S. Joannis Baptistæ e vivis excesserit *Treviren. fructuum ad 1. dub. pag. 49. & 70.*

An statutum loquens de Canonicis comprehendat Decanum Ecclesiæ Vide *Treviren. fructuum p. 39. & 49.*

Fructus decanales decursi, & maturati a die festivitatis S. Joannis Baptistæ anni 1749. usque ad festivitatem anni subsequentis 1750. debentur hæreditus Decani *Treviren. fructuum p. 49. & 70.* Reliqua vide *in verbo statutum*.

FALCIDIA.

Detrahitur ex legatis piis, quando heres institutus est æque locus pius §. *Ex his pag. 49.*

Falcidiæ detractio denegatur Conventui, & PP. S. Marcelli hæredibus institutis, quando hæreditas omnibus non est solvendo, & conceditur detractio unius loci Montium pro anniversario *Romana p. 49 cum seq.*

Pro PP. S. Marcelli hæredibus institutis non esse locum detractioni falcidiæ super multiplico à testatore relicto pro Canonizatione unius Sancti, licet multiplicum totam hæreditatem absorberet, & ultra *Romana p. 49. cum seq.*

I

INDULTUM.

CAnonicus absens vigore indulti juste petit portionem emolumentorum provenientium ex anniversariis fixis, incertis, & extraordinariis, ac dicta portio debetur eidem juxta solitum *Leodien. indulti ad 1. pag. 24.*

ADNOTATIO.

Hæc resolutio juridica est circa emolumenta anniversariorum debita Canonico absenti vigore indulti, quia fundatur in consuetudine, quæ optima est cujusque rei interpres *c. cum dilectus de consuet.*

l. minime l. ſi de interpretatione ff. de legib. l. 1. 2. & 3. Cod. quæ ſit long. conſuet.

At quæſtio juris eſt; an Canonicus abſens vigore indulti poſſit percipere diſtributiones quotidianas: Reſpondeo cum diſtinctione: aut indultum exprimit, ut Canonicus abſens percipiat fructus, & emolumenta, ac ſi præſens eſſet, hoc caſu Canonicus abſens vigore indulti nequit petere diſtributiones quotidianas, quia indultum facit, ut Canonicus habeatur pro præſente, non pro intereſſente, ſecus ſi indultum dixerit, ac ſi præſens eſſet, ac intereſſet, ita *Gloſſ. in c. unic. verſic. ad fuerint de cleric. non reſident. in 6.*

JURISDICTIO QUOAD COMPETENTIAM VEL NON.

Curia Archiepiſcopalis Ravennæ nequit deputare in civitate, & diœceſi, Faventina notarium ad recipiendas appellationes, alioſque miniſtros pro exercitio ſuæ juriſdictionis *Ravennaten. ſeu Faventina juriſdictionis p. 60. 65.*

JUSPATRONATUS.

Stemmata teſtatoris non ſunt removenda a regularibus, quibus idem teſtator conceſſit uſum dumtaxat, & non dominium Eccleſiæ, immo reſtituenda ſunt in priſtinum, ne præjudicium irrogetur juri patronatui honorifico §. *Illud etiam p. 7. & in Janſen. Cappellaniarum ad 7. dub. pag.* 9.

JUSPATRONATUS QUOAD DOTATIONEM.

Fundator, ſeu ejus hæredes de jure cogi poſſunt ad dotem Eccleſiæ conſtituendam, quæ in actu fundationis præſtita fuit §. *Rogatus pag.* 55.

Dos in ea quantitate conſtitui debet, quæ ſatis ſit pro omnibus, quæ Eccleſiæ neceſſaria ſunt, *Ibid.*

M

MANSIONARIUS MANSIONARII.

IN Eccleſia Cathedrali Foroſempronii tenentur ex lege fundationis aſſiſtere in qualitate Diaconi, & Subdiaconi Canonico celebranti primas veſperas, ſi Epiſcopus impeditus ſit *p.* 18. §. *Hoc ſtatu & in Foroſempronien. Servitii Chori p.* 20.

ADNOTATIO.

Sicuti pias fidelium voluntates violare equum non eſt inquit *Tridentini ſeſs. 25. c. 9.*, ita lex fundationis omni jure adimplenda eſt *cap. præterea 2. de jure patr. cap. quanto de cenſ.* Unde Sacrum Tribunal optime decrevit Manſionarios teneri aſſiſtere in qualitate Diaconi, & Subdiaconi Canonico celebranti primas Veſperas in Eccleſia Foroſempronien. juxta prædicta.

MATRIMONIUM QUOAD IMPOTENTIAM NULLITATEM, ET VALIDITATEM.

Ubi agitur de validitate, vel nullitate Matrimonii ex capite impotentiæ, reſolutio differtur, quia materia eſt gravis; *Nullius, ſeu S. Germani Matrimonii ad 1. & 2. dub. p.* 1.

An Matrimonium ſit nullum, ſi procurator coram Parocho, & teſtibus contraxit matrimonium ob non impletam conditionem ſuſpenſivam ſolutionis dotis ante Matrimonium *Adjacen. Matrimonii p. 12. & 26.*

Matrimonium eſt validum contractum per ea verba, *queſto e mio Marito, queſta e mia moglie*, ſeu per hæc, *mi aſſido a queſto, ed io mi aſſido a queſta*, tametſi maritus eſſet relegatus in eo loco, in quo coram Parocho ſuo Matrimonium contraxit *Coſentina, ſeu Bilinianen. Matrimonii p. 23. & 52.*

An Matrimonium contractum ſub falſa teſtificatione libertatis ab eo, qui certum nunciuin mortis uxoris non habuerat, de jure ſuſtineatur vide in *Smirnen. Matrimonii p. 34. & 65.*

Matrimonium contractum ab eo, qui erat dubius de ſua libertate, eſt validum, ſi forma Tridentini ſervata ſit *Smirnen. Matrimonii p. 34. & 65.*

Si folium in albo pro habendis mutuo pecuniis ſubſcriptum ſit, & deinde in albo ſubdole extenſum ſit mandatum pro contrahendo Matrimonio per procuratorem, qui deinde nomine mandantis contraxit, Matrimonium eſt nullum ex defectu conſenſus *Neapolitana, ſeu Caſtrimaris. Matrimonii p.* 76.

ADNOTATIO.

Reſolutio hujus cauſæ, ſi reproponi contingat, tota pendet ab eo juris principio, quod ubi non eſt conſenſus, ibi non eſt Matrimonium, Textus ſunt expreſſi in cap.

in cap. *tua nos de ſponſal. cap. locum eod. tit. can. ſufficiat.* 27. *qu.* 2.

MISSA QUOAD CELEBRATIONEM.

Clericus qualificatus, & nominatus ad Cappellaniam licet abſens poteſt per alium celebrare *p.* 5. §. *Anno*.

Miſſa quando ſit a Cappellano celebranda, & quando etiam applicanda vide in *Romana applicationis Miſſarum p.* 33.

Celebratio Miſſæ quotidianæ relictæ a Teſtatore in Civitate Cherii Diœceſis Taurinenſis, non ſpectat privative ad PP. Prædicatores dictæ Civitatis, ſed eſt in arbitrio Hoſpitalis hæredis teſtamentarii eligere Cappellanum, qui Miſſam celebret juxta mentem Teſtatoris, ſolutis tamen utenſilibus PP Prædicatoribus, in quorum Eccleſia Miſſæ celebrantur, & cum prælatione dictorum PP. *Taurinen. celebrationis Miſſæ quotidianæ ad* 1. *dub. p.* 36. *cum ſeq.*

Si hoſpitale majus d. Civitatis Cherii nolit in poſterum eligere Cappellanum, tenentur PP. Prædicatores celebrare Miſſas ad rationem Miſſæ manualis *Ibid. ad* 3. *dub.*

Tenentur ad celebrationem Miſſarum non celebratarum rejecta reductione ab ipſis facta *Ibid. ad* 4. *dub.*

PP. Theatini S. Silveſtri ad montem Quirinalem tenentur celebrare Miſſas quinque in ſingulis anniverſariis *Romana ſubſidiorum dotalium p.* 27.

MUSICA.

Pro manutentione chori muſicalis in Eccleſia Cathedrali Caſalenſi, quam teſtator exoptaverat, & eidem adſignaverat Philippæos 270. annuos, aucta fuit pro gratia major ſumma uſque ad Philippæos 400.; cumque hæc ſcuta non ſufficerent, reſponſum fuit augenda eſſe uſque ad ſcut. 300. ultra ſcut 400. durante indigentia arbitrio Epiſcopi in *Caſalen. pag.* 119. *cum ſeq.*

ADNOTATIO.

Hæc reſolutio juſta eſt, & innititur voluntati teſtatoris, qui pro choro muſicali magnam habuit prædilectionem præferendo muſicam cæteris legatis etiam Piis juxta *Text. in l in teſtamento ibiq. Gloſſa, & omnes ff. de fideicomm. libertat.*

N

NOMINATIO.

Clerici extranei ad Cappellaniam in concurſu Clerici qualificati a teſtatore non valet *p.* 5. §. *Anno*.

Nominatio Clerici non qualificati ad Cappellaniam amovibilem de jure ſuſtinetur *Ibid. Et in Januen. Cappellaniarum p.* 9. *ad* 2. *& 3. dub.*

Nominatio Clerici non qualificati juxta mentem teſtatoris de jure non ſuſtinetur; & Clericus ita electus eſt removendus *Januen. Cappellaniarum p.* 9. *ad* 1. *dub.*

Nominatio ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis fieri debet in perſonam Sacerdotis, ſed ut nominatio Clerici de jure valeat, opus eſt aſſenſus Sacræ Congregationis *Nepeſina Canonicatus ad* 1. *& 2. p.* 15.

O

OFFICIUM OFFICIA.

Officia generalia in Oppido Stronconii Diœceſeos Narnien. fiunt quolibet menſe alternatim inter Confratres in Eccleſia Collegiata S. Michaelis Arcangeli, & in altera S. Nicolai *Narnien. ad* 1. *dub. p.* 25. 45. 49.

Celebratio officiorum occaſione obitus alicujus ex confratribus in loco Stronconii fit in Eccleſia Parochiali defuncti *Ibid. ad* 2 *dub.*

ONUS MISSARUM QUOAD SUSPENSIONEM, ET ABOLITIONEM.

An, & quando onera Miſſarum ſuſpendenda ſint, & quando abolenda attenta paupertate hæredum teſtatoris vide in *Mediolanen. fundationis p.* 16., & non eſſe ſuſpendenda, neque abolenda reſponſum fuit in dicta *Mediolanen. p.* 36.

ONUS ONERA.

Poſſeſſor Canonicatus ex tribus præbendis unitis compoſiti tenetur ad onera Miſſarum, reſidentiæ & his ſimilia, quæ per ſpatium plurium ſæculorum juxta ſolitum impleta ſunt, & fruſtra aſſerit ſe teneri ad ea onera, quæ currunt in Tabula juxta immemorabilem Eccleſiæ conſuetudinem *Tarviſina p.* 79.

ADNOTATIO.

Poſſeſſor trium præbendarum, quæ Cano-

nicatum componunt post impleta certa onera Missarum, residentiæ, cum similibus a suis prædecessoribus per spatium trium sæculorum, frustra hodie petit se non teneri nisi ad ea onera, quæ sunt in tabula descripta juxta immemorabilem consuetudinem; nam eo ipso hæc onera in tabula descripta non sunt, evidens sit hæc esse onera diversa ab iis, quæ descripta sunt in Tabula, & si eadem fuissent, utique in Tabula descripta fuissent: Præterea Possessor dictarum trium præbendarum tenetur ad onera juxta solitum ex dicta resolutione hujus Sacri Tribunalis, quæ fundatur in antiquissima consuetudine, que est optima omnium dispositionum etiam incertarum interpres, ac legislatrix *cap. cum dilectus de consuetud. l. minime l. si de interpretatione ff. de legib. l.* 1. 2. *&* 3. *Cod. quæ sit. longa consuetud.*

P

PAROCHUS QUOAD INSIGNIA EPISCOPALIA, ET JURISDICTIONEM.

PArochus Ecclesiæ S Petri Nolanæ Diœcesis non potest uti insignibus Episcopalibus, nec Populum benedicere, aut Thronum retinere *Nolana ad* 2. *pag.* 1. *&* 16.

Amplia, ut idem Parochus nequeat confessarios approbare, licentiam concionandi concedere & indulgentias publicare *Ibid. ad.* 3.

Amplia, ut neque possit concedere literas dimissorias *Ibid. ad* 4.

ADNOTATIO.

Hæc resolutio quoad omnes sui partes literaliter innititur *Text. in cap. transmissam ibiq. Glossa in versic. de talibus de election.*, ubi ea, quæ ad ordinem, & jurisdictionem Episcopalem spectant, enumerantur.

PAROCHUS QUOAD RESIDENTIAM, ET FUNCTIONES.

Parochus tenetur diu, noctuque residere in ædibus Parochialibus *Fulginaten. ad* 1. *dub. p.* 61. *cum seq.*

Parochus tenetur omnes functiones peragere in Ecclesia Parochiali, & non in alia Ecclesia existen. intra limites Parochiæ *Ibid. ad* 2. *dub.*

Parochus tenetur retinere Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesia Parochiali *Idid. ad* 3. *dub.*

Parochus potest sepelire Parochianos in Ecclesia existen. intra limites Parochiæ, si ibi Parochiani sepulturam elegerint, alias tenetur sepelire in Ecclesia Parochiali *Ibid. ad* 4. *dub.*

PORTIO.

Sacerdoti, qui abest ex causa infirmitatis debetur portio massæ communis *Caputaquen. participationis p.* 52.

PRÆOENDA THEOLOGALIS.

Provisus de Canonicatu cum onere explicandi SacramScripturam appositio in literis Apostolicis tenetur tale onus implere, tametsi redditus Canonicatus congruam non attingant *Sulmonen. Canonicatus Theologalis ad* 1. *dub. p.* 43. *cum seq.*

Canonicus Theologus impeditus tenetur per annum, seu Biennium juxta decreta Sacræ Congregationis supplere per substitutum lectiones Sacræ Scripturæ sumptibus propriis *Tranen. distributionum pag.* 45.

PRÆFIXIO TERMINI QUOAD EXTRAHENDA JURA.

Ad extrahenda jura citati in partibus fit subdelegatio Episcopi Castri Maris, quo vero ad extractionem jurium in Urbe extantium præfigitur terminus 20. dierum *Nolana p.* 1. *cum seq.*

PROBATIO.

Quoties agitur de nullitate transactionis circa jura Parochialia inter Capitulum, & Vicarium curatum de jure requiruntur probationes hinc inde cum exhibitione librorum *Callien. nullitatis transactionis & jurium Parochialium ad* 1. *&* 2. *dub. p.* 1.

PROFESSIO QUOAD RESTITUTIONEM IN INTEGRUM.

Post lapsum quinquennii adversus professionem Religiosam factam per vim, & metum non datur restitutio in integrum ex defectu probationum, quas professus dolo, vel negligentia amiserat *Venusina restitutionis in integrum p.* 3. 25. *&* 36.

Adversus professionem religiosam factam ante breve tempus anni probationis, nec vis, aut metus probatur, non datur restitutio in integrum post lapsum quinquennii *Neapolitana restitutionis in integrum p.* 53. *&* 74. idem resolvitur *in Lucerina restitutionis in integrum pag.* 56.

ADNOTATIO.

Hujusmodi resolutiones sunt absque ullo dubio justæ, ac juridicæ; fundantur enim in eo juris principio, quod professi per vim, & metum nil obtinent in judicio, non quia eis desit jus, sed quia deest probatio *l. duo sunt ff. de testam. tutel.* ibi: *non jus deficit, sed probatio.*

R

REDDITIO RATIONIS.

AN fieri debeat dissiunctim, & separatis revisoribus, vel potius conjunctim, & congregatis §. *Cum denique p. 6.*, & resolvitur *in Januen. Cappellaniarum p. 4. cum seq. ad 4 dub.* redditionem rationis fieri opportere omnibus revisoribus congregatis.

RELIGIO.

Conjuges ambo, si votum solemne castitatis emiserunt, tenentur religionem ingredi, & profiteri *Panormitana in princip. p. 40.*

Limita, si ambo conjuges sint senes §. *Horum p 40.* & ita pro conjugibus senibus responsum fuit, dummodo habitent in domibus separatis in dicta *Panormitana pag. 40.*

RESIDENTIA.

Canonicus Ecclesiæ collegiatæ S. Victoriæ Terræ Cellarum, sive Carseolorum Mursicensis diœcesis non tenetur residere, & in eadem Ecclesia cum Rectore, & Canonicis Parochialia munera exercere, nec divinis officiis interesse *Marsicen. residentiæ ad 1. dub. pag. 2. & 20.*

Canonicus Ecclesiæ collegiatæ, qui non tenetur residere, fructus præbendæ Canonicalis, & distributiones Massæ communis in absentia perceptas, restituere non tenetur d. *Marsicen. residentiæ ad 2. dub. p. 2. & 20.*

S

SACRISTA.

DEputatus a Capitulo Ecclesiæ Cathedralis *Callien* nequit cumulative cum Vicario curato, eoque invito administrare sacramenta, & se ingerere in exercitio curæ, neque comparticipare de emolumentis incertis Parochialibus *Callien. nullitatis transactionis, & jurium Parochialium p. 9.*

ADNOTATIO.

Hæc resolutio literaliter fundatur in dispositione sacrorum Canonum; aliud enim est officium Sacristæ, aliud officium Vicarii curati, ut videri potest in *cap. unic. de officio Sacristæ, & in cap. 1. 2. 3. & 4. de officio Vicarii.*

SEMINARIUM.

Alimenta refecta ab alumnis, qui ad sacros ordines promoti non sunt, vel ante completa studia è Seminario discesserunt, eroganda sunt in commodum Seminarii arbitrio Episcopi cum consilio Deputatorum *Tiburtina ad 3. p. 15.*

Beneficiorum fructus pro Seminarii manutentione taxantur ad Tria pro quolibet centenario, & si necessitas urgeat, augentur usque ad summam scutorum quinque pro quolibet centenario §. *Urget pag. 46.*

Pro ejusmodi taxa tenentur etiam pensionarii, contra quos potest Titularis agere ibid. §. *Pensiones.*

Inter redditus Beneficii, seu Abbatiæ computantur bona alibi existentia, & quare *Ibid.*

Regulares exempti sunt ab hujusmodi taxa pro iis tantum beneficiis, & fructibus, quorum ratione ipsis Sedes Apostolica ex causa vere onerosa indulsit, secus si redditus Monacis, & Regularibus pro congrua portione adsignati sunt *p. 47.* §. *Longe* Vide *in Verbo taxatio, taxa.*

SEPULTURA QUOAD ELECTIONEM.

Pater de jure potest pro filiis impuberibus eligere sepulturam, si ita se habeat loci consuetudo *Aquen. juris eligendi sepulturam p. 63. cum seq.*

Ampliatur, ut pater possit pro filiis impuberibus eligere sepulturam in quacumque Ecclesia etiam regularium §. *Addunt pag. 64.*

SPOLIUM.

Episcopi defuncti non debetur Capitulo quoad pecunias in monasterio depositatas, nec defunctus Episcopus tenetur ad solutionem pecuniarum vigore simplicis schedulæ, ut responsum fuit in *Hieracen. spolii ad 1. & 2. p. 10*

STATUTUM.

Ecclesiæ Collegiatæ S. Florini Civitatis diœcesis Trevirensis statuit, ut Canonicus

cus Ecclesiæ, qui ante plenum finem primarum vesperarum residentialis festi S. Joannis Baptistæ è vivis decesserit omnibus proventibus post idem festum obventuris carere debeat, si vero usque ad finem primarum vesperarum supervixerit, & quocumque tempore post dictum festum decesserit, fructus omnes illius anni, immo Capitularem portionem consequatur *Trevirен. fructuum p.* 39. & resolvitur pro hæredibus ad 1. *dub. pag.* 49.

An hujusmodi statutum comprehendat Decanum Ecclesiæ; Respondit Eminentissimus Archiepiscopus, & Elector Trevirensis statutum loqui de Canonicis, & ita accipiendum esse non de Decanis; sed contrarium etiam dici potest, nam statutum emanavit ad tollendas lites, & scandala, quæ ratio æque convenit Decanis, ac Canonicis §. *Obiit.* §. *Neque p.* 39. *& seq.*

An pro tempore futuro quoad ejusmodi statutum servanda sit ordinatio Eminentissimi Archiepiscopi Electoris, seu potius consuetudo *Trevirен. fructuum ad* 2. *dub. pag.* 49.

Vide *in verbo fructus Canonicales, quoad transmissionem, & pertinentiam.*

SUBSIDIA DOTALIA.

Augumentum monetæ proveniens ex fructibus adsignatis pro subsidio dotali tribuenda sunt puellis, neque in alios pios usus contra voluntatem testatoris converti possunt §. *Illud p.* 7. *& in Januen. Capellaniarum p.* 9. *ad* 6. *dub.*

An subsidia dotalia debita sororibus de Rubeis sint taxanda, & in qua summa vide in *Romana subsidiorum dotalium p.* 27. & remittitur Eminentissimo Præfecto *pag.* 48.

Subsidia dotalia á testatore præscripta in certa quantitate pro attinentibus in scut. 50. & pro non attinentibus in scut. 40. commutanda non esse, ut nempe per investimentum augeantur pro nobilibus civitatis Imolensis usque ad scut. 500. pro civibus usque ad sc. 300. & pro aliis usque ad scut. 50. responsum fuit in *Imolen p.* 41. *cum seq.*

Subsidia dotalia non sunt reducenda, seu suspendenda *Romana subsidiorum dotalium p.* 27. *& p.* 48. *ad* 1. *dub.*

ADNOTATIO.

Hæ resolutiones fundantur in dispositione legum civilium, nam ratio subsidiorum dotalium præcipua est, & summa, immo publice interest subsidia dotalia mulieribus conservari, ac fœminas dotatas esse ad procreandam sobolem *l.* 1. *ff. solut. matr. l.* 1. *& tot. tit. ff. de jur. dot.*

T

TAXATIO, TAXA.

ABbatiarum, & beneficiorum pro manutentione Seminarii fit rationem trium, vel quinque pro quolibet centenario §. *Urget p.* 46. tenentur contribuere etiam pensionarii, contra quos titularis agere potest *Ibid.* §. *pensiones.*

Tenentur quoque contribuere regulare, si redditus ipsis adsignati sint pro congrua, secus si sedes Apostolica ex causa vere onerosa Beneficia, & reditus indulsit *Ibid.* §. *Longe & in Terracinen. seu Setina Taxæ p.* 65. *ad* 1. *dub.*

Taxa favore Seminarii de jure sustinetur *Terracinen. seu Setina Taxæ ad* 2. *dub. pag.* 65.

Taxa favore Seminarii executioni mandatur pro tempore præterito cum onere firmandi statum in futurum *Ibid. ad* 3. *dub.*

Reliqua vide *in verbo Seminarium.*

TRANSLATIO.

Missæ quotidianæ ab una Ecclesia ad aliam contra mentem testatoris pro gratia fieri non debet *Taurinen. celebrationis Missæ quotidianæ ad* 2. *dub. p.* 36. *cum seq.*

TRANSACTIO.

Pro impugnanda transactione quoad jura Parochialia inter Capitulum, & Vicarium Curatum Ecclesiæ Cathedralis requiruntur probationes cum exhibitione librorum *Callien. nullitatis transactionis, & jurium Parochialium p.* 1.

Transactio inita inter Capitulum, & Curatum Ecclesiæ Cathedralis Ecclesiæ Callien. non sustinetur, nec obligat successores *Callien. nullitatis transactionis, & jurium Parochialium ad* 1. *p.* 1.

Capitale donatum Archihospitali S. Spiritus cum onere quorumdam subsidiorum dotalium non potest restitui post lapsum centum annorum, & transactionem initam inter hæredes, & Archihospitale rescindi *Romana subsidior. dotalium ad* 2. *dub. p* 48.

VO-

V

VOLUNTAS QUOAD COMMUTATIONEM.

VOluntas defuncti, qui mandavit erigi duos, vel tres Canonicatus in Ecclesia Cathedrali Cingulen. non est commutanda pro erectione Seminarii in dicta Civitate, præsertim cum pueri Cingulani educentur, & alantur in Seminario Auximano *Cingulana commutationis voluntatis p. 68. cum seq.*

VOLUNTAS QUOAD EXECUTIONEM.

Voluntas defuncti de jure exequi debet ab hæredibus, qui personam defuncti sustinent §. *Causa p. 31. cum seq.*

Amplia, tametsi nominatus, & electus sit executor, dummodo hæredes excluſi non sint, *Ibid.*

Amplia, si executores testamento nominati obierint, *Ibid.*

Amplia, ut Episcopus, qui de jure est piarum voluntatum executor, non possit extante hærede, se ingerere *Ibid. in fin.*

Hæres potest præventive exequi piam testatoris voluntatem *Ibid. & seq. §. Cum igitur.*

Etiam Monialis, si sit hæres, potest exequi voluntatem testatoris, *Ibid.* sed tamen responsum fuit fundationem non sustineri *Barchinonen. Cappellaniæ p. 44.*

VISITATIO.

Episcopus Naulensis nec jure ordinario, nec delegato potest visitare Monasterium S. Mariæ de Ripa, quod subjective auctoritate Apostolica unitum est Monasterio Vallis Piæ Ordinis S. Benedicti *Naulen. Visitationis p. 78. cum seq.*

UNIO.

Alia fit æque, ac principaliter, & tunc beneficia, Ecclesiæ, seu Monasteria retinent propriam naturam, alia fit subjective, & tunc beneficium, seu Monasterium alii unitum efficitur pars, & membrum illius §. *Causa p. 78.*

USURA.

An sit usura, si Congregatio Annonæ det frumentum immundum Pauperibus Colonis Civitatis, & Districtus Urbini, ut a debitoribus pro hac vice recipiat, cribratum, licet in posterum illud cribratum dare promiserit; *In Urbinaten. p. 81. cum seq.*

FINIS.

BX
1935
A36
t.18-21

Catholic Church. Congregatio Concilii
Thesaurus resolutionum Sacrae Congregationis Concilii

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 14 13 18 06 007 3